



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



D E
VITA ET REBUS GESTIS
CAROLI S. R. E.
CARDINALIS, TITVLI
S. PRAXEDIS ARCHIEPI-
SCOPI MEDOLANI
Libri Septem.

CAROLO A BASILICAPETRI PRAEPOS. GENERAL.
CONGREG. CLERIC. REGVL. S. PAVL.

A V C T O R E.



Cum Gratia & Privilegio Cesarea Maiestatis.


INGOLSTADII
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
DAVIDIS SARTORII

Anno Domini M. D. XCII.



SERENISSIMO
GVLIELMO COMITI
PALATINO RHENI, VTRIVSQUE
BAVARIAE DVCI, &c.

CAROLVS A BASILICA PETRI
S. AETERNA M.



VOD diu deboe , GVLIELME
Princeps optime , iam tandem
persoluendum mihi est : vt li-
brum de vita, rebusq; gestis Ca-
roli Cardinalis, & Archiepisco-
pi Mediolani mittam ad Celsi-
tud. tuam. Cupiebam equidem, antequam è ma-
nibus dimitterem, adhuc aliquidei temporis im-
pertire; vt tam præclaro argumento cumulatius
satisfacere conarer. sed neque diutius differre de-
bui, quod tibi amplissimorum virorum auctori-
tate, vel potius iussu , superioribus mensibus per
litteras promiscram: neque etiam per eorundem
iteratos iussus potuisse. Verum duo me consolantur:
alterum est; quòd ij iusserunt, qui & eius

(:) 2 memo-

EPISTOLA DEDICATORIA.

memoriam, de quo scriptum est, charam habent;
& quod scriptum est perlegerunt: atque etiam, si
quid hoc ad rem pertinet, amant scriptorem. al-
terum est, quod ad te mitto: cuius excelsa digni-
tas cum mansuetudine, pietateq; pari coniuncta
est: qui que Carolum Cardinalem & viuentem
mutua voluntate obseruasti plurimum, & mor-
tuum colis studio singulari: quidquid enim effe-
cero; siue materiae amore, siue bonitate tua du-
ctus; amabis conatum meum, officiumque pietatis.
Neque tamen non mihi gratissima fuit oblata
occasio; vt tantum Principem, tamque de bonis
artibus, & quod caput est, de repub. christiana, fi-
deque catholica benemeritum, cum munere ali-
quo possem adire, quod meam, clericorumque
meorum erga illum voluntatem, obseruantiam-
que summam testaretur. quae quidem facit, vt ti-
bi, imperioque tuo omnia prospere, ac feliciter
ad salutem euenire optemus, & ab Omnipoten-
te Deo vehementer precemur. Mediolani. 25. Jan.
Anno Domini 1592.

INDEX



INDEX CAPITVM

Libri primi.



- E Caroli parentibus. cap. 1. Folio 4.
Nascitur Carolus fit Abbas, & iuris consultus. cap. 2. fol. 5.
Fit Cardinalis, & Archiepiscopus Mediolani. cap. 3. fol. 8.
De Anna sanctitate, & ceterarum sororum matrimoniorum. cap. 4.
fol. 11.
Ad meliora vita studia se refert. cap. 5. fol. 13.
Ecclesia sua absens consulit. cap. 6. fol. 17.
Qua Ormanetus egit in administratione ecclesia Med. cap. 7. fol. 20.
Carolus Mediolanum venit, & concilium Episcoporum celebrat. cap. 8. fol. 24.
Romam proficiscitur Pontifice mortuo; creatur Pius Quintus. cap. 9. fol. 31.
Mediolanum reversus, exequitur munera sua. cap. 10. fol. 35.

Libri secundi.

- Rebus aduersis confictatus Carolus in salutari disciplina progradientur. cap. 1.
fol. 38.
Iuris ecclesiastici controuersia grauiter exercetur. cap. 2. fol. 45.
Longinquas diœcessis sua partes visit. cap. 3. fol. 52.
Humiliatorum ordinem corrigit. cap. 4. fol. 54.
In ordine Franciscano nonnulla restituit. cap. 5. fol. 57.
Causis fidei praest: vita sanctitatem auget. cap. 6. fol. 59.
Diœcesis, prouinciaque synodum celebrat. cap. 7. fol. 61.
De Scalenii casu, aliisque ecclœsa perturbationibus. cap. 8. fol. 63.
Roma, & apud Regem de rebus suis agit fortiter. cap. 9. fol. 67.
Percussus nihil aditur. cap. 10. fol. 71.
Que post casum facta sunt: & de rebus Caroli melioribus. cap. 11. fol. 74.
Puniuntur, qui scelus in Carolum commiserant. cap. 12. fol. 80.
Carolus in Helvetios proficiscitur. Pontifex Humiliatorum ordinem extinguit. cap. 13. fol. 85.
Vitiosas populi voluptates tollere conatur. Pio mortuo, Romam contendit. cap. 14. fol. 87.

Libri tertij.

- Gregorius Pontifex creatur. Carolus amplissimis se rebus abdicat. cap. 1. fol. 92.
(:) 3 De

I N D E X

- De aliis ecclesia perturbationibus, post concilium Ep. tertio celebratum. cap. 2. —
fol. 96.
Variis sacris institutis gregi consulit. Romam Iubilei causa proficiscitur. Medicis.
redit. cap. 3. fol. 105.
Qua Roma fecit. de Visitatore Mediolanum missio. de Cremonensi, Bergomensisq;
ecclesia recognita. cap. 4. fol. 111.
Iubileum Mediolani celebrat. Concilium Ep. quarto habet. Visitator discedit.
cap. 5. fol. 117.
De sanctorum corporum translationibus a Carolo celebratis. cap. 6. fol. 124.

Libri quarti.

- Peste urbem ingressa, quid Carolus, aliquae prouidere coepint. cap. 1. fol. 129.
A Pontifice multa petit; ipseque multa suppeditat ad ciuitatem iuuandam.
cap. 2. fol. 133.
Mendicis, destitutis que aliis subuenit. cap. 3. fol. 136.
Parochorum officia: supplicationesque publica, pestis causa. cap. 4. fol. 139.
Votum ciuitatis: adiunctorum custodia: & alimenta inclusorum. cap. 5. fol. 144.
Carolus ministros agrotis suppeditat. cap. 6. fol. 147.
Inclusis consulit. cap. 7. fol. 154.
Prabet agrotis sacramenta. cap. 8. fol. 157.
Nonnulla emendat vigente peste. ipse progreditur in via salutari. cap. 9. fol. 162.
Nouas celebritates, aliaque religiose peragit, remissa peste. cap. 10. fol. 165.
Post alias supplications demum ciuitatis liberatione celebrat. cap. 11. fol. 170.

Libri quinti.

- Qua post pestem contra Caroli acta gesta sunt. cap. 1. fol. 178.
De Oblatorum congregacione: & reliquiis ecclesia maioriis. cap. 2. fol. 180.
Taurinensis peregrinatio. cap. 3. fol. 185.
Contra vitiosas voluptrates, spectaculaque pugnat. finitimas ecclesias iuuat.
cap. 4. fol. 189.
De concilio Episcoporum quinto; & constitutionibus clericorum reg. S. Pauli. —
cap. 5. fol. 194.
De translatione reliquiarum Basilica Apostolorum. cap. 6. fol. 196.
De Caroli rebus inclinatis, & profectione ad Vrbem. cap. 7. fol. 198.
Qua Roma egit. de legatis Med. Româ missis; & Caroli discessu. cap. 8. fol. 203.
Mediolanum venit. cultum Dominica prima Quadrageima tuetur. Brixien-
sem ecclesiam incipit recognoscere. cap. 9. fol. 207.
Pontifex legatos Mediol. dimittit. litteris ciuitatis respondet. cap. 10. fol. 212.
Carolus ad Regem mittit, qui de suis, ministrorumque regiorum rebus plene do-
ceat. cap. 11. fol. 214.

Libri

C A P I T V M.

Libri sexti.

- De Brixienibus laboribus: de reliquiis ecclesia S. Stephani, & S. Celsi. & de sacra Sindone rursus visa.* cap. 1. fol. 226.
Provincia concilium sexto habet. Translationem corporum S. Simplicianii, aliorumque beatorum celebrat. cap. 2. fol. 233.
Transfert corpus S. Io. boni. synodus diocesis habet. rursus in Taurinos, deinde Romanum proficitur. cap. 3. fol. 236.
Vicinarum gentium fidem, salutemque sibi curandam suscipit. cap. 4. fol. 240.
Conatus predicatorum in Mesanicos reprimit. alia auxilia populis afflictis suppeditat. cap. 5. fol. 247.
Eius vita ratio postremis annis: & extremi temporis actiones quadam. cap. 6. fol. 251
Exercet se salutariter in monte. iter facit agrotans. cap. 7. fol. 257.
Obitus. cap. 8. fol. 264.
Exequia, ac sepultura. cap. 9. fol. 267.

Libri septimi.

- Statura, & effigies Caroli.* cap. 1. fol. 274.
Victus, & somnus eiusdem. cap. 2. fol. 275.
Patientia frigoris, & aliorum incommodeorum. cap. 3. fol. 277.
Morbos, & dolores corporis, ut tolerauerit. cap. 4. fol. 280.
Labores, & occupationes. cap. 5. fol. 281.
Vita cultus. cap. 6. fol. 283.
Humanas opes ut contempserit, consumpsitque. cap. 7. fol. 285.
De eius edificationibus. cap. 8. fol. 290.
Ut res gesserit. cap. 9. fol. 292.
Ut negotiorum euentus, & pericula tulerit. cap. 10. fol. 294.
Litterarum studia. cap. 11. fol. 296.
Peccata omnia ut vitarit. cap. 12. fol. 299.
Vi se gesserit in sacris obenundis. cap. 13. fol. 299.
Eius studium contemplationis, precationisque. cap. 14. fol. 302.
Familia & in agrotos misericordia. cap. 15. fol. 304.
Hospitalitas. cap. 16. fol. 310.
Animus eius erga bonos, religiososque viros. cap. 17. fol. 312.
Vi se gesserit in propinquos. cap. 18. fol. 315.
Amicos aliquid petentes, ut audierit. cap. 19. fol. 318.
Monendi officium ut erga alios adhibuerit, ac in se tulerit. cap. 20. fol. 321.
Ut eos qui adirent acceperit, alienaque vitia tolerauerit. cap. 21. fol. 323.
Aduersarios, & obrectatores ut tulerit. cap. 22. fol. 324.
Ecclesia

INDEX CAPITVM.

<i>Ecclesia sua coram custodienda, ac iuuandarum animarum cura. cap. 23.</i>	<i>fol. 326.</i>
<i>In concionibus habendis studium. cap. 24.</i>	<i>fol. 329.</i>
<i>In catholica fide tuenda, & Apostolica Sede colenda. cap. 25.</i>	<i>fol. 334.</i>
<i>In ritibus, & cæremoniis obseruandis. cap. 26.</i>	<i>fol. 335.</i>
<i>Ambrosiani ritus, & reliquiarum conseruatio. cap. 27.</i>	<i>fol. 336.</i>
<i>De rerum sacrarum cultu, sacrificisque nonnullis institutis. cap. 28.</i>	<i>fol. 338.</i>
<i>Sacra munera qua obibat. cap. 29.</i>	<i>fol. 341.</i>
<i>Clericalium munerum functiones. cap. 30.</i>	<i>fol. 342.</i>
<i>Disquisitio de initiandis, & recipiendis ad munera ecclesiastica. cap. 31.</i>	<i>fol. 342.</i>
<i>Clerici disciplina. cap. 32.</i>	<i>fol. 344.</i>
<i>Collegia Mediolani constituta. cap. 33.</i>	<i>fol. 346.</i>
<i>De incrementis cleri, studijsque eiusdem litterariis. cap. 34.</i>	<i>fol. 348.</i>
<i>De beneficiorum distributione. cap. 35.</i>	<i>fol. 350.</i>
<i>Eius Vicarij, ac prefecti. cap. 36.</i>	<i>fol. 353.</i>
<i>Dioecesis administratio. cap. 37.</i>	<i>fol. 355.</i>
<i>Eiusdem visitatio. cap. 38.</i>	<i>fol. 357.</i>
<i>Cenobiorum virginalium gubernatio. cap. 39.</i>	<i>fol. 358.</i>
<i>Congregations, & conuocationes. cap. 40.</i>	<i>fol. 360.</i>
<i>Virginum, & aliarum foeminarum instituta, pia que collegia. cap. 41.</i>	<i>fol. 362.</i>
<i>De eius synodis, ac decretis. cap. 42.</i>	<i>fol. 365.</i>
<i>Alia Caroli officia, eiusque existimatio. cap. 43.</i>	<i>fol. 366.</i>

Septem hilibri, de vita rebusq; à Carolo, Tit. S. Praxed. Cardinali Borromeo gestis, piè grauiterque conscripti, cum primis digni sunt, qui cum magno totius Reip. Christianæ emolumento, mandati typis, in lucem atque oculos hominum veniant; vt boni, potissimum Ecclesiarum Antistites, in tanti antecessoris vitam, tanquam in illustre præstantissimarum virtutum speculum insipientes, ad illam normam ac formam actiones suas componere; mali memores horribilium exemplorum, quæ in turbulentos & procaces diuinitus statuta vident, absistere seq; recipere; omnes vitæ Sanctimoniam, purgatiissimosque Caroli mores imitari & celebrare studeant.

Ita censio ego MICHAEL EISELIN, de Societate IESV
S. Theologia Professor, & Theologici Collegij pro tempore
Decanus, in alma Academia Ingolstadiana.

DE



DE
VITA ET REBUS GESTIS,

CAROLI CARD.
S. PRAXEDIS ARCHI-
EPISCOPI MEDIOLANI,

Liber Primus.

Vm varia hominum genera , multi-
plicemque vita conditionem intueor , perbea-
tos equidem illos inter omnes existimo ; qui cū
vitam optimis institutis , ac virtutibus excul-
tam , Deo iuuante agant ; ceteros exemplo salu-
tariter mouent ; & ad bene , beateque viendum , pietatemque
egregie colendā alliciunt . Atque vtinam illud nobis quoque
contigisset . sed quando ab eiusmodi felicitatis gradu longissime
absumus ; in eo saltem libenter nos elaborare par est ; vt aliorum
laudes , sanctitatem , egregiaq ; facta litteris commendemus ; qui-
bus omniū , si fieri possit , animi excitentur ad imitationem . Quæ
igitur Carolus Card . S . Prax . Archiep . Med . gessit ; quæque nobis
virtutis , & religionis exempla reliquit ; ea quantum genus hoc
operis postulat , egoq ; diuina ope facere potero , memoriarum pro-
dere ad Dei gloriam , piorumque utilitatem constitui . nam nisi
mihi oblatā materia nimis placet ; quam placere tamē existi-
mo , quantum veritas patitur ; Caroli vita . iis abundat in omni
virtutum genere documentis ; quæ Dei sacerdotibus in primis ,
rum piis quoque omnibus proposita , magna pictatis . ac salutis
adumenta possint afferre . Opus quidem est omnino difficulta-
tis plenum , res eorum gestas , qui proxime vixerunt , mandare

A litteris .

litteris. cum enim multos adhuc esse superstites necesse sit; qui
 vel eas ad se res pertinere; vel easdem se quoque minime igno-
 rare putent. multorum quoque sermones oportet, querelas-
 que non paucas excitari. alij se notatos; præteritos alij querun-
 tur: hic aliquid dictum, aut minus vere dictum; ille omissum
 aliud expostrulat. ita scriptoris labori; quem neque leuem, neque
 modici temporis esse intelligentes norunt; non parum additur
 offensionis, & incommodi. At illud suspicere negotium, in quo
 diuinæ gloriæ quis, & saluti suæ seruiat; tum piis omnibus, qui
 nunc sunt, & futuris erunt temporibus gratificetur, ac prospicit;
 tantum habere commodi pars est ac iucunditatis; vt humanas
 omnes longe supereret difficultates, ac molestias. Hæc apud me
 ratio cum plurimum ponderis habeat; accedit quam plurimo-
 rum rogatus, & cohortatio, tum nostrorum, tum etiam exter-
 rum: immo Cardinalium, aliorumque amplissimorum viro-
 rum iussus, & auctoritas. Nam quod ad rei perficiendæ facul-
 tam attinet; dicam libere, quod sentio: eloquentiam, histo-
 riæque scribendæ artem concedens multis; rerum ipsarum no-
 titiam, veritatemque iure mihi vendicare posse videor: immo
 cum quoque, in hac occupatione mea, laborem, ac diligentiam;
 quæ cum rebus iisdem eruendis, ac explicandis necessaria sit;
 vt ab alio tamen adhiberetur, semper euidem sum veritus. po-
 stequam enim Carolo me vt Patri optimo in disciplinam tra-
 didi; animo quasi præfigiente, quid ille ageret in dies obser-
 uans, seposui diligenter, quæ vsus ad huiusmodi negotium quan-
 doque posceret. deinde præter illa, quæ Caroli familiares, atque
 intimi diligenter à me interrogati contulerunt: & præter scripta
 quamplurima ex ecclesiæ Mediolanensis tabulariis depro-
 pta: epistolarum ipsius ad alios, aliorum ad ipsum amplius tri-
 ginta millia, quas ille diligenter seruari iussit, peruvolutaui: vt
 carpens vndique, ordineq; componens plenum opus efficiam;
 & quod in primis querendum est, certissimis testimoniosis in om-
 nes partes confirmatum. quæ res faciet; vt si non optime, vere
 certe conscripti libri conscientia fruar. Ac si quemadmodum
 his adiumentis extrinsecus assumptis abundamus; ita potuisse-
 mus

mus ad ea penetrare, quæ pro suo virtutis occultâ studio, verisimile est, C A R O L V M nota esse nemini voluisse: maior ad diuinæ benignitatis prædicationem sine dubio piis animis per nos materies offerretur. Qui aliquid à nobis omissum obiicient, eos meminisse par est, non omnia tamen ab uno dici posse. quos item monere minime alienum fuerit, fortasse quæ ipsi desiderant, minuta magis, aut remota videri, quām ut scriptoris huiusmodi ratio ferat: multaque quotidiano conuenire sermoni, quæ non admittit historia. Quod si contra quis maiorem breuitatem forte desideret; meum esse consilium sciat; non præcipua solum breuiter decerpere; quod vitam alicuius conscribentes facere plerumque solent; sed paulo latius, tum ab eius ortu rerum gestarum historiam, usque ad mortem complecti; tum mores etiā proprio loco describere. cuius rei scriptores clarissimos autores habemus; tum viros etiam grauissimos, qui ad plurimorum documentum ita faciendum arbitrati, nobis id persuaserunt. De quibusdam cum honore, vel offensione nominandis: primo illud mihi pace omnium concedi peto: ut neque alicuius nomen, laudemue præteream, si occurrat; quod sane faciam libentissime: neque affectem, si longius ab instituto cursu petenda sit. deinde cum à veritate, vel paululum discedere, nefas, homini præsertim huius ordinis, existimem: quæ vera sunt, & sileri non debent, ita proferre constitui, vt nullius factum contumeliose improbem; excusem vero etiam studiose, si detur facultas. quin ut omnem offensionem vitare possim diligentius; illud mihi præscripsi; licet de publicis, manifestisque rebus nominatim narrare possem; eorum nomina tamen, silentio præterire, quorum posteris, familiæue hoc fore gratius existimauit. Ita, quemadmodum spero, & satis veritati factum erit; neque ullius erit offensa mihi pertimescenda. Qui hac ratione scribat historiam, ei, ni fallor, ab iis quoque, qui scribi nollent, de adhibita moderatione habenda gratia est: quam utrum esset alias adhibitus, incertum est: utrum vero eadem alias scripturus, minime dubium. Meam denique spem in Dei benignitate positam habeo; cuius beneficio confido fore; ut ad piorum animorum

fructum salutarem, & etiam sine iusta cuiusquam querela, suscep-
tum munus conficiam.

De Caroli pa-
rentibus.

C A P V T . I .

B O R R O M E I Æ gentis antiquitatem, aut splendorem, non
est, vt equidem existimo, cur hoc loco demonstrare coner: nam
& satis per se nota res est; & ea cura parum conuenire videtur de
Borromeio illo scribenti, qui admirabili quadam christiani ani-
mi celsitudine, fluxa, & caduca omnia huius vitæ ornamenta
contempsit. De eius vero parentibus aliquid est attingendum;
vt in iis agnoscas, quod diuinitus traditum est; parentes, qui iu-
stam, simplicemque vitam agunt, beatos relinquere filios. Gi-
bertus igitur Federici filius Borromeius, Mediolanensis, vna
cum tribus fratribus, Julio Cæsare, Francisco, & Dionysio Aro-
næ Comes; in ea parte ditionis Mediolanensis, quæ est circa Ver-
banum lacum; præter Aronam ipsam; vicos, castellaque multa
habuit in sua potestate. Is Carolum inter alios, de quo scribere
instituimus, ex Margarita suscepit, sorore Pij Quarti Pont. Max.
& Ioan. Jacobi Medicis, illius clarissimi bellatoris, cuius res ge-
stæ magnam fere apud omnes Europæ nationes habent admiratio-
nem. Magna Gibertus, pro eorum temporum conditione,
innocentia fuit, ac pietate. omnes animæ labes, etiam eas, quæ
videntur exiguae, valde pertimescebat: idcirco saltem octauo
quoq; die sacerdoti peccata sua confiteri solitus fuit; & sanctissimum
Eucharistiæ cibum sumere. Præscripta sacris legibus ie-
junia, quadragenarij præsertim temporis, ipse pie coluit, & à
suis iussit rite seruari. Horis canonicis eadem, qua sacerdotes
precatione vtebatur; idque humi positis genibus: tum tanto
studio; vt nihil mane prius incipere, neque domo pedem efferre
soleret; quam quod eo tempore precationis eiusmodi debebat-
tur, & quod ipse item addere consueuerat, persoluisset. Diuina
ope mirum in modum confidebat; vt saepe aliis périculi alicuius
timore perterritis, ipse præcipua quadam constantia Deo fretus
nihil timere videretur. Fiducia fuit illa non mediocris, mirifico
diuinæ benignitatï officio remunerata; quod magna vtens erga
pauperes liberalitaté, non valde pro dignitate sua tamen, hu-
manis

Gibertus Ca-
roli parentes om-
nibus christia-
na Religionis
officiis appri-
me dedicatus.

manis opibus instructus; cum moneretur à quibusdam, plures ei filias, quas tum ex Margarita, tum ex alia vxore habebat, in matrimonium esse collocandas; pie respondit, si curæ sibi Christi pauperes essent, Christo filias suas fore. id quām feliciter euc-
Memorabile
Giberti deßū.
 nerit, infra demonstrabitur. Illum in egenis iuuandis præcipue morem tenebat; vt non ante vñquam accumberet, quām eis e-leemosynam, neque eam paruam misisset; quasi indignum se existimaret, à quo Dei dona sumerentur, nisi prius ipse ex iis elargitus esset, quæ Dei benignitate possidebat. Quòd plures vxores duxerit, non ideo tamen non castitatis fuit amantissimus: à qua violanda maxime semper abhorrere visus est. Cum malos in domo sua mores ferre non poterat; tum maledicta in Deum ita horrebat; vt familiares, si in ea inciderent, domo statim ciiceret; nullamque prorsus accipere vellet excusationem. In reliqua domesticâ cura; in populis suis regendis; in priuatis, publicisque rebus agendis, cum pietatis, prudentiæque laude versatus est. Viro minime fuit dissimilis vxor Margarita, lectissima fœmina, & ab omni muliebri levitate, siue vestimenta, siue aliud quiduis spe-
Eiusdem in
Deum pietas.
 ßtaretur, penitus aliena. quæ domesticis rebus pie, frugaliterque curandis intenta; cum ad proximiorem ecclesiam modestissimo cultu rei diuinæ caussâ quotidie accessisset; domo fere non prodibat; nisi quandoque ad virginum collegia, sacrae alia loca religionis ergo proficeretur. Tales fuere Gibertus, & Margarita; vt dignum parentibus filium agnoscas: parentes vero ita filio dignos; vt præcipuo tamen Dei munere, quemadmodum christianæ reipublicæ utilitas postulabat, longe, multumque sint ab eo superati.

Margarita Ca-
roli matris in-
signia modestia.

NATVS est CAROLVS in arce Aronæ, postridie Cal. Octo-
 bris anno salutis M. D. x x x. iix. quem adhuc puerum, cleri-
 cali vestitu, ad eius mores valde accommodato, pater indui cu-
 rauit. A primo ætatis tempore non obscura solidè pietatis signa
 dedit. cum enim tempus, quod dabatur litterariis exercitatio-
 nibus vacuum, socij in puerilibus ludis ponerent; ipse diuino
 cultui multò libentius, cōspatio operam dabant. vagabantur alij
Nascitur Ca-
rolus fit Ab-
bas, & iuris-
consultus.
 C AP. II.
 Eiusdem ad-
huc puer ipsa
exercitationes.

per urbem animi gratia: ille vero, de eorum se societate subdu-
cens, vel religiosiores ecclesias adibat, vel domi pie precabatur,
& diuini cultus imaginem quandam, paruis altaribus constitu-
endis, ornandisque puerili quodam pietatis studio, & oblecta-
tione referebat. Cum ætate paulo magis processisset; ecclesiæ
sanctorum Gratiniani, & Felini Aronensis sacerdotium, Abba-
tiæ nomine, quod dudum in familia Borromeia permanebat,
acepit. Atq; cum humanioribus litteris satis operæ dedisse vi-
deretur; Ticinum, vt ciuilium legum, & sacrorum canonum stu-
dia coleret, sese Patris iussu contulit. Tantula ætate cum esset;
sacerdotij sui fructus sacros esse reputans; quorum sibi, vtpote
Abbati, Deo reddēda ratio esset: patrem, cuius alioqui volunta-
ti obsequi diligenter studebat, modeste monuit, qui vna cum
ceteris facultatibus suis adhuc Abbatia res dispensabat: mini-
me id sibi iustum, neutriusque saluti consentaneum videri; qui
fructus sibi superessent, eos in rem familiarem conuerti, ac non
potius dari pauperibus. quod pius pater, tantum abest, vt mole-
ste acceperit, vt filij religione, præclaraque indole latus, ac præ
gaudio lachrymans, administrationem ei sine mora reliquerit.
quod si patri aliquid ex iis, necessarij sumptus caussa, opus erat;
mutuū dabat filius; quod ei postea, vel egenis restitueretur. Ti-
cini nec ab æqualium suorum vitæ cultu abhorruit; & pietatem,
honestatemq; coluit diligenter. Ne insignes in litteris progres-
sus habere videretur; ingenij motus ad explicandum haud satis
expediti faciebant. Nuper ex eius sociis quidam narrabat; eo se
tempore saepius Caroli patientiam esse admiratum; quod neque
aduerso aliquo ludi euentu, neque famuli cuiusquam ignauia
commotus, quidquam faceret, aut loqueretur vñquam, quod
contumeliam, aut liberiorem indignationem præ se ferret; elu-
xisse quoque in eius moribus addebat animū excelsum, ac men-
tem ab humanis cupiditatibus, ambitioneque alienam. cum ei
ultimo fere iuris studiorum tempore, Io. Angelus Cardinalis
Medices auunculus Abbatiam Romanianam cōtulisset, & præ-

Ticini ciuili-
bus accanoni-
cius legibus dare
operam.

Sacerdotij sui
fructus in pa-
uperes distribui-
curat.

Mira illius pa-
tientia.

De confis-
do Ticini colle-
gio Caroli con-
siliis.

terea Caluentianum, vt appellant, Prioratum; de collegio ex iis
opibus Ticini constituendo iam tum cogitare, ac loqui cœpit:
seque

seque aiebat, modico sumptu, procul ab humano splendore; etiam ruri vitam libenter acturum; modo talis collegij commodum, atque ornamentum familiæ, patriæque afferret suæ: quod alia ratione postea præclare factum vidimus. cam animi moderationem, atque æquabilitatem, haud maxima præsertim ingenij celeritate coniunctam, quidam quasi tarditatem, abiectio nemque despicer videbantur: cum tamen & ipsius adolescētiæ acta non obscure, & posterioris temporis res gestæ multo illustrius, longe aliter se rem habuisse demonstrarint. at enim moderari animo; non capi caducis rebus; & quæ vere magna sunt, reique publicæ utilia amare, & quærere; non tardi, vel abiecti, sed præstantis ingenij est. Non confecerat Abbas iuris disciplinæ cursum, cū eius pater ex hac vita migravit, annos natus quadraginta septem. qua de re, licet Federicus frater esset natu major; rerum familiarium summa, propter prudentiam, morum que grauitatem ad eius iudicium rediit. quam curam, ea cum laude gessit, cum sororū gubernatione coniunctam; vt si, quem admodum Apostolus monet, ab administratione domestica ducamus argumentum; ecclesiam quoque illi quandoque recte committi posse, iam tum liceret facile iudicare. Ad continuanda iuris scientiæ studia, impedimenti aliquid Abatti eiusmodi administratio sine dubio attulit: sed ob id quoque intermissionis fuit iuris discendi labor; quod studiorum suorum cursus citato conficiendi desiderio, quasi æstu quodam, ad vigilias, & nimias litterarum occupationes delatus, in pericolosam valetudinem, pituita ex capite distillante incidit; quæ curationem procul à libris omnino postulabat. ea pluribus mensibus temperantia fere, commodaque vita ratione Mediolani adhibita; quamquam grauius malum, fortasse etiam vita discriben, auertere visa est; non effecit tamen, quin pituita itidem fueret, usque ad postremos fere illius vitæ annos. quo tempore illa assiduo ieunio valde imminuta, in proverbij fere consuetudinem Caroli remedium induxit. dum curaretur, à medicis præscripta musici cantus oblectatione, quæ natura tamen erat ei valde iucunda, eo temporis spatio tantu utebatur, quod medicinæ caussa iij necessarium

Moritur pa-
rens.
Rerum fami-
liarum curam
præscripta Caro-
li.
In pericolo sum
morbū incidit.

Eius in animi recreatione modestia.

sarium iudicauerant. ac ea tum verecundia fuit; vt si quid carni-
num canendum esset, quod ad lascitiam pertineret; reiiciendū
ille quidem curaret prius, si animaduertisset: sin autem; verba
saltēm omittēret; vocumque modos tantum exprimeret. digna-
cerētē clerico modestia; quemadmodum ea quoque; quod roga-
tus, vt pilē ludum in paternę domus platea spectaret; ad ianuam,
fenestramue ita consistere recusabat, vt à ceteris spectatoribus
videri posset. At disciplinæ sacræ studium non mediocre ostē-
dit, in veteribus monachis quibusdam ecclesiæ suæ Aronensis
corrigendis. qui quidem à beati Benedicti instituto tam longe
aberant, vt vix ipsius monastici vestitus vestigium retinerent.
quorū licentiam, cum sibi minime ferendam adolescens Abbas
iudicaret; alios viētus asperitate, alios arcta custodia puniuit,
& in officio continuuit: quamquam nullo eius generis tunc pro-
posito exemplo, quod sequeretur. Quinto, ex quo iuri studere
cōoperat, anno exacto, vti iuris vtriusque peritus, doctoris insig-
nia publice Ticini suscepit; Francisco Alciato tradente, qui di-
scipuli officio postea Cardinalis creatus est.

*Fit Cardinalis,
& Archiepisco-
pus Mediolani*

C A P . III.

*Morsur Pau-
lus quartus.*

Cardinalis

*Medices Pon-
tifex eligitur.*

1560.

O B I T V Pauli quarti, vacabat eo tempore Pontifice Roma-
na Sedes. tum Cardinalis Medices Margaritæ frater, electus est;
& Pius eius nominis quartus appellatus; anno salutis M. D. L. X.
ineunte. Allato Mediolanum nuncio; ad duos Comites, vt Pon-
tificis sororis filios, salutandos, domum conuenere statim Ma-
gistratus, ciuitatisque principes; cognati, vt fit, notique omnes.
sed illos neq; spei magnitudo, nec elata cogitationes impedi-
runt; quin se se pie colligentes, Deo gratias agerent; & peccata
sua confessi, sanctissimaque sumpta Eucharistia, christianum ia-
cerent status eiusmodi fundamentum. Federicus sine mora Ro-

In iussu Pontificis mam contendit. Carolus paucis interiectis diebus, Pontificio
*Romanum conce-
ditur Carolus.*

iussu accersitus, secutus est. Alterius sororis filios Pontifex ha-
bebat, Marcū Cardinalem, & Annibalem, Sitticos, Altaempfij
Comites; Scrbellonos item consobrinos; quos omnes dilexit,
magnisque honoribus, & amplitudinis Pontificiae beneficiis
auxit: sed hos tamen præcipue sibi ornandos ille constituit. Fe-
deri-

*Federicus Ca-
ribus fuit.*

dericum statim quibus potuit maximis, ditionis ecclesiasticæ titulis ornauit: qui Philippi quoque Hispaniarum Regis liberali voluntate, opibus, atque honoribus valde honestatus est. Carolum Prothonotarium primo creauit; ac libellis referendis præfecit. post mensem autem, & Cardinalem fecit; &, quamuis annum ageret tantummodo xxii. Mediolanensem detulit Archiepiscopatum. Præterea Romanæ ditionis administrationem illi mandauit; de qua, viris grauibus in consilium adhibitis, a fidue consultaret, supplices libellos, ac manda omnia, quæcumque essent, pro se subnotare iussit. Auctoritatis pontificia munera grauissima, negotiaq; quotidie detulit; & omnium curarum suarum, consiliorumque participem fecit, ac administrū. nam & ipse miram in publica negotia, grauissimasque res gerendas ostendit ab initio propensionem. eo factum est, vt nullus re apud cognatum Pontificem Cardinalis maiore auctoritate, atque administratione vñquam fuisse videretur. Addidit amplissimas facultates; quibus ille splendore plane regio, contra quam eius natura, consuetudoque ferret, vitam instituit. maximus domesticorum numerus; in his viri litteris, nobilitate, titulis ornatissimi. Præsulum, aliorumque nobilissimorum viorum quotidiana conuiuia. pretiosissima suppellex. quotidianas etiam oblationes quasdam sacræ disciplinæ non satis contentaneas admittebat. Magna porro, repentinaque dignitatis amplificatio, si præsertim exempla, & instigationes accedant, saepe mores, ac naturam ipsam perturbat. At tantis copiarum blandimentis delinitus; ad perfectiorem tamen vitæ disciplinæ ocoulos retorquebat: & ad humana omnia contemnenda se ipse frequenter excitabat. Cumq; multos post annos Dei beneficia secum reputaret; commemorare solitus fuit; inusitata se ratione ad sanctiora pietatis officia, religiosioremque vitam fuisse perductum: neque enim angustas, asperasue res, vt plerumque fit, Deum adhibuisse; sed prosperas, maximeque florentes: vt in iis rerum humanarum leuitatem, inanitatemque diuino lumine perspiciens, ad ea, quæ solida, grauia, æternaque sunt, animum adiiceret. Interim non solum aliquid amplius, vt humanum est,

Pontifice multis ritulis ornatur.

Prothonotarium primum, & Referendarius, deinde Cardinalis, ac Archiepiscopus Mediolanensis Carolus creator.

Alia officia eaque grauia illi mandantur.

Amplissimas facultates addantur.

Ad disciplina perfectionem animum conseruit.

*Divitiae acci-
per inuitus.* ex opibus Ecclesiæ quotidie sibi addi non postulabat; sed etiam vltro à Pontifice tradita, propemodū accipiebat inuitus: quod ex cognatis nonnulli; & alij, qui ex eo pendebant, valde quererentur: & quod virtutis erat, ut humana peruersitas est, angusto, paruoque animo tribuebant. Virginalem modestiam, quæ semper in eius moribus cluxerat, exquisite retinuit: & in eo genere non modo quidquam male appetere namquā vlli visus est; sed insidias quoq; non semel paratas sancte admodum vitauit. Praestit in mandatis muneribus summam fidem, incredibilemque diligentiam; tum mentem prorsus incorruptam; quæ neque cupiditate, neque vlius gratia vniquam moueretur; sed in omni re consultanda, & diiudicanda, quod iustissimum esset, id spectaret, & exequeretur semper. pristinam item patientiam; vt nullius errato, vel molestia commotus, quidquam faceret, aut diceret in quemquam contumeliosum. Cum autem plerique amplitudinis, diuiiarumque splendore, commodoque capti, delicatores fiant; laboresque dignitati coniunctos fugiant: cōtra hic adolescens sese patientissimum præstabat: multum scribendi, dictandique laborem suscipiebat: diuturnam iis, qui alioqui vellent, operam dabat. In suos, pauperesque, si liberalissimus initio non fuit; ita se tamen comparauit; vt in eius animo liberalitas in dies, calore diuini spiritus augescens, ad præclaram illam effusionis plane christianæ maturitatem tandem perueniret. Pauperibus multa donauit, tum Romæ; tum in iis maxime locis, vnde sacras pecunias accipiebat. Aronæ præsertim multa distribuit, ac Mediolani: vbi si qua de causâ in rebus ecclesiæ constituendis, gregisque; ad rectam viam reducendo, sumptu opus esse viderat; de suo liberaliter iussit suppeditari: vt nihil penitus ex ipsius ecclesiæ fructibus ipse Romæ tunc existimetur perceptisse. Humaniora litterarum studia coluit. cumque viros eruditissimos in eo genere plures apud se haberet; ex eis, aliisque nobilem instituit Academiam. cuius exercitationes noctes appellauit Vaticanas; quoniam publicis, plerumque negotiis interdiu occupatus, certas eis dabant ipsius intempestæ noctis horas. Valebant ea studia, ad doctrinam morum, facultatemque dicendi

*In pauperes, li-
beralitas.*

*Litterarum
studia.*

dicendi comparandam; tum memoriam quoque exercendam; dum posita quæstione, quæ ad mores pertineret; in vtramque partem, quam poterant ornare, copiose, atque eleganter dissecabant. ad animorum vero relaxationem aliquid etiam admisere liberalis ioci solebant, ac leporis. ex horum numero, & ex eis, quos in consultationibus adhibebat, viri fuerunt, tum litteris, tum dignitate clarissimi; qui magno fuerunt, partimque adhuc sunt reipublicæ christianæ usui, atque ornamento: ex quibus Episcopi, Cardinales; & ipse quoque Gregorius XIII. extiterit. Curabat ille, per casus exercitationes, non solum ciuismodi doctrinæ præcepta, dicendique usumassequi; sed etiam, quæ in loquendo sentiebat, impedimenta naturæ superare: concisas enim sententias, immo etiam verba ipsa iniminita, habitu quodam nimirū celeritatis pronunciare solebat. quibus in rebus, quantum proficerit; tum illius iudicium in scribendo, alienisq; scriptis corrigēdis postea indicauit; tum frequētissimæ conciones declararunt. Atq; huiusmodi studia non parum ad eiusque salutaria cōsilija valuisse postea fatebatur. cum enim illi Stoicorum sententia in Academia impugnanda quandoque obuenisset; contra potius se se ad eos aliquo modo sequendos, hoc est ad perturbationes comprimendas, dum ei rei studeret, animiq; perfectam moderationem comparādam, sensit incitari; ex quo Epicteti philosophi libellum frequenter in manibus habere, eiusque præcepta valde obseruare, per ea tempora visus est.

CVM in Carolo rerum humanarum sæpe despicientia se se ostenderet; non obscure tamen etiam studium apparebat sorores omnes recte collocandi. Id optime successit; Pontifice fauente; Deoque in primis cumulatissime præstante, quod bonus ille Gibertus eximia pietate sperauerat. Eas enim Principibus, ac diuitiis, ditionequæ præstantibus viris in matrimonium dedit: Camillam quidem, quæ prima fuit, Cæsari Gonzagæ, Melfiæ Principi; Hieronymam Fabritio Gesualdo, Venusini Principis primo filio; Annam Fabritio Columnæ, Marci Antonij Ducis Taliacotij itidem principi filio; Hortensiam Annibali Sitti-

*Quales viros in
consultationibus
adhiberet.*

De Annæ sanctitate, & ceterarum sororū matrimoniis.
CAP. III.

*Quibus viris
sorores in matrimonium collocantur.*

co, Altempſij Comiti, & ſotoris Pontificis filio; non enim Hor-
tensiam ex Margarita, ſed ex alia vxore Gibertus fuſceperat. Ho-
nestiſſimæ fuerunt omnes: at Anna iis moribus, eaque fuit san-
ctitate; vt in tāti fratriſ historia merito, de illa ſit præcipue com-
memorandum. ſolidæ pietati, rerumque diuinarum contem-
plationi maxime ſemper dedita fuit. vt non modicam noctis
cuiusque partem, quæ ſomno danda erat, in ſacra supplicatione
adhuc puella ponere ſoleret. At cum Fabricius adhuc adolescēs
diem ſuum obiiffet; christianæ disciplinæ, piisque exercitationi-
bus in dies magis intenta, tantum profecit; fratriſ exemplo, ac
hortationibus in primis incitata; vt in eius precibus magnum
domus ſuæ præſidium Marcus Antonius vir prudētiſſimus col-
locaret. Veſtitum mutare, ſeſequere abdere in monaſterium con-
ſtituerat; niſi conſilium dediſſet Carolus, vt religiosam vitam
domi agens, filios, quos ex Fabritio fuſceperat, non deſereret;
ſed educaret pie, ac diligenter. Egentium iuuandorum studio-
iſſima fuit. ex eo, quod ſeparatim ei dabatur, ad ſuos, familiæq;
ſumptus, quantum poterat, detrahebat; & in cleemosynas con-
ferebat; vt iipſis etiam indumentis, ea de cauſa tritis admodum
vteretur. frequenter etiam, quod apponebatur in mensa, mo-
dica ſibi retenta portione, pauperibus dari iubebat. Ecclesia erat
in Panormi regia, vbi illa cum M. Antonio Siciliæ prorege habi-
tabat; & in eam ex Annæ domicilio aditus; vt commode poſſet
in ſacro loco eximium explere, continuandæ ſupplicationis de-
ſiderium. ibi quo ardentiore animo precaretur; sanctiſſimam
Euchariftiam haberri perpetuo curauit: & ſacram ſtararum hora-
rum publicam precationem, ſoceri auſtoritate reſtituit. Cum
autem humida eſſet ædes, loco præſertim illo remotiore, in quo
Anna manebat; contraxiſſe videtur ex diuturna mora frigidam,
grauemque totius corporis, præcipue capitis, affectionem; quā,
vt diuinæ benignitatis munus, libenter uſque ad obitum tulit.
Cum sanctiſſimam Euchariftiam ſumebat, tam ardentι, atque
intimo ſenſu pietatis afficiebatur; vt duarum circiter horarum
ſpatio, nullo fere motu, mente penitus in diuinis mysteriis defi-
xa, permaneret. Sacerdotem cui conſitebatur, quisquis eſſet,
tantο-

*Anna ſotoris
christiane ex-
ercitationes.*

*Obſeruantia
Anna erga
Confaffarium.*

tantopere obscurabat; vt ne latum quidem, vt aiunt, vnguem ab eius voluntate discedere auderet; tantoque honore, ac reuerentia prosequebatur; vt diceret interdum; pedum eius vestigia cuperem admodum se osculari. Tentarium ea febri cœpisset, ex ^{Quomodo se} qua mortua est; nihil patefecit: erant enim extremi quadragenarij ieiunij dies, quorum abstinentiam nolebat interrumpere. ^{geffers in infirmitate.} ad sacram Paschatis communionem venit in ecclesiam. per eos dies, qui paucifuerunt ante mortem, solito loco nonnunquam ad meridiem usq; permansit orans. demum ingrauescente morbo iacere coacta, de morte obeunda placidissime audiuit, ac hilariter: creditoribus iussit in præsentia satisfieri: & ex ea hora rogauit, ne filij amplius ad se adducerentur; quo magis ab humanis rebus remota, quæ spiritalia, cœlestiaque sunt, quiete cogitaret. Humile funus ducendum præscripsit: cœlestique amore vehementer accensa, diuinum viaticum accepit; & sacram extremi temporisunctionem; cuius unctionis loca sibi ante diligenter ablui iussit. cumque ad extremum usque sensibus viguisse; sacerdoti etiam singillatim cœlites inuocanti respondisset; mortem obiit anno Domini M. D. xxc. ii. Luxere eam Panormitani propemodum incredibiliter. tum vero eius corpus ita fere habuerunt, quemadmodum beatorum corpora solent haberi. luxere autem in primis pauperes, quorum se benignissimam parentem semper ostenderat. De Anna, ceterisque sororibus satis.

Moritur Anna.

R E D E A M V S ad Carolum; cuius sanctioris vitæ desiderium triennij fere spatio; siue negotiorum, curarumque magnitudo-
ne; siue humano, falsoque pudore quodam retardatum; tum ar-
dentius excitatum est, clariusque multo enituit; cum Federicus
frater diem suum obiit, mense Nouembri anni M. D. L x. ii.
Florentissimi iuuenis interitus, qui dum ad summos honoris,
atque amplitudinis gradus gloriose ingrederetur, de medio præ-
ter omnium opinionem sublatus est; magnopere valuit; vt Ca-
rolus tum ipse vehementius commotus; tum aliorum animos
factos ad humanarum rerum imbecillitatem præsenti casu at-
tentiores, conspicatus; ad præclaram vitæ huius despicientiam,

1562

Ad meliora
vitæ studia se
refert.
C A P. V.

Federicus fra-
ter moritur.

sacramque illam optimæ vitæ disciplinam, quæ iam diu ei proposita erat, sese aperte, strenueque conuerteret. Affuit assidue fratri laborati; & quæ tali tempore homini christiano pia officia debentur, omnia, quantum potuit, cumulate præstitit usque ad mortem. Dum autem alij, & ipse Pontifex in primis, afflicti, Federicum diutius lugerent; ipse accersito sacerdote, cui peccata sua solebat confiteri; de insigni morum mutatione cum eo egit, ac decreuit. Dictabant eo tempore multi, Carolum nullo fratre, neque fratri filio, clericalem vitam relicturum; & vxore duxta, profanis honoribus, & negotiis implicandum. & vero etiam fuisse dicuntur; qui aperte significant, idque incitarent; idque non sine corum auctoritate, qui plurimum poterant. ille autem, ut omni se interpellatione liberaret; non multis post mensibus ad sacrum presbyteratus gradum ascendit. Personam ex eo tempore visus est longe diuersam induere: eaque fuit in moribus, omnique vita consuetudine grauitas; ut ad austrietatem quoque perueniret; quemadmodum saepe solet initio vita religiosioris euenire. Non cetera solum oblectamenta diminuit; sed cum exercitatione corporis ad id tempus valetudinis gratia magnopere delectatus esset; eam quoque respuit; quoniam Ægidius Fuscarius religiosissimus Episcopus Mutinensis, quem plurimi faciebat, eam sibi consuetudinem in iuuene minime probari dixerat: augeri enim calorem nimis, qui si apte natura, tali aetate, maxime viget. inde cibus, potusque multos: ex quo multum somno, parum contemplationi, litterarumque studio dari temporis, necesse est; praeter alia, quæ animæ facile consequuntur incommoda. Ciuiles Academæ exercitationes, studiaque dicendi, ad spiritualem traduxit rationem; iam tuim, vt puto, cogitans de grege suo coram custodiendo, concionibusque sacris passando. Alia studia litterarum, egregia illa assiduitate, patientiaque sua coluit: doctorumque virorum quotidianas disputationes sua manu scribens, diu satis exceptit: vt merito miraris, Carolum per eos annos, tantis occupationum pressum operari natus. multis scientiis ribus, logicæ, philosophiæ, Thcologiaeque, quamquam non ad perfectam scientiam, operam dare potuisse. sed multo magis mirum;

*Presbyteratus
gradum recipit
Carolus.*

*Omnia studia
ad spiritualem
rationem tra-*
ducit.

*Multis scientiis
operari natus.*

mirum; varie illum, grauiterque oppugnatum; quorundam sificationibus, insidiis, obtrectationibus sollicitatum; stetisse tamen; piaque sua consilia atque instituta constanter retinuisse. Mutatione eiusmodi plerisque non probabatur. eius caussam; ut quisque sibi prudentissimus videbatur, ita in rebus humanis, ut sit, acute inuestigabant. multi palam improbabant; simulationemque dicebant. At multi etiam veritatis, diuinique spiritus vi permoti; tum sincerū eius animi sensum agnoscebant; dignumque imitatione iudicabant; tum eius exempla sequebātur. Plures ex literatis Academiæ, domusque suæ viris, ad sacra studia, vitamque puriorem eius exemplo se rétulerunt. omnino plurimi, eius imitatione, vitam, actionesque suas conformarunt.

Tunc œcumenica synodus Pij Pontificis auctoritate, iussuque Tridenti habebatur; cuius acta, progressionesque cum antea Carolus magno studio, ac pietate curasset; tum eo tempore studiosissime cœpit tueri. atque cum de ea dissoluenda quodam tempore ageretur, pluresque ex principibus assentirentur, immo quidem vrgerent; ille Pontificis in eo voluntati consentiens, omnia auctoritatis suæ conatu restitit, perficiendamque curauit. Ad eorum cognitionem, quæ synodi decretis opus erant.

Gulielmo Sirleto, plurimum vñus est: cuius doctrina, cum anti-quæ disciplinæ, græcæque linguaæ cognitione, tum vero eximia pietate coniuncta, adeo est delectatus; vt hominem semper pluri

mi fecerit; neque destiterit, donec eum postea perduceret ad pera Sirleti.

Cardinalatus gradum. Ad sui ipsius, suorumque meliorem vitæ

rationem, multa Carolus à morte fratris cum instituisset; sanc-

tis demum anno M. D. L. x. i i i. Tridentinæ synodi decretis, ea 1563.

studiosius est executus; adiecitq; etiam sanctiora. Circiter octo- ginta de domo sua missos fecit vno tēpore; eos fere omnes, qui clericali vitæ minus apti videbātur, quos benigne admodum, liberaliterq; tractatos dimisit. serica indumenta non sibi solum, sed familiaribus omnibus interdixit; qui neminem ex eis antea sine sericis splendidisque vestimentis admittebat. De corpore

suo nihiladhuc seuerius statuit, quam ut vno die singulis hebdomadis pane, & aqua tantū vesceretur. Molesta cœpit esse grauissi-

marum

*Vix in eam
insidia illuc
que constanti...*

*œcumenica
synodus Tri-
dentis celebra-
tur, Seq; perfi-
ciatur contra
multos Greges
Carolum.*

*In synodi de-
cretis cognoscendus Galiel-*

peri Sirleti.

*Familiam ad
melorem Sir-
rationem insti-
tuit, se suoque
familiis arcis se-
ricis indu-
mentis abdi-
cat.*

*Contemplatio-
ni. Baru horis
vacat.*

*Quorum confi-
bus erat.*

*Incidit in mor-
bum, quod sum-
que ex illam-
fimstate pro-
ficerit.*

marum occupationum assiditas: quibus ne à diuinorum rerum contemplatione abstraheretur, in ædiculam quandam, quam sibi remoto loco ad id constituerat, se se abdere certis horis cœperat. paulatimq; se prorsus à rebus agendis subtrahere velle videbatur; nisi quem vehementer obseruauit, Bartholomæus Archiepiscopus Bracharensis ex ordine Dominicano magna sanctitate Præsul, admonuisset; Ecclesæ, Caroliq; ipsius conscientiæ periculose sibi videri, defugere munera, occupationesque illas, quæ facile in homines longe diuersæ sententiaæ recidere possent. quæ res fecit, vt consuetos labores, atque onera pergeret sustinere. Virorum pietate, disciplina ecclesiastica, doctrinaque præstantium assidua consuetudine, consilioque vtebatur: inter quos alij erant boni sacerdotes Hispani; qui nuper ex ciuitate Tridentina, Concilio absoluto venerant. ex eodem numero Franciscus Forerius fuit egregius Theologus itidem Dominicanus ordinis, quem Carolus apud se retinuit, & de rebus Theologicis quotidie differentem diu audiuit. Atque propius iam ad Episcopim unus accedens; quod se graue admodum sustinere sentiebat, & ad salutem sui gregis diligenter exequi cupiebat; in sacris concionibus publice habendis, de quo grauissime Concilium constituerat, se cœpit exercere; remotioribus tamen locis, fereque ad virginum cœnobia; quamquam & in suas breui prodiit tum S. Mariæ, cuius erat Archipresbyter, tum S. Praxedis, cuius titulū habebat, ecclesiæ. Inusitata multis sæculis in tali persona muneris functio: concionator haud aptissimus; tali loco; quos in hominum sermones venerit, nō est opus explicare. quibus rebus tamen, eius optimum studium superari, tardarie non potuit. At vero fecit ea tota morum conuersio, constansq; in ea voluntas; vt illum tandem vereri quodammodo sumimi, infimi inciperent; & ipse Pontifex eius cauſa quibusdam rebus utiliter abstineret. solidæ virtutis vis hæc est admirabilis; quæ plurimos à vitiis deterret, & ad ea, quæ recta sunt impellit; quam ipsi quoque summo loco constituti non possunt non subire. Incidit per id tempus in morbum Carolus; qui diuino quodam munere, luminis ei plurimum, cœlestisque suavitatis

tatis attulit; atque ita mentem ad superiorum desiderium acuit; vt terrena omnia magis ac magis despiciens, mortem concupisceret: atque adeo culpam in eo suam timeret; quod ab humarum rerum tædio nimis refugere, & ita Deo se totum minime permittere, sibi videretur.

Q uod antea de sua diœcensi visenda, colendaque cogitauerat; id perficere quamprimum curabat. sed cum id moleste ferret Pontifex, senemque se quereretur ab eo deseriri, quem vt filium charissimum amabat; suum in Insubriam aduentum, non ille quidē dimisit, qui eum in animo defixum habebat; sed paullum distulit. Statuit vero interim ecclesiæ suæ longe accuratius, quam antea sine mora prospicere: vbi plurima corrigenda, restituenda, ordinanda esse, & probe sciebat, & quotidie audiebat. Ac superioribus quidem annis Vicarium ibi habuerat; immo Episcopalis quoque ordinis hominem, qui pontificalia munera obiret. nonnihil item ad clericalis disciplinæ conformatiōnem pertinens cœperat. Verum ad sanctiorem, illustrioremque tunc administrationem; quem Mediolanum cum potestate mitteret, præstantissimum sibi virum perquirendum statuit. de quo sollicitus cum inuestigaret: sapientissimo consilio fecit, vt Ioannis Matthæi Giberti olim Veronensis Episcopi alumnum deligeret. Cum enim vir ille, clericalis vitæ, ac administrationis episcopalis egregia laude non multis ante annis floruisset; & ante Concilium Tridentinum fuisset ecclesiasticæ disciplinæ eo saeculo in Italia restituendæ facile princeps: nihil aptius, meliusue cogitare Carolus posse videbatur; quam, vt virum tanti Episcopi consiliorum participem, actionum adiutorem, institutorum peritum sibi adsciseret: vt consilia sua, ex sacris Concilij præceptis, & ex præcipuo illo animi sui lumine concepta, cum iis coniungens; præstantissimam efficeret, Domino in primis iuuante, regendæ ecclesiæ rationem. Accersiuit igitur, Cardinali Nauagario Veronensi Episcopo concedente, Nicolaum Ormanetum presbyterum, & iurisconsultum Veronensem; qui non solum fucrat Ioannis Matthæi Vicarius; sed cum Reginaldo Polo Car-

Ecclesiæ suæ
absens consu-
lit

C A P. VL

Nicolaum Or-
manetum pre-
stantem virum
fucrat ad se accersit.

C

dinali

dinali sedis Apostolicæ Legato, in Anglia, rebus illius ecclesiæ componendis operam dederat; & Concilij Tridentini actionibus interfuerat: tunc autem ab humanis cupiditatibus alienus, populum quendam in diœcesi Veronensi sacra regebat auctoritate; & paruum gregem bonus pastor, sancte, quieteque paciebat. Sed eum Dominus nihil eiusmodi cogitantem euocari, eiusque virtutē ad Mediolanensis, atque adeo vniuersae Ecclesiæ utilitatem, in apertum proferri voluit. Romam cum venisset, Carolus amantissime accepit; & pro sua ardentis gregis charitate, de ecclesia administranda, deq; omni sacra disciplina ex Tridentinis præcipue decretis restituenda, cum illo plene, assidue que communicauit: vt pleriq; iis diebus mirarentur; id tēporis cum eiusmodi homine consumere, qui orbis Christiani tot, tantaque, negotia sustineret. Inde illum Mediolanū dimisit: quo iam anno ante cléricos miserat ex societate IESV, Benedictum Palmium in primis, magno ardore, atq; eloquentia concionatore, qui omnes tamquam exercitati milites procurrerent, in sua quisque munera functione Duci viam pararent; belliq; initia susciperent; quod grauissimum, & turbulētum cum depravatis hominibus, demonibusq; futurum erat. plurimi enim ex omni genere vitiiis erant contaminati: rerumque salutarium tota ratio in ciuitate, in agro, in omni denique prouincia maxime perturbata. nam cōtinuata, paucis annis exceptis, circiter octoginta annos Pastorum absentia; magnam ad diripiendum, dilaniandumq; gregem, adiutum bestiis immanibus reliquerat: obscuratis vbique præsertim ex diuturna temporum calamitate, sacræ disciplinæ custodientiae, tuendæque luminibus. Ecclesiastica administratio, animarū curatione fecre prætermissa, ad iurisdicendi munus, litigiosorumque clericorum controvérsias dirimendas, redacta erat. atque vni Vicario, tantum otij scilicet à negotiis dabatur; vt etiam rebus ludicris frequenter posset operam dare: sed ipsa quoque iurisdictio, iudicium, siue incuria, siue ignavia, violata magna ex parte fuerat, ac imminuta. Cleri mores in vniuersum, siue domos spectares, siue ecclesiás, misere corrupti: luxuries adeo libera, vt cautionem contemneret. sacerdotiorum multorum vestigalia

*Ormanetum
Mediolanum
dimisit, quo
iam cléricos &
Benedictum
Palmum Con-
cionatorem
egregium, ex
Societate IESV,
premisserat.*

*In quo rerum
statu discipli-
na ecclesiastica
Mediolani
esse constituta*

galia vni assignata ; eaq; ad profanum splendorem pro cuiusque gratia expedita : sacra munera ab iis, quorum essent, neglecta ; ab aliis ad egestatem sustentandam, non tam pro viribus, quam pro inopia quæ sita. vtraque sæpe vitio, contraque sacrorum canonū præscriptiones impetrata. si quæ litteræ; non ad salutem, diuinorum rerum scientiam; sed ad lites, & iudicia comparatæ. sacrorum munierum functionibus, sacrificiisque ipsis obeundis, tamquam vulgarium clericorum officiis, nobiliores abstinere : profanis negotiis implicari. ædes sacræ ex parte maxima deformatæ ; debitoque diuinorum officiorum cultu destitutæ : sordida suppellex : reliquiæ , aliæque sacræ res indignis modis habitæ. Cōcionatores ad eas res fere intenti, quæ, vt Apostolus monet, ad concertationes potius, quam ad rectam vitæ institutionē valent. Hæc omnia qualis populi vita consequatur, ignorat nemo. annuus tātummodo sacramentorum usus; ac in plurimis ne annuus quidem. sacra officia, immo ecclesiæ ipsæ parum à clericis, multo minus à laicis frequentatæ. criminum, quæ sacra potestate puniuntur magna licentia: adulteria multa, cōcubinatus, usuræ. sed eius temporis miseriæ distinctius ex Caroli gestis apparet. Manebat certe Mediolanensium illa procluus ad virtutem naturæ : erant piorum hominum sodalitia , aliaque vetera instituta multa ; quæ singularis cuiusdam bonitatis , ac pietatis significationem dabant ; exterisque hominibus à Carolo missis magnæ erant admirationi. Religiosorum hominum congregations multa salutis habebant adiumenta. Clerici, qui Paulo Apostolo duce, ac patrono, cœnobiticam vitam apud ecclesiam sancti Barnabæ iam instituerant, religiosæ, spiritualisque vitæ rationem præcipuo studio reuocare, atque inducere conabantur. rerum caducarum contemptum non solum verbis publice facendis; sed etiam seuera admodum vitæ ratione docebant: & eorum, quæ Deus pronobis pertulit imitatione, acriter sæpenumero inflammati, ea publice faciebant, quæ ad homines præsentium bonorum amantes acriter cōmouendos, vehementer valerent. Verū, vt hi magnū numerū ad optimas christianæ viræ exercitationes adduxissent; nullo tamen publice potestatis subsidio; plen-

*Mediolanensis
um natura ad
virtutem pro-
cluus.*

*Clericis regula-
res S. Pauli quæ
officia Medio-
lani presta-
rent.*

risque etiam repugnantibus; vix quidquam consci qui potuerant, quod vniuersæ ciuitatis mores immutaret. nam & ipsi religiosi ordinis homines eiusmodi vitæ spiritualis instauracioni , nouitatis nomine sæpe sunt aduersati : tanta vis est prauæ, ac inueterratæ consuetudinis; quæ vetustissima quoque pietatis officia, vt res nuper inuentas, malasque respuit, ac aspernatur. ex ceteris quoque ciuitatis bonis , multum extabat fructus salutaris ; at non is tamen, qui tam magnas tollere corruptelas posset. Commodissime autem videtur euenisse ; priusquam ipse Carolus veniret, Ormanetum ad ecclesiam administrandam mitti : vt cum multa ex iis, quæ æquiora sine dubio essent, ille assequeretur; multa etiam dissimulare, multa tolerare; leniter omnino ad reliquam, perfectioremque conformatiōnē animos præparare posset. nam plena, repentinaque correctio sine magna perturbatione, ac periculo induci posse vix videtur. Carolum autem ipsum præsentem in multis, grauibusq; conniuere; tum eius amplitudine, potestateq; indignum erat; tum futuræ etiam administrationi non mediocriter incommodum : quæ ex seueris, acribusque initiiis multo facilior ei futura erat; quemadmodum exitus comprobauit.

Quæ Ormanetus egit in administratione ecclesiæ Med. C A P. VII.

1564.

IN suam igitur administrationem ingressus Ormanetus mente Julio anno à salute M.D.Lx.iv. quid egerit breuiter attingendum puto: vt cuius ædificij ratio latius hoc libro describēda est; eius quo modo iacta sint fundamēta prius ostendam. Ac primò quidem præcipua quædā capita tantummodo, ad vitia coërcenda, ecclesiasticamque disciplinam restituendam, prudenter aggressus est; eaq; fere Cōcilij Tridentini auctoritate sancta; quibus qui resisteret, nō ita facile, vel nullo modo potius posset excusari. nam & Philippus Rex , ac Mediolani Dux omnibus prouinciarum suarum Praefectis iusserat; vt quæcumq; Tridenti cōstituta erant, omnino seruari pro eorū facultate curarent; ecclesiistarum Antistites, quibuscumq; rebus possent, in iisdē perficiendis iuuarent: & prouincię Gubernator Gabriel Couius Dux Albutcherchij, Senatusque Mediolanensis, ad omnia in eo genere peragen-

*Philippus Rex
Provinciarum
suarum Praefectis
et decretis
Tridentina Sy-
node seruari
curent, iuvet.*

peragenda pie se paratos ostendebant. Primo igitur Ormahetus omnium Ambrosianæ ecclesiæ clericorum synodū, paulo post aduentum suum conuocauit: vt Ecclesiarum ministros; corum cōditionem, ac statum; tum ius habendi sacerdotij recognosceret: iis præsentibus, quæ ad vsum pertinerent, deliberaret: quæq;^z seruanda essent, denunciareret. Habet vrbs Mediolanensis ecclesiæ animarum curatione insignitas, seu parochias ad septuaginta. alias octo, quæ canoniconum collegiis coluntur. Extra urbem vero sunt parochiæ circiter septingentæ; collegia multa. cumque à reliquis partibus haud ita late diœcesis pateat; quæ spectat ad Aquilonem; quamuis Comensis ecclesiæ finibus ad viginti millia, & amplius partim teneatur; longe tamen etiam funditur ad regiones Verbani lacus: tum vero obliquo, longissimoque tractu ad alpes pertinens, ad passuum circiter centum millia ab urbe progreditur; multumque earum regionum capit, quæ sub Heluetiorum imperio sunt: ac montibus, vallibusque multis impedita, vias incommendas, atque asperas habet. Vrbis igitur, atque agri sacerdotibus conuocatis, qui numero fuere circiter mille ducenti, synodum habuit Ormanetus. in eo sacri Tridentini concilij decreta publice recipi, fidemque catholicam singulos profiteri iussit: tum denunciauit; vnam cuique presbytero retinendam ecclesiam cum animarum cura; & in illa ci resendum: ceteras vero quamprimum dimittendas. de seminario clericorum constituendo egit; vnde ministri moribus, & doctrinaidonei ecclesiis suppeditarentur. de honestate clericorum. in vestitu, in habitatione, in consuetudine quotidiana; in quibus varie, grauiterque peccabatur; nonnulla constituit. quibus de rebus tum decreta recitata sunt; tum Palmius grauissimas, liberasque conciones habuit. Sacerdotes deinde omnes qui passim antea nullo scientiæ facto periculo, nulloque testimonio confessiones audicabant, eo munere interdixit; nisi prius, ab ipso es- sent probati; quod tempori cedens, tunc quidem leniter fecit. Legitimas inquisitiones, approbationesq;; de iis qui sacris ini- tiandi essent, restituere cœpit. Vrbis, partimque diœcesis eccle- sias visit, & recognouit. quarum malis tamen plurimis, & graui-

*Quorum Me-
diolanis, tum in
diœcesi sunt pa-
rochia.*

*Synodum dia-
cessanam Me-
diolanicele-
bras Ormane-
tus.*

*Vrbis, diaœcœf-
que ecclesiæ
recognoscit
Ormanetum.*

simis haud mederi plene poterat; tum ob idoneorū presbyterorum paucitatem; tum etiam ob sacrorum vestigaliū tenuitatē; quæ magnis pensionibus detractis, diminuta, atq; adeo, exinanita erant. Hæc omnia licet tum veterū, tum Tridentini Cōciliij canonum sanctionibus constituta essent; nonnulli tamen, vt est eorū cœcitas, qui in prauitate sunt obfirmati, pertinaciter recusare; publice reclamare; Vicariū, & concionatorem accusare; ad Senatū cofugere; de procuratoremittendo, nunc Romā ad Pontificem, nunc in Hispanias ad Regē, dictitare: secreto etiā per litteras absque nomine scriptas Vicario minari; aliaq; tum absurde, tum improbe tentare. Sed hæc licet magnā religioso Vicario molestiam exhiberent; illum tamē à partibus suis fortiter agendis minime deterrere potuerūt. Seminarij caussa, quamquā Tridentino decreto sumptus ex sacris facultatibus suppeditandi erant; quia tamē clero vix quidquam adhuc extorqueri poterat; quin etiā multi auctis conuēticulis, obstinate optimo, & antiquo instituto repugnabant; Carolus necessariā pecuniam dari iussit. Multa quoque fecit Ormanetus in disciplina virginum, quarum cœnobia in vrbe, ac diocesi sex, & quadraginta Archiepiscopali auctoritate reguntur, restituenda. quæ quidē pluribus locis valde corrupta erat; tum in vitæ communiter, æquabiliterq; agentiæ ratione; tum in ædibus vndiq; clausis habendis, & in admittendis ad collocutionem exteris. curauitque illas per probatos sacerdotes, qui à confessionibus essent, quiuead eas concionarentur; tum etiā per alimentoṛū subsidia ex Caroli pecunia suppeditata, ad religiosos mores, & ad spiritualia studia reuocare. Quo in genere multa executus ipse; Caroli auctoritate alios etiā Veronensis ecclesiæ presbyteros; & Ioannis Matthæi olim ministros accersiuit; quorum consilio, atque opera, tum in aliis, tum in hoc præcipue negotiō vsus est: & per eos optima virginalis vitæ in cœnobiosis agentiæ iecit fundamenta: idque ex Tridentini Concilij constitutionibus; ex Veronensis ecclesiæ institutionis; & ex ea, quæ iam in sancti Pauli cœnobio Mediolani ante vigebat, disciplina. Institutum illud fuit eodem tempore, quo clericorum sancti Pauli Congregatio: eorumq; consiliis, atque opera

*Necessariam
pecuniam sc-
inario dari
ex suis redditis-
bus iubet Ca-
rolus.*

*Quo Ormane-
tus in Virgi-
num disciplina
restituenda
fecit.*

opera gubernatum fuit: de quo coenobio Veronenses illi, quem admodum nuper in eorum litteris ad Carolum legimus, testabantur; nullum se ad id tempus aliud nosse, quod omni vita religiosa disciplina, proprius ad optimum, perfectumque statum accederet. quare ex eo postea plures Carolus eduxit; & aliis monasteriis ad eorum mores corrigendos prefecit: ex quibus quedam adhuc in eo munere perseverant. libenter autem haec bonorum virorum testimonia eò commemorauit; vt perpetuus sit, quemadmodum quidem valde cupio, virginibus illis stimulus, perfectæ disciplinæ conseruandæ. Haec vt Ormanetus facilius consequeretur, prudenti consilio sacroru[m] hominu[m] disciplinam primò correcturus; in populo, magistratibusq[ue] multa pro tempore dissimulabat; ne quid eius conatibus afferretur impedimenti. Ex ordine sacro qui videbantur religiosiores, eos vti fratres, amantissime complebat; eorum exemplo, studiis, atque opera multa perficiebat; in litteris ad Carolum collaudabat; iisdemque gratias agi curabat: quod ille statim faciebat, atque humanissime. Sed Ducis quoque, prouincia Gubernatoris, & Senatus pietate non parum in multis adiutus est. ab eis si ecclesiastici homines praesidium peterent, nihil preter officiosas ad Vicarium preces impetrabant. Ducis autem in primis religiosum animu[m], in eiusmodi piis negotiis, valde solebat Ormanetus commendare. inter alia referebat ad Carolum scribens; fauisse illum statim instituto de testimonio habitu confessionis, & sanctissimæ Eucharistie acceptæ, tempore Paschatis afferendo: familiamq[ue] suā id afferre iussisse. cum edita quedam ad penuriā arcendam promulgaret; de eo, quod ad clerus pertineret, nihil attigisse; Vicario totū sine controversia permisisse. Cōmemorabat item, Franciscū Ferdinandū Aualū Machionem Piscariæ, qui Mediolani tunc cōmabantur, ita piis eiusmodi institutis assensisse; vt si quis ex familiaribus peccata confiteri, atq[ue] Eucharistiā sumere in ea Paschatis celebritate recusaret; eū è domo, & ex numero suoru[m] exturbaret. Tam multa cum præstaret Ormanetus, parum tamē proficere sibi videbatur: eximio enim erat ecclesiæ bene constituendæ desiderio, angebatur animi, quod dum in mādato sibi negotio

tio progrediebatur, nouas semper incurrebat difficultates; no-
uosq; sibi excitabat aduersarios: vt illud ex Apostolo s̄æpe pro-
fere soleret, Vere neminem posse placere Deo, & hominibus:
& illud, Nullam humane, prudenterq; agendi rationem iis pos-
se satisfacere, qui corrigi nolunt. quæ res faciebat, vt de suo di-
scēsu s̄æpius Carolum rogaret; quamquam illud in primis in eo
spectabat, vt ad parochiam suam Veronensem posset reuerti.
dicebat vero, vt magis Carolum moueret; neminem tandem vl-
lam ecclesiam recte regere, ac bene constituere posse; præter
eum, cuius est illud proprium, non autem mandatum munus;
Atque cum in his omnibus Ormanetus, Palmij, sociorumque;
tum Clericorum sancti Pauli consilio, atque opera plurimum
vteretur; ex Caroli tamen in primis non auctoritate solum, quæ
Pontificis benignitate latissime patebat; sed etiam sapientia, lu-
mine, atque ardore animi valde iuuari se in omni administrati-
one sua bonus senex prædicabat: mirabaturque illum grauissi-
mis occupationibus assidue distentum, longissimas tamen sua
manu de Mediolanensis ecclesiæ rebus litteras scribere. Is vero

*Doctorum Gi-
vorum consiliū
Rome sibi con-
stitutus Carolus.*

piorum, doctorumque virorum consilium quoddam Romæ si-
bi constituerat; in quo singillatim de Mediolanensibus negotiis
consultaret. Sed Gabrielem Paleottum in primis, tunc ex Sena-
toribus, quos Rotæ dicunt Auditores, postea vero Cardinalem
ab ipso Pio creatum, adhibebat; quem virum ob doctrinam, pie-
tatem, & ecclesiasticæ administrationis insignem usum, plurimi
semper fecit.

*Carolus Me-
diolanum ve-
nit, & conciliū
Episcoporum
celebrat.*

CAP. VIII.

CAROLVS autem suum vrgere discessum non desistebat. ac
de Episcoporum prouinciæ Mediolanensis concilio, per anti-
quorem Episcopum saltem, si per se non posset, celebrando, o-
mnino constitutum habebat; in quo sacris antiquis legibus nu-
per eo de genere Tridenti renouatis pareret; prouinciæ statum
perfectius cognosceret: & de emendatione, constitutioneq; re-
rum omnium; quæ opus erant; quæque iam magnam partem in
animo habebat, auctoritate concilij plene decerneret. At post
moras, impedimentaq; varia, obtinuit à Pontifice tādem, quod
diu

dia expiebat. Id ut honorificentius ei, atque facilius eueniret;
 non solum Pontifex Legati dignitatem in Bononiensi ditione,
 prouincia Romandiolæ, ac Exarchatu Rauennæ contulit; quam
 antea quoq[ue] tenuerat: sed in tota quoque Italia Legatum à la-
 tere suo diuisit. Hic minime alienum existimo, reliquos item
 Caroli honores, munera, facultatesque recensere, quibus, cum
 haberet, insignis fuit, & cum dimisisset, insignior. Cardinalis igi-
 tur, Legatus, idemq[ue]; Archiepiscopus noster; ecclesias nō minus
 duodecim in variis regionibus Abbatis, Cōmendatariue no-
 mine tenebat: & ecclesiæ S. Mariæ maioris Vrbis erat Archipref-
 byter. Amplas pensiones variis in prouinciis, aliasque sacras fa-
 cultates obtinebat. Caluentianum sacerdotium addixerat iam Caluentianum
Sacerdotium
Ticinensis colle-
gio addidit.
 fabricæ collegij Ticinensis, quam ante annum opere magnifico
 cœperat. supremo paulo post sacræ pœnitentiæ muneri à Ponti-
 fice præesse iussus est, summa omniū approbatione: qui tali Præ-
 fecto, sacrofanci Magistratus optimam administrationem ma-
 ximo per vniuersam Ecclesiam pietatis fructu, restituendā, spe-
 rabant. neque eos feffellit opinio; omnes enim eius partes, mul-
 to tempore, licet absens, opera eorum qui Romæ res eius gere-
 bant, & Pontifica in primis auctoritate, religiose conformauit.
 Delatum est etiam à Pontifice quandoq[ue]; Camerarij Apostolici Camerarij A-
postolicum munus
recusat, multe
se abdicas.
 munus: quod ille, amicis nonnullis tacite indignantibus, pia de
 cauſa recusauit. Arona Comes cum esset; Vritanæ quoq[ue] vrbis,
 ditionisque à Philippo Rege, Princeps erat, dum viueret, consti-
 tutus: vnde aureorū circtiter decem millia annua exigebat. Ro-
 maniani Marchionatum Federico Ferrerio cognato ante dona-
 uerat. Instructas triremes, quæ in eū à Federici fratris morte per-
 uenerant, quæque stipendia in classe Philippi Regis, ad viginti
 millia aureorum merebantur, tamquam à suis studiis valde alic-
 nas iam vendiderat. Lusitaniæ Regnum, & Heluetiæ gentis se-
 ptem pagi catholici in eius erant clientela; quibus non multo Quot tam
Provincie, tum
religiofrum
ordines illius
clientela com-
mendata fu-
erint.
 post Germania inferior addita est. Vniuersus ordo Franciscano-
 rum, Carmelitarum, Humiliatorū, & item canonicorum regu-
 lariū sanctæ Crucis Conybricensis: prætereā sacri milites, tum
 Hierosolymitanū, tum Iesu Christi Lusitaniæ, eius tutelæ fuerūt
com-

commendati. Annitorum reddituum summa, quæ per id tempus fuerit, non satis definite potest affirmari. & emolumentorum tamen omnium habita ratione, ad nonaginta millia aureorum nummum videtur quandoque peruenisse. Ad modestum animi sensum, eius litteræ, tunc ad Ormanetum scriptæ ostendebant: quibus de vitæ suæ ratione in itinere, Mediolaniq; tenenda singillatim monebat; & præscribebat: Cupere se comitatu modo, cultuq; modesto Mediolani esse; vbi, vt Episcopus, exemplo ceteris esse deberet, ad inania humanae vitæ studia fugienda. Si ibi daretur permanere, progressurum se multo magis in visitato vitæ cultu extenuando: Sed Romam redeundum cum esset; medium quandam viam sibi teneNDAM: & eius tamen vitæ, ac disciplinæ specimen esse dandū, quam sibi iam constanter proposuerat. non posse familiares suos, tunc quidē, cum minorem comitatū cuperet, tamen non secum ducere variis de caussis amplius centū. velle, sibi duo tantū, aut ad summum tria loca pannis ornari minime pretiosis: non argenteis vasis in mensa, sed fictilibus vti: & ciborū rationem ad frugalitatis, temperantiæq; normam moderari. Episcopos omnes sibi statuisse hospitio suscipiendos; tum quia commodius id esset ad synodi negotia tractanda; tum quia hospitalitatis officium sibi, vtpote Episcopo, maxime conuenire intelligebat; præsertim erga fratres suos: quos quemadmodū nullo ambitioso apparatu excipere volebat, ita cupiebat omnibus fraternæ charitatis officiis amplecti. Ad omnia se admirabili diligentia parauit, quæ opus erant; ad vrbis ingressum; Episcoporum conuocationem; vitæ rationem; hospitum commoditatē; concilij actiones. Constitutionū synodalium materia maxima ex parte, tuni ipse Romæ iisdem consiliariis adiuuanticibus parauerat; tum Mediolani per Ormanetum ex præsenti rerū statu colligi iussēt. Plures Theologos ex variis religiosis ordinibus; tum alios iuris pontificij peritissimos, ad se accersiuit; in iis Scipionem Lancilotum, nunc Cardinalem; Ioannem Baptistam Castellum, & Michaëlem Thomasium, postea Episcopos; qui in Conciliis Tridentini actionibus cogniti, & probati erant: quorum omnium præstanti doctrina, quæ in Conciliis decretis confi-

*Quo comitatus
Et cultu Me-
diolani esse cu-
pis.*

*Admirabilis
eius diligentia.*

*Viros in Theo-
logia, acetroq;
iure prestantes
ad se accersit.*

conficiendis oporteret, explanarentur. adduxit etiam familiares suos, viros eruditione, ac eloquentia præstantes; Siluium Antonianum, cuius virtute ac doctrina nunc vtitur in grauissimis rebus Apostolica Sedes: Ioannem Baptistam Amalthæum, Iulium Pogianum. Roma igitur profectus; Bononiæ multa de munitionibus, de finibus, de publicis iudiciis, ad eius vrbis, & ditionis vtilitatem auctoritate Legati triduo constituit: ad Nonantulanam ecclesiam venit; & quasi synodum clericorum habuit; vt si quid opus esset, pro suo Aþbatis munere constituaret, corrigeretue. Toto itinere, summo licet honore Principum, & priuatorum officiis exceptus; Præfules, & ecclesiæ suo intentus muneri circumspiciens, quid absentia pastorum, incōmodi, quid præsentia fructus afferret, obseruabat: in quo & disceret ipse, & si quid iis opus esset, Pontifici referret. Singulari demū, & pene incredibili amoris, & obseruantia significatione, ciuis, & Pastor exceptus est à Mediolanensibus suis. præcipua namque lœtitia quædam, atque hilaritas eius aduentus, ingressusq; tempore, in omnium vultu, atque ore versari videbatur. ac memini me tum adolescentulum audiisse, qui eo ciuitatem ingrediente prædicarent, alterum Mediolanensibus Ambrosiū aduenisse. Vrbem ingressus est die dominico ix. Cal. Octob. anni à sal. M. D. Lxv. cum xxvi. ætatis annum ageret. Triumphales portas, symbola, elogiaque honorifcentissima; ac viarum ornatus, non est opus explicare: è Basilica Regum, quæ nunc Eustorgiana est, de more mitra, & ceteris Pontificalibus indumentis ornatus pròdiit. albo equo, stragulis coloris eiusdem sericis adhibitis, insidebat. Confaloniaræ familiae; cuius illud est ius, & institutum; nobiles viri, rubeo, & splendido vestitu pedites eum cingebant: sericum umbraculū itidem albū, sublime super eum ferebāt. clericis, & monachis ordine præeuntibus, ad maiorem ecclesiā sacra solemnī pompa processit. Dux, cū Senatu, & aliis Magistratibus, & omnifere nobilitate comitatus est: vniuersa ciuitas concurrit: reliqua acta, atque adhibita pro ritu consueto. Proxima die dominica, celeberrima sacrofanctæ Missæ solemnia cum, vt par erat, maxima omnium ordinū frequētia, in maiori templo perageret; ad

*Quæ Bononia
et alibi in isto
nere fecerit.*

*Quæ amoris,
et obseruantia
significatione,
quæne appara-
tu à Mediolan-
ensisibus fuerit
exceptus.*

1565.

*Missa solennis
in summo tem-
plo peragite,
Concionem ha-
bit.*

*De synodo pro-
vincialis cele-
brando est soli-
citus.*

*Ius Archiepi-
scopi Mediolan-
ensis quoniam
potuerit.*

*Qui Episcopi
ad provincias-
lem synodum
Mediolanum
venerint.*

altare sedens concionem habuit, nouo plane eius temporis exemplo, de rebus salutaribus ad populum. Interim quæ synodi caussa oportebat, inter assiduas ciuium salutationes magno labore curauit. quarum rerū caussa iam tum cœpit, neque somno, neque ceteris vite commoditatibus parcere. Varia munera tum Episcopis, tum aliis assignauit, ad ea quæ opus erant primo definienda, mox in synodo constituenda; quæ hoc loco enumeranda non videntur. Patuit multo latius olim ius Archiepiscopi Mediolanensis; eiusq; prouticia multo fines habuit ampliores. quidquid enim cisalpina Gallia, Liguriaque continébatur, ad Mediolanensem metropolim creditur fere pertinuisse; immo nonnullæ quoq; alia ciuitates. nam S. Barnabas, cum ad has partes diuini Euangeli præceptis ad salutem informandas venisset; vt multis argumentis, testimoniisque testatum est, quæ alias latius explicari poterunt; Mediolani vt in primaria totius regionis vrbe præcipue consedit; & ex ea ceteras ecclesias per se, perque discipulos suos, vt mos fuit Apostolorum, instituit: quæ postea semper Mediolanensem, vt matrem agnouerunt; quamdiu, qui id poterant, aliud non decreuerc. Ad synodum autem à Carolo celebratam venerunt hi Antistites, Bernardinus Scotus tituli S. Matthæi presbyter Cardinalis Tranensis, Episcopus Placentinus: Vido Ferrerius Cardinalis, & Episcopus Vercellensis: Hieronymus Vida Albensis: Mauritius Petra Viglebanensis: Cæsar Gambara Dertonensis: Scipio Estensis Casalensis: Petrus Costatarius Aquensis: Dominicus Bolanus Brixensis: Nicolaus Sfondratus Cremonensis, ad Apostolicam sedem postea ob extimam pietatem elatus: Hieronymus Gallaratus Alexandrinus: Fédéricus Cornelius Bergomensis. Excusatos vero se variis de cauissimis haberi petierunt, Ioannes Antonius Capisuccus; tituli sanctæ Crucis presbyter Cardinalis, Episcopus Laudensis: Ioannes Antonius Serbellonius tituli sancti Georgij presbyter Cardinalis, Episcopus Nouariensis: Gaspar Caprius Astensis: Ioannes Ambrosius Hiscus Sauonensis. Intimiliensis ecclesia tunc Episcopo vacabat. Placentinus Episcopus adhuc sub Mediolanensi Archiepiscopo esse affirmabatur; ille autem negabat. saluis tandem vtri-

vtriq; parti iuribus suis, Placentinus tantum ex Tridentino de-
creto, metropolim Mediolanensem consilij prouincialis caussa
sibi elegit. In eadem caussa esse dicebatur ecclesia Ticinensis;
sed nihil est confectum. Alij quidam longinquiiores itidem sunt
vocati, de quibus nihil actum est. Prima sessione concilii Patres
ab ædibus Archiepiscopalibus, Senatus ad maiorem Basilicam
comitatus est: Missæ Gubernator interfuit, mox Palmius de ec-
clesia ordinanda grauiter concionatus est: Carolus latinam ora-
tionem habuit de conciliorum prouincialium instituto, & ne-
cessitate. alia sunt acta, quibus alter quoq; dies consumptus est,
inter ea fuit lectio omnium canonum, & decretorum Concilij
Tridentini, publicaque eorum receptio; tum fidei professio,
quam vnuquisque obiit singillatim. aliis sessionibus Ambro-
fiano ritu Missæ ab Episcopis celebratae sunt; & decreta synodi
suo quæq; loco promulgata. Postrema vero Cardinalis alij duo,
Bobba; & Castillionæus honoris gratia affuerunt: & Carolus fra-
tres Episcopos ad ea perficienda, quæ constituta fuerant, & ad
Episcopi munera sancte obeuda latina oratione cohortatus est.
Habuit actio eiusmodi fructum pietatis maximum. elucebat in
amplissima dignitate, Præsulum, & Caroli in primis pietas, mo-
destia, vitæq; sanctitas. ac non solum tantæ hospitalitatis officio;
sed amplis eleemosynis in clericos, aliosque egenos; in Eccle-
sias sacraque collegia cōferendis, præclara piæ liberalitatis ede-
bat exempla. de rebus ad salutem pertinentibus sacri oratores,
quotidiānas ad populum conciones habebant: qui multitidine
post hominum memoriam maxima confluēbat. profereban-
tur decreta ad cleri, populi que mores componendos aptissima;
atque illustria. reque ipsa à vitiis, & corruptelis, sacri, profani-
que homines, alij exemplo, atque honestate commoti, pars me-
tu pœnæ se abducere diligentius studebant. obseruabant pijs
omnes, etiam ex longinquis prouinciis, ac mirabantur in Caro-
lo, tamquam in omnium oculis collocato, animi religiosum ar-
dorem; qui tali ætate, tali apud summum Pont. & sanguinis, &
amoris loco; nihil tamen videretur aliud, quam commissi gre-
gis custodiam, & perfectæ vitæ sacerdotalis officia curare. cum

*Quæ in prima
sessione sine
acta.*

præsertim noua tunc satis esset ea disciplinæ ratio , quam sibi, ceterisque Carolus decretis instituebat, ac exemplis. Sed tantarum quoque rerum restituendarum vt se darent initia , plurimi exspectabant. amici Carolo multi etiam ex iis, qui in summis gradibus sedebant, solliciti erant vehementer; ne, quæ tali tempore singularis ecclesiæ putabatur ordinatio , ac emendatio morum ; vsu ipso non sine dedecore careret : propterea quod corruptis consuetudine animis, plerisque difficilis admodum, videbatur : & ex voluntate , virtuteque sua quisque , vel ipsam rerum naturam fere solet metiri. Carolus vero diuino auxilio fretus, spes maxima erat; maximoque animo omnia aggrediebatur, obibat, exequebatur ; neque spes eum fecellit : ea namque fuit, Deo ita prouidente , omnium ad quos pertinebat, in ea actione voluntas, & consensio; vt omnia prorsus feliciter cuenient. Gubernatori vero ipsi Carolus in primis mirificum pietatis testimonium tribuebat: qui licet religiosi animi laude, quem sua sponte rebus omnibus egregie præstabat , non sit fraudandus: plurimum tamen effecisse, dubium non est, Philippi Regis voluntatem; qui magnam voluptatem, fructumq; ex iis Caroli consiliis, actionibusque se capere cum affirmaret ; præfectis etiā suis iusserat, vt ei omni officio, studioque suo præsto essent. His igitur de cauissis, qui actionis illius initia primo verebantur, cxitum postea videntes, incitabantur ad imitationem. Pontifex ipse singula, quæ agebantur audiens, maxime lætabatur: etenim, videbatur eo tempore Caroli studiis eiusmodi magis, quæ antiæfauere : ac Sirleti Cardinalis consuetudine pene assidua delineatabatur. Atque inter alia de concione intra Missam habita cum accepisset; palam dixit, sibi quoque, & Cardinalibus idem esse faciendum. cui quidem quam grata illa omnia fuerint; eius hæ litteræ ad Carolum scriptæ testantur.

Pontifex ex
Caroli gestis
maximam ca-
pit voluptatem

Pij Quarti lit-
teræ ad Caro-
lum.

*IV CVNDISSIMA E nobis fuerunt litteræ tua omnes; sed postre-
mæ inter ceteras, quas ad nos XVIII. huius mensis die dedisti, tum de
omni synodi istius felici progressu, tum præcipue de Tridentini Concilij
decretis publice receptis; de istorum populorum præparatione adea om-
nia*

nia accipienda, quæ in synodo constituantur: & de prompta item Gubernatoris, et aliorum Serenissimi Regis Catholici ministrorum voluntate, qui ad rerum decretarum usum, studium, atq; operam suam omnē pollicentur. Quia in re diuinum auxilium perspicue agnoscentes; quod ardentis, optimoq; desiderio tuo, ad omnium rerum prosperitatē, praesto est; te commendamus; hortamurq; ut leto animo pergas optimam cōstituere, & quæcumq; possis laudabilia exempla edere. postea opportune Tridentum versus honoris causa obuiam Principibus fūminis procedas; aliag; prefes, quæ nos velle nosti. omnia autem te pro tua prudentia, & bonitate facturum non dubitamus. Dominus noster te seruet. Romæ v i. Calend. Nouembris M. D. Lxv.

His rebus celeriter gestis; Carolo quamprimum Romam erat
redeundum; ita iubente Pontifice in primis: sed postulantibus
etiam rebus ipsis, negotiisq; ad vniuersam Ecclesiam pertinen-
tibus: in quibus illud præcipuum erat, & grauissimum; vt in Tri-
dentini concilij decreta conseruanda, contra frequentes, ar-
dentesq; multorum postulationes incumberet. Illud tamen est
interpositum moræ; quod Cosmi Florentiæ, Senarumq; Ducis,
& gentilis sui rogatu, Pontifex, eum proficisci Tridentum iussit,
ad Ioannam Maximiliani Imperatoris sororem excipiendā, quæ
Francisco Cosmi filio; & cum ea sororē Barbaram, quæ Alphon-
so Ferrariæ Duci, despensa erat. Duni autem Italiæ Cæsaris so-
rores appropinquarent, paucos alias dies amplius nactus, no-
uos Carolus excepit labores. ecclesias, & sacra collegia multa
canonicorum, ac virginum lustrauit, ac recognouit: iis quæ in
synodo constituerat, efficiendis, operam dedit. cadauera, quæ
alte in ecclesiis collocata erant, deponi iussit; & in primis, quæ
Mediolanensium Principum fuerant: de legibus quibusdā pub-
licæ utilitatis causa ferendis egit; de illa inter ceteras, quæ sum-
ptibus moderaretur: de qua tamen nihil confectum est, ob inie-
cta quædam ex humanis rationibus impedimenta. Regiis de-
mum foeminis obuiam profectus, ex itinere Episcopi Giberti il-
lius inductus memoria Veronam venit: cum ei præsertim eccl-
esiæ tunc Augustinus Valerius Episcopus, quem diligebat val-
de, atque obseruabat, præcesset. Ibi summo studio, parique
animi

Romam pro-
ficiuntur. Pon-
tifice mortuo,
creatur Pius
Quintus.
Cap. IX.

Maximiliani
Cæsaris sorores
iussu Pontificis
recipie.

animi submissione de Præsulis ipsius, ecclesiæque institutis; de multis administrationis ecclesiasticæ partibus, exquisiuit: Gilberti olim familiares, & alumnos diligenter interrogauit: quibus enim se totum tradiderat, omnia curæ Pastoralis officia plene studebat condiscere. Dum autem Florentiam Ioannem de-
duceret; circiter Nonas Decembris accepit de graui admodum Pontificis morbo. tum relictis omnibus, cursu Romam conten-

Auditio Pontici morbo Romam contentus.

dit: atque ita mature peruenit; vt auunculo adhuc viuo, non modo extreum suæ præsentiaæ solatium afferre, sed ipsa diuina salutis instrumenta necessario tempore potuerit adhibere. Ibi dicitur ante omnia statim medicos ad se vocasse, petiisseque, num spes vitæ reliqua esset: quibus negantibus; tum adisse Pon-
tificem, dixisseque; nihil petiisse antea vñquā, quod ab eius be-
nignitate non accepisset: vnum adhuc petere, quod omnium mihi me sibi negari vellet. cum annuisset Pontifex; enixe petit,
atque obsecrat; quando spes vitæ prorogandæ omnis erepta es-
set, nihil aliud penitus eo tempore vellet, quam quæ ad animæ salutem pertinerent, cogitare. tum vero effecit, ne alius quis-
quam, vt sæpen numero fit, aliena ingereret, molestiamue exhibe-
ret. ac piis sermonibus, mira animi fortitudine, eum consola-
tus; sacra diuini viatici, & extremæ vñctionis subsidia præbuit:
neque aliquo pietatis officio defuit, vsque ad extreum spiri-
tum. In quo & accommodatam summo Pœnitentiario mune-
ris functionem; & egregiam in auunculum, patremque sum-
mum pietatem; tum vero præclaram iuuenis humana cuncta
Moritur Pontifex, & ad nouum crean- dum, animum conuertit.

despicientis constantiam licuit agnoscere. Pontifice vero Id.
mensis eiusdem mortuo; ad noui Pontificis creationem ita se
conuertit; vt incommodorum suorum, quibus pro humana cō-
ditione vehementer angi debuerat, prorsus videretur oblitus.
erat autem præcipua illius in eo negotio auctoritas; ob magnum
in primis Cardinalium numerum, qui à Pio creati, eius ductum
erant de more secuturi. Atque ita se ille comparauit; vt neque
hominum voluntatis, quicumque illi essent, siue Principes, siue
alij; neque vtilitatis propriæ sibi rationem esse habendam sta-
tuaret; quo diuinæ gloria, ac communibus Ecclesiæ commodis
inseruaret;

inseruiret; remq; omnium grauissimam castissime administraret, itaque & in itinere, cum tentaretur à Principibus amicisq; viris; quidquā agere penitus recusauit; religione sacrarum legum impediti se affirmans, ne viuo Pontifice de successore ageret; neq; illo mortuo, eos audire voluit, qui rationes, vtilitatesque humanas sequi viderentur: quamuis homines vulgari prudentiæ, cupiditatibusque dediti, factum eius reprehenderent; pertinaciæque scilicet, aut immoderato religionis studio id tribuerent. Antequam sacrum ingrederetur Conclave; plures ille quidem animo sibi proposuit, qui viderentur Pontificatu digni; neque eum, qui postea electus est, vt eius intimi deinde cognouerunt; prætermisit. sed tamen mentem suam patefecit nemini: immo Francisco Crasso Cardinali, cum intraret, quærenti, quem crearent Pontificem; quem Deus elegerit, respondit; nihilque præ- Dignus Carolis sententia.
 terea aliud. Ingressus vero, quotidianis sacrificiis, assiduisque precibus, quantum poterat, opem à Deo in re tanta petebat. atque cum & proprio, & communi aliorum quorundam Cardinalium officio, quibusdam nominationibus satisfecisset; omne dénum studium, curam, operamque in eo posuit, vt Pontifex Ecclesiæ daretur, qui pietate, vitæ sanctitate, doctrinaque plurimum prodeisset: qualem inter alios Michaelem Ghislerium ordinis Dominicanorum, Cardinalem Alexandrinum cognouerat, Michaelem
Ghislerium
Cardinalem
Alexandrinum, sibi proponit, qui ut
Pontifex creetur, conatur.
 nam & eum amauit, & plurimi fecit semper: & de vitæ, atque ecclesiæ suæ rationibus sæpe consuluit. itaque nulla habita ratione, quid Carafarum ille caussa facere fortasse posset, qui à Paulo quarto Cardinalis esset factus; quodue Pio eius auunculo parum gratius fuisset; Marco Sittico Cardinali Altempsio secum adniente, in eius omni conatu creationem incubuit, collegis qui fese ad eum applicauerant, idem persuasit; & eosdem cum res prope perficeretur, secum retinuit; ne sibi forte quis eriperet, atque ita quod volebat, Deo in primis efficiente, celeriter obtinuit. Creatus est VII. Idus Ianuarij anno M. D. Lxvi. & Pius Quintus appellatus. Carolum in eo administrationis genere non satis peritum fese ostendisse; aut solerter, ideoque quod alij, non quod ipse mallet, euénisse, nonnulli iudicarunt. sed eo- 1566.
Creatur nouus
Pontifex. Et
Pius Quintus
appellatur.

rum qui diuersa sentiunt, spectantq; , diuersum oportet esse iudicium. minus sagaciter, vel etiam prudenter eum curasse aliquid; & ideo non obtinuisse putamus interdum ; qui sibi æquo animo passus id fuerit eripi : contra, nec opinantem, & pene coactum admisisse; quod cōsulto sit secutus; ac non libenti solum, sed gaudenti etiam animo exceperit : id quod iis sæpiissime eucnit, qui perturbationibus liberi, diuina, non humana ratione ducuntur; plusque diuinæ prouidentiæ tribuunt, quam humanis artibus. Illud certum est, Pontificem sanctissimum, vel cum rerum suarum iactura Carolum quæsiuisse : ac demum etiam Dei benignitate fuisse consecutum. Eius electionis causa magna fuit piorum omnium lætitia , magna Caroli commendatio : & ei Principes, Reges, priuati homines ea de re vndiq; sunt gratulati. Ipse vero tali electione lætus; nihil habuit tamen antiquius, quā vt ad ecclesiam suam quamprimum pro veteri suo desiderio , & ex Concilij Tridentini constitutione, posset reuerti: licet eius animi paucos imitatores collegas haberet. A Pontifice maxime diligebatur. muneribus amplissimis in Vrbe præpositus erat. Principes eandem erga illum voluntatem conseruabant; neque enim potestatis amplitudine, sed virtute nitebatur : nam & Rex Catholicus Germaniæ inferioris clientelam ei tunc demum vltro detulit. Sed nihilominus secedere potius , & commissum sibi gregem custodire; simulque spirituali , ac episcopali disciplina se utrius exercere maluit. immo licet opportunum tempus Romæ, per singularem Pontificis pietatem offerretur , multa constituendi, quæ salutari essent toti Ecclesiæ documento, iamque nonnulla essent in manibus ; immo Pontifex ipse manere propemodum iuberet: tamen reputans, quanti referret ad ceteros omnes in eo genere commouendos, primarios Ecclesiæ pastores apud greges suos , vti recenti etiam Tridentino decreto sanctum erat, residere ; debitumque illis officium coram præstare; lectissimorum etiam virorum consilio confirmatus ; posthabit is aliis omnibus, constituit ad Mediolanensem gregem redire : concedente interim ea conditione Pontifice, vt proximo reueteretur autumno ; qua se ille cōditione, bona deinde Pontificis

tificis ipsius venia, rursus inuitatus, exoluit. Prius vero quam discederet; Catechismum, quem auunculi iam auctoritate iusserrat inchoari, perficiendum; & Breuiarium item, Missale, que librum restituendum curauit. nonnulla, quæ in prouinciæ suæ concilio statuerat, ut auctoritate pontificalia confirmarentur effecit; quo maiori essent robore, eorumque latius pateret auctoritas; de quibus ipsæ pontificiæ constitutiones extant. litteras quoque Pontificis obtinuit ad Principes, in quorum ditione prouinciæ Mediolanensis ecclesiæ sunt; ut rerum decretarum usum, & totum conformandæ ecclesiæ negotium iuuarent. Quæ quidem omnia, ut obtinerentur, parum habebant difficultatis; cum ipse per se Pontifex ad omnes rectæ disciplinæ partes restituendas animo valde paratus esset; & Carolum plurimi faceret. immo vero eorum occasione, quæ Mediolani confirmando erant, plura constituit Ecclesiæ Catholicæ maxime profutura. ea quoque Carolus Pontifici; memoriam eius potius, quam voluntatem iuuans, monita libere suppeditauit; quæ utilia in primis iudicabat Ecclesiæ Dei. Huiusmodi fuerunt, quæ ab amico Pontifice Cardinalis optime de illo meritus recenti creatione sibi, suisque postulauit, atque impetravit. Illud etiam in discessu fecit, iam disciplinæ omnis exequendæ, maiori quam antea desiderio accensus; ut nouum familiæ delestum haberet; eamque fere ad homines ei disciplinæ, quam sibi proposuerat, accommodatos redigeret: quorum mores, ex episcopali domo, quasi ex edito quodam loco ceteris exemplo esse possent: qui- que non tam gratiam hominum, squalique utilitates; quam res Deo gratas, sibique, & aliis vere salutares sequerentur. quæ res fecit, ut magna veteris familiæ pars ab eo discederet: aliqui etiâ Mediolanum profecti, postea Römam redirent, sed ille sibi iam, id quod necesse est, humana omnia posthabenda constituerat, ut perfectam sequeretur episcopalis vitæ degendæ rationem.

M E D I O L A N U M venit, Nonis Aprilis: ac ad ea perficienda, quæ in prouinciæ concilio anno superiore constituta erant, & ad ecclesiam in omnes partes, ex Tridentinæ synodi decretis. Mediolanum
reversus ex-
quitur mune-
ra sua.

recte componendam sese cœpit exercere. Iucundissima Carolo erat ea cura; quo tamquam ex maximis fluctibus in portum cōfugerat; non otij quidem; sed eius tamen negotij; quo sicuti numquam aliud magis operosum, assiduumque se habuisse; ita nullum quoque suauius se expertum commemorabat. Mirum autem capiebat ex eo fructum; quod ad meliorem cleri, populi-que disciplinam, ad diuini cultus incrementum, ad domus suæ piam gubernationem, non mediocres fieri quotidie progressio-nes videbat. ideoque tum voce, tum litteris quod antea semper affirmauerat, fructus vberrimos, quos Episcopi in ecclesiis suis residentes ad crediti gregis salutem percipere possent, tūc maxi-mē cœpit prædicare. Diuinorum officiorum cultum, in Metro-politana præsertim ecclesia, mirum in modum diminutum, cœ-pit restituere. sacrosanctæ communionis in primis frequentiam quantum per idoneos sacerdotes efficere poterat, inducere stu-duit. in ecclesiis passim conciones sacras haberi constituit; tum in ædium suarum facello vesperi tractatus luculentos, supplica-tione, musicaque suauitate conditos; quo magnum ex nobilio-ri iuuentute numerum, vt pie commoueretur, alliciebat. ex pri-mariis viris conflavit præclarum sodalitum in ecclesia sancti lo-annis, cuius institutum esset, misericordiæ nomine, teos con-demnatos consolari, pieq; dum ad mortem ducerentur, comi-tari. His rebus clerum ad officia sua reuocabat; confidebatque fore, vt ad pietatem diligentius colendam ita populus incitare-tur; paulatimque sese vitiis expediret. ac breui quidem frequen-tem ad res sacras, diuinasque, non multitudinis solum, sed optimatum quoque conuentum festis diebus effecit. nam & exem-plu suo, rebusque ipsis inuitabat omnes: & principes viros, se-natores, magistratus, qui tunc eiūs domum frequētabant, ami-ceque, ac pie sectabantur, cohortationibus excitabat. eodem tempore multa conabatur, quæ ad vitia, corruptelasque publi-cas tollendas plurimum valerent: de modo sumptibus adhibendo; de Academia, vel alia laudabili otiosæ iuuentutis exer-citatione instituenda: de ganeis quibusdam ex vrbe, & suburbii tollendis, in quibus magnum erat vitiorum seminarium; aliisq; eodem

*Corruptiones ho-minum mores
corrigunt.*

codem pertinentibus. Ecclesiæ, clerumque ciuitatis lustrauit: *Ecclesiæ, clero & clerum quidem improuisò, atque ita celeriter; vt dispositis per urbis regiones viris, omnia clericorum domicilia, quattuor horarum spatio diligenter inspicerentur.* Deinde Septembri mense, post Virginis solemnia natalitia, exiit ad visendas agri ecclesiæ; vbi plurima passim inuenit, quæ extremo egere vide-rentur auxilio: *vt tum dolore commotus interdum lachrymaret; tum lætaretur etiam in dolore; datum sibi tandem, vt afflitis patriæ rebus subuenire, rerumque sacrarum dignitatem, quemadmodum concupierat, in antiquum statum restituere posset.* quod efficere, cohortatione, iussis, animaduersionibus, sacris vinculis pro sua potestate soluendis; tum ea cura maxime, studebat, *vt bonos sacerdotes sibi ascerret, ac vnde accersiret: eisdemque, quantæ satis ad vitam, munusque essent, facultates attribueret:* *vt fructuose possent saluti populorum variis muneribus inseruire.* magnum enim uero, ac præcipuum rectæ administrationis momentum; idoneos habere administros; quos non gratia, vel aliena vtilitas obtulerit; sed rectoris ipsius studium, & prudentia delegerit. In huiusmodi negotiis incommodus Carolo accidit Ormaneti discessus; qui tum Pontificis *Ormanetus Romam à Pontifice enocatus.* iussu Romam euocatus est. quamuis autem se tali adiutore priuatum doleret; gaudebat etiam, quod is vniuersæ Ecclesiæ operam daret apud eum Pontificem, qui ad omnia optima restituenda paratus, atque incitatus erat. Sperabat enim tanti Patris pietate; talibus consiliariis, & administris; Romanam rem ita constituendam; *vt magis, ac magis optimis exemplis abundaret;* & in omnes partes lumen vniuerso præferret orbi. Ipse Romanam eadem de causa non obscure inuitatus, gregis sui amore recusauit: quamquam rerum omnium particeps, crebris consiliis, monitisque operi præclaro absens inferuiuit.






D E
VITA ET REBUS GESTIS,

CAROLI CARD. S. PRAXEDIS ARCHI- EPISCOPI MEDIOLANI,

Liber Secundus.

Rebus aduersis conflictatus Carolus in salutari disciplina progeditur.

CAPITL.



AROLO quamquam ipsiis initiis prospera fere omnia, faciliaque Mediolani euenient; expectandæ tamen erant et difficultates, eaque certamina; quæ paulo virtutis, ac pietatis illustriorem viam ingredienti; nedum incumbenti Episcopo ad corruptos amplissimæ ciuitatis mores emendandos; solent offerri. Enim uero perennis ille rerum salutarium aduersarius, malorumque seminator, pios conatus omnes semper impedire, omnesque ad salutem aditus obstruere studet. qui iacentes homines sæpe commouet; per se variis cupiditatibus incitatos ad omnem contumaciam, & iniuriam impellit: auaritiæ, libidinis, superbiæ stimulos adhibet, ut religiosis Pastoribus quam acerrimos paret aduersarios, & insidiatores. Cumque illud assidue cogitet Episcopus, omniisque studio agat, si modo recte munere suo fungi velit; ut populum sibi creditum à vitiis abducatur; & ad optima christianæ vite instituta inducat, & compellat: quoniam hæc humanæ voluptati, cupiditatique valde repugnant; in plurimos necesse est incurrat aduersarios. pio nam-

Episcopi manus quale.

Episcopo munere suo fungenti aduersantur multis.

namque in vniuersum,& ad rectam viuendi vlam propenso populo,nihil mirum est tamen,variis de caussis multas inuehi corruptelas; vitiosos etiam multos ,improbosque ,nendum à christianæ vitæ perfectione remotos admisceri; in magna præsertim ciuium,externorumque frequentia. Eorum vero plerique qui dominantur in populis,aliam in sua ditione potestatem,& eam sibi quoque imminentem submoleste fere patiuntur; ac dum Episcopus ius dicit,iubet,coercet; siue iuris sui tuendi desiderio, siue alia de caussa inueniunt variis nominibus quod querantur, & expostulent.cum difficile sit non vti,quod in promptu est; legitimi iudicij nonnumquam impatientes vim adhibent; neque satis sacræ potestati suum relinquunt locum.Si Principes,ac domini prætermittant; non desunt ministri ,qui se se attentes præbent; vt sæpe etiam ,quæ illi nec iubent, nec volunt, tamen studiose faciant, quod ita gratiam se ab eis inire putent. Alij vel tacent,timentes ,ne dictum contra rem domini, licet sapienter dictum, pro maledicto habeatur; vel loquentes minime audiuntur.Ita in bona,piaque ciuitate; bono item,& catholico Principe; multæ sunt Episcopis tamen paratæ difficultates, multæ sæpe iniuriæ,infectiones ,atque adeo interdum cruciatus.neque enim à suis hostibus tantummodo, vel ab Ecclesiæ catholicae desertoribus, suis Christus Dominus molestias, acerbitates, que imminere pronunciauit. Vbi vitia ,cupiditatesque nullæ sint,vbi nulla diaboli facultas ; ibi qui repugnant Episcopus habebit nulos : tuncque non erit qui resistat,atq; infectetur ; cum ipse flagitiorum poenæ ,iusque suum persequinolit. Cantuariae inter catholicos inuenti sunt,qui Thomam crudelissime interficerent: Florentiae,qui Antoninum percutere,non vererentur,optimos,atque sanctissimos Antistites.quibus equidem ciuitatibus non tam obiicere velim ,quod in iis Episcopi sint afflicti,quam gratulari;quod tales habuerint Episcopos. neque tam dolere par est sanctorum ipsorum virorum perpessionibus, quam lætari præmiis. Similiter de ciuitate nostra Mediolanensi mihi euenisce videtur.nam & eximia eius pietas sanctorum Patrum grauissimo testimonio confirmata, hoc quoque tempore passim

sancctorum Episcoporum exempla quis aduersarios p. se sunt.

passim commendatur; & Regi optimo, ac religiosissimo Philip-
po paret: & talis nihilominus Archiepiscopus maximis in ea
molestiis est affectus; atque adeo nefarie percussus: quarum re-
rum culpam ab auctoribus in ceteros deriuare, iniquum esset;
qui semper eum religiose coluerunt. Non est autem, cur his om-
nibus quisquam deterreatur, aut in suo munere languescat sa-
crorum Antistes. quin potius conditionem esse suam agno-
scens, vt imitatione ducis sui Christi, variis laboribus, acerbitate-
busque conflictatus, cœlestem palmam ferat: ad animi forti-
tudinem cum res asperæ incident, cum vitæ sanctitate coniun-
ctam, omni ope nitatur; sciens maxime, quanta laboranti, &
quam iucunda leuatio; quamque vberes perpresso fructus, diui-
na benignitate sint parati. Carolus igitur ad ecclesiæ suæ ordi-
nationem, emendationemque quotidie proprius accedens; cum
laicos homines nonnullos ex criminibus ad forum suum perti-
nentibus, vocari; aliquos etiam in custodiam dari per suos licto-
res iuberet; minime ius Episcopo esse quidam dixerunt, laicos
absque Magistratum auctoritate vinciri iubere. qui faceret, ab
eo regium ius occupari. immo vero neque licere contendebant
lictoribus suis multis vti; neque vllis omnino, armorum genere
quodam instructis, quæ ceteris erant prohibita. Ac cum publi-
ce tamen aut scriptura minime resistendum existimaretur; ipsis
priuatim sacri tribunalis hominibus verbo interdictum est, ne
. laicum quemquam auderent comprehendere; neque arma ce-
teris prohibita gestare. Ad hæc, cum edere Carolus synodi suæ
constitutiones curaret, in quibus reperiri multa necesse erat ad
laicos pertinentia; id minime ferendum esse, palam dicebatur.
Præterea nescio quid à se concessus petendum prius Magistra-
tus contendebant, quæm Apostolicis litteris, iussive quis vte-
retur, aut promulgaret. Quarum omnium rerum facultatem ad
se pertinere consilio iurisperitorum adhibito, Carolus iudica-
bat; tum ecclesiasticorum canonum auctoritate; tum quia sine
ea potestas ecclesiastica minime libera videbatur; neque plene
poterat vitiorum licentia coerceri, aut episcopale munus admi-
nistriari. vt autem omnem perturbationem, quæ publice posset
existere,

*Disceptatio-
num inter Ca-
rolum Regis-
que ministros
origo.*

existere, quoad fieri posset, impediret; simul, ut opinor, apud se quodammodo magistratus excusans, qui non fatis antea plene vim, & effectum sacræ potestatis experti essent; priuatis, amicis-que tantum officiis ius suum demonstrare, tuerique studebat. ac Ducis in primis pietate perfecit; vt neque litteris pontificiis *Constitutiones Synodales e- duntur.* quidquam inferretur impedimenti; neque constitutionum sy- nodalium editioni, promulgationique quisquam resisteret. Ha- rum volumina vndique postulata, & toto pene christiano orbe, breui tempore disseminata, magno vbiique usui fuerunt; ad con- cilia per ecclesias celebranda; optimasque leges, clericis, popu- lisque eorum imitatione scribendas; quibus christiani mores, religiosaque vita restitueretur. Omnes enim quicumque ec- clesiasticæ disciplinæ studiosi erant, eas cupide legebant: & ex eo quasi fonte Episcopi suarum constitutionum scriptionem, gubernationisque rationem deducebant. Pius ipse Pontifex *Pontifex de- creta omnia pro- probas.* decreta omnia probauit; commendauitque; ac non exiguum eorum partem à religiosis quoque viris seruari iussit, Archiepi- scopali potestate solutis. Et vero inter omnia, quæ Carolus po- stea edidit, prouincialium constitutionum volumina, illud non minus rerum multitudine, ac grauitate, tum explicandi etiam ratione; quam loco, reliquis praestare omnibus existimatur. tam multa enim libro illo, tamque præclara Carolus complexus est, de officio, cultuque Deo, diuinisque rebus debito, siue conser- uando, siue restituendo; de retinendæ christianæ fidei cura; de sacrorum munerum functionibus rite, decoreque obeundis; de Episcoporum, clericorumque omnium vita, moribus, officiis; de virginum disciplina; de foro Ecclesiastico: de certis crimini- bus, & corruptelis in populo tollendis: eaque omnia tam ele- ganter explicata sunt; vt mirarentur omnes, tanta celeritate Ca- rolum tantam rem confiscere potuisse. Sed magistratum ma- nibus liberatæ constitutiones, in clerum inciderunt; in clerum inquam ecclesiarum urbis; qui, licet ecclesiæ maioris collegium ab eo pic, prudenterque dissentiret; à decretis appellauit, quæ ad se pertinerent. quod idem fori ecclesiastici notarij fecere in iis, quæ de ipsorum officio statuta erant. Per idem tempus virgi-

F num

*Quo difficul-
tates in Virgi-
num restituendis
Caroli si pos-
suere.*

num cœnobia, cum viseret; omniaque sancte conformare, quod Ormanetus antea cœperat, conaretur; ad sacri Tridentini concilij capones, Mediolanensisque synodi præscripta; tum ad eius constitutionis normam, quam ex ipsius Caroli, Ormanetique consilio de cœnobiorum eiusmodi claustris tum Pontifex ediderat: eius item rei multi sese aduersarios intenderunt. Regulares in primis viri pro monasteriis sibi creditis, quæ decem, & octo numero sunt, reclamarunt: & ex ipsis virginibus multæ, quibusdam præsertim suasoribus, quos minime omnium decebat; resistere; & per propinquos suos Caroli conatus impedire contenderunt. vt re ad ipsum quoque ciuitatis consilium relata; de legato, vel saltem litteris ad Pontificem mittendis consultaretur. quamquam paulo post ipsæ virgines,

*Quo ob causas
tandem acqui-
scant virginis*

partim piis cohortationibus, partim etiam animaduersione, cesserunt; non Carolo dicam, eiusuc decretis; sed dignitati, salutique suæ: quam & illæ, & earum defensores, & propinqui, siue falsæ libertatis desiderio, siue iuris tuendi cupiditate, siue disciplinæ ignoratione, in periculum sæpe adducere conantur: vt defendantes verius oppugnant; defendant vero qui videntur aduersari. quod exitus docuit: non enim earum animis tantum, sed corporeis quoque bonis, & commodis consuluit restitura disciplina. His omnibus addebat, quod magnam

*Innanes mul-
torum de Ca-
rolo orationes,
quid efficiant.*

Carolo difficultatem afferebat. multi enim eius in rebus agentis studium, atque ardorem, nimium esse dicebant: seuerius punire; grauiora pâssim imponere, quam æquitati conueniret: sibi minus etiam quam aliis parcere. erant qui fieri pleraque affirmarent, ad captandum nomen, famamque sanctitatis colligendam; occultorum scilicet vitiorum etiam suspicionem mouentes. æquiores iudicium, & prudentiam requirebant: ætati, consiliisque religiosorum hominum errorem tribuebant, qui publicæ administrationis vsu carerent. Huiusmodi sermones alios ad imitandum, alios ad obsequendum tardiores efficiebant: ad contradicendum etiam paratores, qui sibi id vsui fore putarent. Sed si quid acrius ille ficeret; ita ferre videbatur suscepti negotij ratio; tum ea mens, quam

præ-

præcipuo munere Deus ei dederat. magna, & inueterata corruptela, magnuni conatum, magnos labores postulabat. frangenda erat obstinata quorundam voluntas, & audacia: quod esset exemplo ceteris; & ad facilem, expeditamque gubernationem, in posterum valeret. neque vero valde mirum; vel ex inusitata disciplina, licet optima; vel ex perturbatis animis, oriri obtræctationes, & maledicta. mirum vero si magistri conditionem discipulus aliquo modo non subiret. Sed quid animi, consiliique tum Carolo esset; ipse litteris ad Antistitem datis aperuit: qui libere illum monuerat, & amanter: *Quid ille animi missis in hac ecclesiastica reformatione aperire.* Quod se monuisset, illi se plurimum debere: cupere vero, vt demonstraret explicatus; qua potissimum assequeretur via; vt in se ipso, aliisque regendis modum retineret. sibi quidem illud valde esse propositum: licet aliud vulgo fere putaretur; neque id fortasse sine cauſa, ob eam, qua ipsis initiiis vtebatur agendi rationem. In ecclesia namque Mediolanensi, quāsi vinea inculta, vepribus, & dumetis omnia reperta esse adeo impedita; vt tanto proposito labore, neque sibi parcere posse videretur; & in alios facilitatem, lenitatemue ſæpe cogeretur omittere: quo tum quæ praua erant tollerentur; tum bona etiam, & fructuosa; quæ quidem effent, confirmarentur; quæ vero non effent, fererentur. sibi certe, si dicere oporteret, a benignitate recessisse non videri. sed nolle suo tamen iudicio fidem adhibere: immo rogare, vt quemadmodum amanter, quid peccare videretur, significauerat, in quo sincerum illius agnouerat erga ſe amorem; ita consilio iuuaret; libereque moneret, qua ratione posset in posterum non offendere. nihil sibi gratius accidere posse. scire etenim nemini difficultius subueniri, quam ei, qui *Eiusdem bno.* *militas.* consilium accipere nolit. Dolebat vero Carolus vehementer, cœptum feliciter rerum salutarium cursum eiusmodi contentionibus, atque obtræctationibus non parum impediri; multosque non tam voluntati, studiisque episcopalibus, quam futili ſuæ, vel patriæ bono repugnare. Sed patientiæ, religioſæque fructum abiectionis inde capiebat: ac contra aduersa omnia, Deo fretus, constantiam retinebat ſuam. tum vero pre-
F 2 tionibus,

*Dei opem qui-
bus modis
implorat.*

*Provincialis
Synodi decreta
de reformatio-
ne, quomodo
superet.*

*Supellecibili
preciosa se spo-
lia, carumque
ecclesias distri-
buit.*

tionibus, quotidianisque virtutum, & sanctitatis accessionibus, tum præclaris ad suorum salutem actionibus, diuinam opem studiosius implorabat. nempe illud Prophetæ imitabatur: Ego autem cum mihi molesti essent, induabar cilicio. Præter ea quæ ad corporis duritiem pertinebant; quibus sc̄e magis in dies exercebat: mensam, & omnem vitæ, domusque suæ cultum, ita conformauit, vt provincialis concilij decreta longe iam superaret. Qui ei propius inseruiebant, eos tunc quidem clericali habitu, saltem cum ministrarent, esse statuit. Cum in aliis omnibus ad sanctorum virorum tenuitatem, paupertatemque quotidie propius accederet; in apparatu quoque itineris, & comitatu idem faciebat: cum enim ad viginti duos equites, pedites multos secum haberet: cum ad dioecesanas ecclesias visendas profectus est; præter mulos, qui supellecibilem portarent; nimirumque id existimaret: paulatim numerum ita minuit; vt in reditu non amplius omnino, quam duodecim, vnumque clitelarium mulum duxerit. Supellecibili illa sua pretiosissima, planeque regia sc̄e spoliauit. plurima Romæ, & Mediolani per ecclesias distribuit; peristromata, lectorum conopea, vmbracula, quæ solent amplitudinis cauſa in aulis haberi; instrumenta, vasaque argentea. Statuas, earumque partes plurimas, antiquæ artis pulcherrima monumenta, sacris item locis addixit, vt venderentur. reliqua ipse vendi iussit, pretiumque in sacros, piosque viſus erogari. extant ex donis illis inter alia in ecclesia maiore Mediolanensi; aulæa ad celebriorem eius ornatum, sericis, aureisque filis contexta; figurisque sacras veteris testamenti historias referentibus, variata: vasa argentea aurata maxima, ad Pontificalium sacrorum apparatum exponenda: instrumentum pacis rite in ecclesia dandæ pulcherrimum, & pretiosissimum. Sacerdotiis item se abdicare instituit; quia propter animarum curam, vel monasteriorum rectionem, aut iuris dicendi munus; integræ illi administrationi satisfaccre sibi non posse videbatur: simul bonos, eruditosque viros ea ratione remuneraturus, quorum fideli, fructuosaque opera diu usus erat: omnino, vt quod de pluribus non habendis beneficiis, tum antiquis-

tum

tum nouis Ecclesiæ legibus sancitum erat , ex amplissimis ipse Ecclesiæ sanctæ principibus, ad plurimorum documentum, plenius exequeretur. Ea igitur pleraque Pontificis auctoritate quibusdam familiaribus suis distribuit; viris probitate, litteris, ingenioq; admodum probatis ; de quibus alius erit singillatim dicens locus. nonnulla ex monasticis, quæ commendationis ei nomine tributa fuerant , monachis ipsis libere dimisit. reliquis familiaribus, prout iustum esse iudicauit; tum litteratis aliis viris, & Cardinalibus item egentibus, varias ex fructibus constitui curauit pensiones. quibus ex sacris vestigalibus dandas non existimauit, iis ex patrimonio suo statuit pensitari. Dimittebat ea sacerdotia libere Pontifici : virosque tantum nominabat ; quibus ea conferri probaret : qui quidem sacro muneri apti , & ad loca, ecclesiæ sue ipsas incolendas, vt opus erat, essent expediti. Pontifex autem eius minime obsecrantis testimonio, voluntarie facile assentiebat. quibusdam etiam, nemine demonstrato cum cessisset; Pontifex quibus visum fuisset, assignabat. Pensiones præterea nonnullas, quas ex variis ecclesiis in Italia, Lusitania, Belgio solebat exigere, liberaliter ecclesiarum commendo, quæ tenues habebant fructus, remisit. Hæc primo ipso Pij Quinti tempore Carolus cum instituisset; exequi deinceps perrexit; ut aliis locis demonstrabitur.

Quæclerus contra concilij decreta Romæ proposuerat, Iuris Ecclesiæ facile reiecta sunt. Verum cum Senatu plus negotii fuit: qui Regij iuris, quemadmodum asseuerabat, tuendi studio, in sua permanebat sententia: Archiepiscopo ius non esse, siue apparitores armatos habendi; siue laicos; excepta fidei causa, sine Magistris comprehendendi. In quo tum iuris, tum facti controuersia erat: nam vtraque pars, quod pro ea faciebat, id præteritis temporibus consuetum esse dicebat; sibique testimoniorum subdio, iuris controuersi possessionem vindicare conabatur. Carolus, qui iurisconsultorum sententia, ius de quo agebatur, & iuris item possessionem, Ecclesiæ tribui intelligebat; quidquid iuris, factiue pro ecclesia suppœtebat, ad Pontificem referri curauit; ut

Carolus ius ecclœ ad Pontificem referri curat.

quid agendum esset Apostolica auctoritate statueretur; quod acceptum facile pro sua pietate, seruaturumque Senatum confidebat. neque interim agere priuatim cum Senatoribus omittebat; & sui iuris argumenta commonstrare; si priuato posset res officio componi. Ex altera parte res ad Philippum Regem cum per eius ministros delata esset; Carolus quoque, ne quid temere facere videretur, per litteras, & per Apostolicum internunci-
*Philippe Regi
coſilium ſuum
aperit.*
um in Hispaniis commorantem, consilium in eo genere suum aperuit; & quæ pro iure Ecclesiæ fidem facerent, indicauit. Religiosissime Rex respondit; totum negotium ad summum Pontificem deferendum. interim vero suis præcepit, vt salua regia potestate, ius Ecclesiæ omnino conseruaretur. Itaque missa a Senatu Romam ob eam rem Senatore; tum cauſæ cognitio certis Cardinalibus, doctisque viris mandata est; tum Carolus interim possessionem suam tueri iussus. Ibi cum eorum sententia, qui de controuersia consultabant, ecclesiæ Mediolanensis fauere videretur, Senator Romadiscessit. Pontifex litteras ad Ducem, Senatumque humanissimas dedit; & eos ad ius Ecclesiasticum tuendum, pro perspecta eorum pietate cohortatus est; dum cauſa reēte, matureque Romæ cognosceretur. alteras saltem, si hoc loco insererem, gratum me piis viris facturum existimauit. hæ vero ipsæ sunt latine scriptæ.

Pontificis literæ ad Duce-
m
Senatumque
Mediolanen-
sem.

D I L E C T I filij. Iustitia simul, & charitatis officio libenter ad ducti sumus; ut redeunte Mediolanum collega vestro Ioanne Paulò Ecclesia, eius, quam in publico negotio vestro apud nos gerendo, egregiam vobis praestitit, fidei ac diligentia, testimonium redderemus. Cuius negotiū cum ea vis, & natura sit, quam nemo non intelligit; adhuc eius ratio facile explicari non potuit. Nec vero hæc cauſa diuturniorem, quam necessitas postulet, moram habebit. Nam auditis, & plane cognitis, que utrinque pro rei veritate, rationes allatae fuerint, mature iudicium expediendum curabimus. Interea vos studioſiſime hortamur in Domino, ut in omnibus rebus Archiepiscopo vestro, & ceteris Provincie Episcopis, ad tuendam, & ornandam Pastoraliſ officij curam, ac dignitatem; ſollicitudinem, & operam vestram accommodetis. nulla enim

enim rem agis secularis potestas stabilitur, & augetur, quam amplificatione, & auctoritate Ecclesiastica ditionis. quidquid ad spirituale patrimonium firmamenti, & virium accedit, eo temporalis status maxime communetur. nam obseruantia, & pietas Principum, ac Magistratum in ecclesiarum Antistites, populos ipsis adeo præbet obedientes; ut fatendum sit, Regnum, ac statuum incolumitatem uno illo ecclesiastici iuris praesidio tamquam fundamento contineri. Quod utinam contrariis ad multorum exitium exemplis non pateret. Ea laude vestris sic excelluere maiores; ut illo facto, & ipsi clari sint, & multas ciuitates, ac prouincias ad p[ro]p[ter] exempli imitationem inflamarint. Quo magis nos etiam eximia patry in vos officij charitate, quam quod alioqui opus esse putaremus, cohortando duximus; ut quam summa cum animi nostrae latitia retinetis gloriam iuuandi, ac fouendi ecclesiasticam iurisdictionem, in ea ardenter insistatis. Nam ista etiam studiorum vestrorum declaratione, pastores ad diligentiores sui muneris administrationem incitati, ubiiores suorum gregum fructus Domino persoluere studebunt. At Mediolani interim periculum erat; ne dum utraque pars possessionem sibi vendicabat; ita ut eius retinenda nomine quod altera fecisset, altera duceret usurpationis loco; violenti aliquid accideret. variae rationes conquirebantur controversiarum partium consensu dirimendæ. sed nihil confici potuit. Ecce autem, dum ita consultatur, quod ea controversia periculum parturiebat, repente peperit. Lictor primarius ecclesiastici fori, cum armis Principis edicto vetitis comprehensus, in carcerem ducitur. tum publice reuinctis post terga manibus, sublimis fune tractus ad summum Palatij arcum, & ad solum usque repente dimissus, quassu ter repetito, accerrime, si quis umquam alias torquetur: ac statim poena remigationis proposita, Mediolano discedere iubetur. Carolus cum ius sibi suum palam eripi; & etiam contra Pontificis auctoritatem fieri quodammodo iudicaret, ad quem erat delatum negotium; ipsum confessum iudicem, cuius in carceribus erat, quem iustitia Capitanum, quod secundum alios Regis ministros anathemate notari subcep[er]at, Carolus.

Lictor fori ecclesiastici amministris Regis in carcerem comitatur, publice ceq[ue] torqueatur.

Injustitia Capitanum, quod secundum alios Regis ministros anathemate notari subcep[er]at, Carolus.

suum; & vniuersum item Senatum, scriptis ad fores loci, quo ille conuenire solet, affixis; vocauit, ad cius facti caussam dicendam. Doluit casum Dux vehementer, quippe, qui nihil ciuiusmodi cogitasset; eoque magis doluit, quod propositum sententiæ scriptum, nescio cuius iussu per satellites a ianua ædium Archiepiscopalium, & ecclesiæ; & etiam ab ipso ecclesiæ suggestu abscissum fuerat; & clericus præterea, cuius opera quidam ex iis vocati fuerant, in custodiam datus. Itaque iudicem, cum se ad euntem vidisset, neque audire, neque admittere voluit: & satellites, qui scriptum absciderant, in carcerem detrudi iussit. rogauit vero Carolum, ne cito contra Senatum, ob præcipuam Magistratus dignitatem quidquam pronunciaret. qui cum Ducis respondisset, non posse se ius ecclesiæ suæ non tueri; acutumque contra quoscumque, iure tamen, non iniuria, quemadmodum cum eius ministro actum esset: nihil tamen amplius statuit, ante quam Roma responsum acciperet; quo rem, vti gesta erat, statim preferendam curauit. Senatus procuratorem dedit; qui negavit quidquam mandatum esse auctoritate Senatus: hominem punitum, non vt apparitorem sacri fori, qui quisnam esset ignoraretur; sed vt quemlibet alium, qui contra leges regias fecisset;

Ad Pontificem & alia eiusmodi, quæ in iudiciis usurpari solent. Scripsit ad Pontificem eadem fere vsus excusatione; culpamq; omnem in Carolum transtulit. Dux item scripsit, sed multo mitius; & pro regione tamen iure. Dispicuit vehementer Pontifici & factum, & litteræ Senatus. itaque nihil Senatui respondens, monuit Ducem, vt pro illata iniuria Ecclesiæ satisfaceret. tum vero Præfitem ipsum, duosque Senatores consilij, factique præcipuos autores, Romæ coram se spatio triginta dierum adesse; reliquos iam anathemate percusso Romam item citari, iussit. Proprium ad id ministrum (cursorem appellant) Septembbris mensis, anni 1567. M. D. Lx. vii. initio, cum litteris ad Ducem Mediolanum misit. Illas pius Princeps osculatus; tum omnia alia pictatis significacione, summaque in Pontificem reuerentia in iis recipiendis vsus, Cursorem, quocumque opus esset vocandi gratia, tuto, honesteque adeo adduci iussit; vt ipsum Iacobum Paëzium eximia

Dux Pontificis
litteras Gene-
ratur.

mia pietate, & doctrina Theologum ex Societate Iesu, qui a cōcionibus, confessionibusq; ille erat, vna miserit, qui hominem vbiique commendaret. Quam quidem piam, & religiosam erga summum Pontificem reuerentiam imitatus magnus Cancellerius itidem Hispanus, addidit etiam, Pontificias litteras, vt iab ipsius beati Petri manu esse accipiendas. Fuit ex ea re, Medioli- ni, Romæ, in Hispaniis varius rumor, turbaque non mediocris: aliis alia dicentibus, opinantibusque; & uno quoque pro suo ingenio, atque sensu de re tota iudicante. Carolus magis ac magis in inuidiam varie vocabatur: vsque eo, vt dicerent nonnulli, potestatem illum Regiam sensim inuadere: nisi obsteretur, viam sibi munire ad Mediolanense imperium occupandum: ab eius- modi consilio Pontificem fortasse non esse alienū. de qua obtre- ctatione, ac calumnia delatus vir primarius Hispanus, in carce- rem Ducis iussu ductus est. Ut intolerabilis potentiae factum cōmemorabant; quod publicas bibliothecas omnes multis comiti- bus, & ministris, magna populi frequentia recognouisset; li- bros omnes singillatim inspexisset; plurimos abstulisset. id vero Carolus fecerat, cum audiisset multos libros hæretica labe infe- cto publice vendi, quemadmodum re ipsa verum esse depre- hendit. fecit vero etiam Apostolico accersito inquisitore. Fue- readeo, qui iuris regij tuendi nomine, & ad vim, vt aiebant, vi repellendam; Ducem instigarēt, vt ad extrema illa veniret, cum Episcopus è ciuitate violente pellitur. Contra plurimi, singula- rem Caroli pietatem, & egregium in Ecclesiæ iure tuendo stu- dium, constantiamq; in cœlum ferebant. summa cum eius lau- de mirabantur, quod religionis caussa neminem vereretur, aut respiceret; neque suam apud Principes gratiam, aut ipsum etiam Archiepiscopatum magni faceret. mentem eius optimam, co- natus sanctissimos prædicabat. regios vero Magistratus grauiter accusabant. Carolus eximia Dei fiducia; tum animi magnitudi- ne, quam in amplissimis reipublicæ christianæ negotiis exercue- rat; ita se moderate gerebat; vt cum ex eorum consilio, quos apud se in eo genere peritissimos habebat; in primisque sacræ prectionis lumine, fecisset, quæ legitime fieri posse, ac debere

*Magni Cancel-
larij erga sedē
Apostolicam
obseruantia.*

*Carlo de Caro.
lo opiniones.*

*Carolus Dei fi-
ducia fructus
qualiter se ge-
rere.*

G iudicaret:

Judicaret: tum ea animi tranquillitate, silentioque alia omnia obiret; vt nihil illi omnino litis, aut contentionis esse videtur. Neque vero quidquam mœstitia attulit; quod ex optimatibus permulti, qui antea vel comitari, vel ad eum ventitare solebant, iam non apparerent. immo in eam partem libenter accepit; vt ad pleniorum rerum humanarum contemplationem ea quoque ratione sese incitaret. Cum dies aedesset, quo die se Romæ sistere Senatores iussi erant; variis excusationibus, missis etiam Romam legatis, dilatus est; ac denique impetratum, ne quidquam contra illos promulgaretur, donec Seralui Marchio, qui negotij illius caussa ex Hispaniis aduentabat; Romam perveniret. Is Mediolani primo Carolum, conuenit, multaque cum eo egit, & questus est: seuere nimis actum contra Senatores: Carolum a Rege potius remedium petere debuisse, quam accedere animum Pontificis. ita Regis in eum merita postulare: ita officium illud, quod vt homo in Regis imperio natus, ei deberet. si alia ratione demum res non ageretur; facturum Regem, quod iuri, imperiisque suis conferuandis opus esset, licet perturbationes inde fortasse multæ, grauesque orirentur. postremo etiam blande rogavit, vt amico, atque adeo paterno studio negotium completeretur: id saltem, si alia recusaret, scriberet ad Pontificem: cupere se, vt citationis caussa prætermissa, controversia componeretur. Respondit Carolus interposito die: quod Pontifex contra Senatores egisset, sese præstare non debere; neque etiam Pontificem ipsum, qui nemini id præter Deum deberet. de facto suo, timendam sibi videri potius Pontificis in eo reprehensionem, quia remisse egisset; quam offenditionem Regis. Romam se motus initio minime confugisse: tolerasse: Gubernatorem saepius, & Senatores priuatim, atque amice monuisse; vt quæ contra ius ecclesiasticum afferrentur impedimenta, ea vellent tollere. cum nihil profecisset; cum etiam ad vim vetus esset; quæ contra non solum Mediolanensis, sed etiam vniuersæ Ecclesiæ ius, immo contra ipsius Pontificis auctoritatem videbatur; merito ad ipsum retulisse Pontificem, supremum iudicē, patremque omnium ecclesiarum. molestum id fore Regi non putasse.

Seralui Marchio ex Hispaniis pro his controversiis ad Pontificem Legatus, quid Mediolani cum Carolo egerit.

Carolus responso ad Seralui Marchionem.

putasse. eius meritorum magnitudinem & se agnoscere, & ut quam gratissimus esse posset, semper curaturum. A se Regi semper omnia fore paratissima: sed quæ Ecclesiæ esse putaret; iis, si quis forte id expeteret, cedere se nullo modo posse; præsertim quo priuatis beneficiis responderet. Nihil se a Rege expectare, quod valde pio, & catholico principe dignum non esset: quem satis nosse sciret, regias vires in iuuanda Ecclesia, non autem opprimenda ponni debere. id si non fieret, magnas sine dubio perturbationes, grauissimaque incommoda futura. quibus tamen ecclesia Mediolanensis tunc minime careret; quæ vi tam grauiter illata, suam libere non poterat exercere potestatem; in eos præsertim qui vel ob ipsam impunitatis fiduciam, turpem, flagitiosamque vitam agerent. Litteras ad Pontificem, quales postulabat Marchio, pro eo, quod ecclesiæ suæ debebat, dare se posse negauit. dedit autem huiusmodi.

S A N C T I S S I M E ac beatissime Pater. Cum antea ad sanctitatem tuam de rebus ad huius ecclesiæ iurisdictionem pertinetibus singulatim retuli; tum hoc tempore Ormaneto mandauit, ut diligenter exponat, quidquid hic cum Marchione Seralia actum est, qui nunc Romam proficiscitur. is cum a me contendenterit, ut de eodem negotio componendo, Senatoribusque Romam minime compellendis ad te perscriberem: quæ in hoc genere sentiam, quæque antea significavi, & Marchioni ipsi liberè respondi, hic breuiter attingam. Quod ad Senatores attinet; nullam priuatam iniuriam meam equidem vindicari volo. de cetero quid sancta sedis Apostolica dignitati conueniat; quid Ecclesia conducat universa, rectissime tua Sanctitas existimabit: eius enim illa caput est; ego autem exiguum membrum. De huius ecclesiæ iure, id confirmo; nihil aliud spectare me; nisi ut illius auctoritate seruata, qui posthac Archiepiscopatum geret, omnia libere exequi possit, quacunq; ad eius officium pertinebant. Ceterum testimonia me, ac argumenta, quæ ad possessionem ecclesia probandam valent, ad Sanctitatem tuam missæ satis habeo. quæ cum apud se viros habeat bonitate, doctrina, iudicioque prestantes: & ex eorum numero, qui in Concilio Tridentino huius generis iuribus constituendis interfuerunt: cumque, quod caput est, a spiritu sancto

regatur; meas esse partes alias non video; quam expectare, quid illa decernat; & quidquid decreuerit, prompta omnino voluntate accipere; nihil dubitans; quin illud rectum, sanctumq; sit. Sanctitatis tua pedes summissi oscular. Mediolani nono Calend. Februarij M. D. LX. IIX. Ita Marchio Romam profectus, in primis omni diligentia, studioque tempus adhuc prorogari curauit; vt aliquo modo interim vocati eximerentur.

QVAM QVAM autem eo iurisdictionis grauissimo negotio Carolus erat occupatus; quæ tamen ad suos regendos, rebusque salutaribus iuuandos pertinerent, eorum nihil omittebat.

Atque cum alias dioecesis partes, aut per se, aut per alios peragrare, visereque ad id tempus perseverasset; ad eam ipse initio Octobris anni M. D. LX. VII. profectus est, quæ in rebus profanis paret imperio trium pagorum Heluetiorum. continet ea pars tribus vallibus, Leuantina, Brennia, & Riparia, & ad montem sancti Gothardi pertingit. primo igitur Carolus certiores de suo aduentu pagorum principes fecit. & quoniam eorum imperium plurimum non modo apud laicos, sed etiam apud clericos valebat; legatos mitti petiit; qui in ea regione lustranda eum comitarentur. Illi, vt tres pagi erant, tres primarios viros ita misserunt; quos humanissime habitos Carolus secum adduxit. Tanto temporis spatio regiones illæ Archiepiscopum, aut eius administratos non viderant; vt pene à rebus omnibus Ecclesiæ institutis; atque adeo ab ipsa, quam Archiepiscopo præstare debebant, fide, atque obedientia discessissent; solosque propemodum Heluetios dominos in omnibus agnoscerent. populus quidem natura minime malus, & simplex, ignorantia peccabat: sed clerus vita erat, vitiis, flagitiisque plurimis cooperta. diuinæ res, & ipsa præsertim sanctissima Eucharistia indignissime habebatur; qua de re Carolum quandoque lachrymantem comites viderunt. multa erat ignoratio rerum illarum, quæ ad sacra ministeria, non dicam utiles, sed omnino necessariæ sunt. beneficia plerique; vitiose obtinebant, tum pecunia interueniente, tum deficiente Archiepiscopi auctoritate. ipsi parochi turpibus luctris,

Longinquas
dioecesis suæ
partes visit.

C A P. III.

*Quid primo in
quibusdam la-
borantis Valli-
bus, tribus Hel-
uetiorum Pa-
gis, fabrictis
faciat Carolus.*

*Quomodo à re-
bus ecclesiæ in-
stitutis deince-
derint Vallis illæ.*

*Ob clericius
flagitta lachry-
matur Carolus.*

cris, sordidisque negotiationibus operam dabant. concubinas, liberosq; ex eis suscepitos domi palam habere non verebantur. adulteria, incesta, sacrilegia multa: apud quosdam etiam non paruum catholicæ fidei discrimen. Ipsi autem pagorum principes, & magistratus licet catholici, nemine contradicente, aut aliud docente, omnem fere in rebus ecclesiasticis auctoritatem sibi sumperant. Ibi Carolus singulas ecclesias visere; presbyters, & alios incolas diligenter interrogare; angusta loca, difficultia, asperaque adire; montium altitudinem, prærupta saxa, siluestrium locorum penuriam non vereri; nullius vitæ commoditatis, neq; valetudinis rationem habere; nullo diei, noctisue temporei parcere. omnino spatio mensis adeo profecit, vt eius ecclesia tota pene facies immutaretur. Multa passim decreuit: plures presbyteros mulctauit; puniuit; sacerdotiis, sacrificisque officiis mouit. tantum se continuit, ne vinctos Mediolanum deduceret. Principibus Heluetiis persuasit, vt multa in dandis beneficiis; & in rebus iudicandis, quæ ad clericos pertinerent, sacrificæ, permitterent potestati. quæ illi Caroli sese virtuti, sanctitatique dare publice testabantur; quamquam contra Carolus suadebat, non sibi, sed sanctæ Ecclesiæ, Deoque esse tribuenda. Postremo, vniuerso clero in vnum conuocato, quæ opus erant, grauiter, pieque monuit, & cohortatus est: quod idem præstari iussit per religiosum virum, qui grauissimam concessionem ad eum cœtum habuit. Sed valuere plurimum verba, quæ aliorum quoque nomine vnu ex legatis ad clerum fecit: Quamquam Heluetiis *Helvetiorum Consilium.* consilium non erat, priuilegia sua dimittere, quibus in earum vallium administratione vtebantur; agnoscere tamen, ea quandoque rectores attigisse, quæ fas non esset: sed fecisse coactos malefactis clericorum, Pastorumq; incuria, qui eam regionem neglexerant. in posterum longe aliter fore. in Concilio Tridentino se affuisse, illudque pagorum nomine recepisse: velle omnino Principes, eius decreta seruari. palam se denunciare omnibus; nemini posthac apud ipsos perfugium fore; quin a Cardinali plene regerentur; & quemadmodum oporteret, corrigerentur. Demum clerus Concilij Tridentini decreta publice receperit; *Concilij Tridentini decretorum*

dentini &
provincialis
recipit.

Litteras ad
gentis consilia
dat Carolus,
deque Helue-
tiorum inuandia
cogitat.

Quatuor ex
Canonicis Me-
diolanensibus
tres illas Valles
Comitum titu-
lo renuerunt.
& quomodo ab
Heluetiis occu-
pata sint.

pit; concilij provincialis constitutiones seruandas suscepit: tum catholicam fidem stata formula singillatim processus est. Ita Caroli dolorem, quem ex tanta prauitate cœperat, emendationis remedium, spesque melioris in dies progressus non mediocriter leuauit: simul vero illud; quod præfinitimarum ecclesiarum de quibus cognouerat, conditione, suas bono statu satis esse intellexit. Litteras autem discedens ad gentis consilia dedit; quibus & delegatorum opera gratias egit; & monita multa iis de rebus addidit; quibus vetæ pietatis, religionisque causia, in regione gubernanda illis abstinentium esset. Atque iam tum, christiana gentis charitate motus, cum eam præsertim in sua iam habuisset clientela; cogitare cœpit, quemadmodum aliis item ecclesiis, quæ in ditione Heluetiorum essent, consulere posset. verum nihil eo tempore, publice tentandum arbitratus; priuatis officiis oppida, castellaque multa, maxime suæ diœccesis finitima, iuuare non destitit; tum pueris ad clericalem vitam Mediolani educandis; tum concionatoribus mittendis; qui fidem catholicam tuerentur, christianosque mores suaderent. tum aliis rebus ad eorum salutem accommodatis. Sed minime prætereundum videtur, tres eas valles, quattuor ex Canonicis Mediolanensisbus Comitum titulo tenuisse; & vtraque potestate, sacra, profana que administrasse. eas autem Heluetios cum Philippo Mediolani Duce bellum gerentes occupasse. cumque de pace ageretur; nescio quo animo, Dux, vt facilius transigeret, valles non suas permisit Heluetiis: earumque loco Canonicis vniuersi Sepricensis agri vestigal quoddam assignauit. Ecclesiasticam vero administrationem, quam vt oportebat, canonici tueri, & ab improborum audacia; potentiumque viribus defendere non poterant, Carolus suscepit: cui tamen alioqui, vt loca intra suam diœcessim posita, neque ad alium Episcopum pertinentia recognoscere; quæque opus essent, ex sacris decretis constituere, facultas erat. Ius porro, quod in sacerdotiis dandis consistit, canonici retinuere.

PRÆTER Mediolanensis ecclesiæ negotia, Carolus alia quoque grauissima suscipere non omittens; noua semper ad homi-

Humiliato-
rum ordinem
e regit.
C. 1. 1. 2.

hominum salutem, & ad ecclesiæ fructum exempla proferebat.
 Confecit eodem anno priusquam exiret, negotium inter alia
 correctionis ordinis Humiliatorum. Instituerant illum Me- Qui ordinem
Humiliatorum
instituerint, &
quando.
 diolanenses olim nonnulli. cum enim Conradus Imperator
 eorum plurimos cœpisset, & in Germaniam duxisset; prima-
 rios quidem securi percussit; alios autem reseruauit; qui peri-
 culo commoti diuino se cultui totos dedere cōstituerunt: & vt
 primum, Conrado mortuo, ab Henrico successore redditum in
 patriam obtinuerūt; monasticam auctoritate Pontifícia religio-
 nis disciplinam, ex sancti Benedicti institutis, cum albis indi-
 mentis suscepérunt, Humiliatorumque sibi nomen imposue-
 runt. Ii plurimis in Italia fundatis monasteriis; annorum am-
 plius quingentorum spatio a prima disciplina, vt humana est A disciplina
regulari discip-
serunt illis rela-
tio.
 imbecillitas, longe admodum in multis discesserant. Viderat
 Carolus ordinis patronus, & iudex, correctione opus esse: at-
 que iam antea per Ormanetum, cum is Mediolani esset, ali-
 quam eius rationem tentauerat. qui cum eorum comitiis præ-
 fuissest; fecit ille quidem, vt de corruptelis quibusdam tollen-
 dis aliquid in congregatiōne decerneretur: verum ad rem pér-
 ficiendam; maxime autem ad alia, quæ grauiorā, & difficilio-
 ſa erant, constituenda, efficiendaque, iam tum vir sapiens mul-
 to maiorem auctoritatem, potestatemque necessariam esse præ-
 dixerat. Non omisit vñquam negotium Carolus; neque de-
 ratione ineunda, qua ordo ille ad sua reuocaretur instituta, co-
 gitare intermisit: sed Pio Quinto tali Pontifice demum crea-
 to, rem suscepit attentius. multa ipse cum Pontifice prius egit
 accurate: per Ormanetum postea rem totam confecit; & de
 toto ordine componendo constituit. Itaque conuentu indi-
 cto; omnibusque qui vocati erant, Cremonæ congregatis; cui
 conuentui Carolus non sua solum Protectoris, vt aiunt, sed Ap-
 postolica etiam auctoritate præsidebat: quæ acta de iis, Ponti-
 ficiaque constitutione summatim saltem, sancta erant, & ad
 eam diem secreto habita, promulgari iussit; præsidiis ante
 paratis, si quis forte promulgationi vellet resistere. duta
Duravidetur
Prepositus, sta-
tua.
 maxime Præpositis visa sunt, quæ de eorum emendatione
 statuta

statuta erant; eoque duoriora, quod minime quisquam putarat, emendationem eousque peruenturam. quin etiam, sicuti ego accepi, quidam ex iis, qui prudentiores sibi videbantur, subobscure Caroli conatum ante illudēbant. cum autem talia improviso audiissent; animo quidem grauiter perculti omnes, nihil tamen resistere ausi sunt, aut contradicere. Summa emendationis fuit; vt Præpositi dignitatem, quam quisq; haberet; & eius item insigne retineret: sed suum quisque locum, sacerdotiumque mutaret. tertio quoq; anno in posterum per suffragiatum Præpositus ordinis vniuersi, tum locorum omnium Præpositi deligerentur. reditus ecclesiæ, non ipsi, vt antea, ciuili quodam splendorc; sed alij ad id proprie electi religiose administrarent: iis vti communibus omnes æqualiter vterentur: omnino cœnobitica, religiosaque vita vere inter eos ageretur. hæc litteris Pontificiis continentur; tum fusi, explicatiusque constitutio-nibus, quas tum pro amplissima facultate sibi data Carolus eis scripsit; & in conuētu etiam eodem promulgavit. At conuentu dimisso, multi Præpositi; nam magna pars nobilitate, gratiaq; plurimum poterat; omnes vias persequi cœperunt, quibus viis, promulgatis se legibus ex parte saltem liberare possent. Res longe grauissima illis videbatur, ex eo statu quem sibi proposuerat, cum ei se ordini addixerunt; ademptis beneficiis, quæ consueta deterorum via obtinuerant; tantis detractis commodis, & facultatibus; ad eam vitam compelli; in qua & tenue esset, quo quis vteretur; & id ipsum non esset proprium: quæque seueris aliis contingeretur institutis. nihil enim minus, siue ipsi, siue parentes, iis dignitatibus quærendi, fortasse spectauerant; quamvis spectare debuissent; quam monasticam, cœnobiticamue disciplinam. Sed quemadmodum vulgo: de aliis fieri solet sacerdotiis, quæ legibus eiusmodi cœnobiticis libera sunt; id sibi, suisque comparare plerumque studuerant, quod vitæ commodi-tati, nobilitatique sustentandæ deseruiret. Cognati quoque ipsi, qui Præpositorum opes ad familiæ suæ spendorem pertinere videbant; easque ad iuniores eiusdem familias deinceps transfe-rendas sperabant; sanctitas leges quantum poterant, dissoluere cona-

conabantur. Itaque amicos rogare; principes viros obsecrare; ^{ut leges dissol-}
 quacumque ratione possent, niti; vt a Pontifice audirentur. cum ^{nterent.}
 sibi obstructum Pontificis, Carolique constantia, & prudentia,
 tum Ormaneti diligentia, aditum reperirent: speciosis caussis
 Italæ regulis persuadere, ne nouos Præpositos iuuarent; neue
 ingredi in loca assignata permitterent: loca nonnulla ipsi arma-
 tis viris munire. Sed Carolus tum sua, tum Pontificis in primis
 auctoritate, tum etiam Principum pietate perfecit, vt rebus
 constitutis esset omnino locus. Vniuerso ordini præposuit A- Quis uniuerso
ordinis præ-
posuit consi-
tutus.
 loysium a Basilicapetri. Is cum ecclesiæ sancti Iacobi Cremonæ
 Præpositus, profanis studiis deditus diu vixisset; iam anno ante,
 diuino excitatus impulsu; bonitateque naturæ adiutus, vitam si-
 birecē instituendam decreuerat: duosque sacerdotes ex clericis
 regularibus S. Pauli apud se habuerat, quibus ducibus ad id effi-
 ciendum vteretur. tantumque profecerat; vt eum potissimum
 Carolus toti ordini præficiendum deligeret. Sed bonus vir valde
 resistebat: vitam male actam commemorabat; non se in litteris,
 aut piis studiis; sed in otio, venatione, profanisque rebus aliis æ-
 ratem consumpsisse. vrgebat tamen eo magis Carolus, quo se
 ille grauius accusabat; quod probitati iam cognitæ, indicium
 quoque illud accusationis accederet. Is deinde post ea perpesta,
 quæ Antistitem præcipue, tum bonos monachos omnes, tali re-
 rum conditione, pati oportebat; extincto demum ordine, vesti-
 tu suo in corundem Clericorum Collegium S. Barnabæ Medio-
 lani receptus, singulari modestiæ, patientiæque documento vi-
 tæ suæ cursum confecit. nam neque quod amplis fructibus abla-
 tis, quadraginta aurei annui, quemadmodum ceteris, reliqui es-
 sent; neque ob deletum ordinem; aliud umquam dixit; quam o-
 mnia recte, iusteque euensis. Ita quæ inuito ac repugnanti casti-
 gatio, afflictioque exitio facile fuisset; pic, ac sapienter accipienti
 saluti fuit: quemadmodum aliis quoque fuisse putamus.

ADDEMVS hic non dissimile munus, quod sequenti anno In ordine Fran-
 Carolus obiit, in ordine Franciscano, cuius item erat modera- ciscano non-
 tor. Ac in ea quidem parte quæ laxiorem videtur sequi discipli- nulla restituit.
 C A P. V.

nam, quædam magni momenti iam perfecerat, ad cœnobiticæ vitæ æqualitatem, tum in victu, tum in habitatione seruandam. alia deinde præsttit valde vtilia per Alexandrum Cribellium Cardinalem, virum pium, & grauissimū; quem in munere illius ordinis regendi pro se substituerat. In reliquo autem ordine, qui obseruantæ nomine appellatur, illud auctoritate Pontifícia curauit, ac effecit; vt quædam eius quasi partes tollerentur. Clarenorū, Amadeorum, aliorumque; & nominibus quoque ipsis deletis, cum reliqto corpore coniungerentur: qua de re constitutio edita est. Eas partes omnes puto ex bonis initiis profectas: fit enim sæpe in sacris religiosorum virorum societatibus, vt primo illo sancti spiritus ardore, cum optima disciplina paulatim pro humana miseria refrigescente; quoniam vniuersi moueri non possunt, vt ad priostinos se mores referant; pars tantum id faciat, & à ceteris separata, veteribus, perfectioribusque vtatur institutis. quæ cum item spatio temporis remittantur; eò res tandem recidit, vt nomine tantum, & præterea dissidio sacerdotiis; ea veluti disiuncta membra omnino expediat reliquo eiusdem conditionis corpori rursus coniungere. Hoc fecit Carolus iis, qui Amadei appellabantur, Pacisque ecclesiam Mediolani tenebant, reliquo numero aggregandis. Nomen ij traxerant ab Amadeo Vlissyponensi, viro religiosissimo, qui sibi ob præcipuam sanctitatem non mediocrem fratrum numerum, plurimis ab hinc annis adiunxerat; & vna cum iis asperiorem veterum vitam renouare conatus erat. iis cum posteris temporibus noui, hisque alijs successissent; mansit quidem distractus numerus; sed disciplina tandem a ceteris non differebat. Ea de re ne consti-
tueretur, principes viri multi primò sese interposuerunt; sine quorum intercessione vel oblata sponte, vel postulata, quod maxime dolendum est, vix quidquam in Ecclesia paulo grauius componi, corrigiue potest. deinde vero, ne statutum quod erat, efficeretur; plura, voluntasque Amadeorum ipsorum in primis, impediebat. Carolus autem nihil a proposito declinans, minime destitit, donec bono rem exitu concluderet. aggressus ad litteras Pontificias, quas ad eam rem proprie curauerat, in conuentu

*Quædam in
ordine Franci-
cano partes
tollit ac inter se
transcurat.*

*Ex quibus ini-
tis ortae sunt
partes illæ.*

*Difficultates
in his concendi
partibus super-
rat Carolus.*

uentu Pacis promulgandas, remque conficiendam, ea incurrit, vt uno verbo dicam; quibus tunc quidem sibi cedendum, & re infesta discedendum, clementer statuit. rediit tamen, remque totam confecit arbitratu suo. tum vero eorum, qui restiterant, apud Pontificem, ob eius grauiter offendit animum, deprecator fuit. Ea re peracta, conuentum habuit: in quo promiscue cœnobij cuiusque numero constituto; & rectoribus electis, salutibus constitutionibus oportune renouatis prouinciaæ res composuit.

G E S S I T per idem tempus aliam rem a Pontifice mandatam. Nefarium hæresis scelus, cuiusdam concionatoris olim impietate, verbisque conceptum, quod diu latuerat, in præcipua quadam Italæ vrbe tunc apparuit. Inquisitor suo iure vti, in ius vocare, in custodiam dare, ob quorundam magnam potentiam, minime poterat. duo religiosi viri ob eam rem crudeliter interficerant. Pontifex eò sua sponte Carolum misit: pauca mandata; maximam auctoritatem tribuit. eo nondū profecto, componi res cœperunt: neq; id mirū: qui licet cum hominibus, qui buscum oportebat, nondum egisset; egerat cum Deo tamē; qui præsens est rerum omnium moderator; idque singulari quadam sacrarum precum contentione. etenim per omnia monasteria, omnesq; vrbis ecclesias precationis tempora ita distribuerat, vt fine villa intermissione, die, noctuq; essent, qui Deum pro grauissimo negotio orarēt. quod geritus precationis sine intermissione tunc primū, ex ea credo oratione acceptum, quæ pro Apostolo Petro vincēto habita scribitur; postea in grauissimis rebus sæpe adhibuit. Cum ad locū venisset, veritate, ac vi argumentorum, tum prudētia, atque auctoritate, in primisque diuina ope, flexit potentū animos; auctoritatem sacrosancti magistratus, sacerdōrumque ministrorum restituit, qui eum veluti Angelum Dei sibi aduenisse prædicabant. effecit, vt fontes, quorū satis magnus erat numerus, deprehenderentur, in carcerem ducerentur, publice hæreses detestarēt; alijs condemnati, potestati seculari permittebantur; ciuitas tanto periculo, maloq; breui liberaretur: vt Pontifex, Cardinalesque; tum alij Carolū mirifice commendarent.

Causis fidei
præstvitæ
sanctitatem
auget.

C A P. VI.

Duo religiosi
viri causis fidei
dei interfici
incinitare quo
dam, ad quam
huius res & fidei
causa a
Pontifice mis
situs Carolus.
Multi præ
dictis onus sibi
minandum ag
grediar.

Quibus modis
potentum ani
mos flexerit &
qua illic egere.

Pontificis Regi
 Littera. Dum id ageret, addidit aliud Pontifex eiusdem generis ad cuel-
 lendas ex religioso ordine prauas quasdam opiniones, quæ mul-
 tis iam insitæ erant. quod Carolus iis qui corrupto sensu essent,
 per varias Italiæ vrbes prudenter comprehensis, & conclusis, di-
 ligentissime curauit. erant hæ, opinor, reliquiæ malorum illorū,
 quibus non multis ante annis Italia magno in periculo fuerat;
 vtque remedium afferretur, Pius ipse Pontifex Inquisitoris tum
 officio fungens, egregie partes suas egerat. In quo magnam e-
 quidem cauſsam reperio, quamobrem Deo, quas maiores pos-
 sumus, gratias Itali agamus; præcipuo eius munere factū agnō-
 scentes; vt quæ pestis aliis quibusdam prouinciis orta, illataue,
 deleri numquam potuit; sed maior in dies perturbatione, per-
 nicieque grassata est; apud nos facile sit non semel extincta. id e-
 go ab diuina virtute profici sci existimo, quæ ex Romana illa pe-
 tra in qua ædificata Ecclesia est, in propinquiores partes effica-
 cius funditur. Alia publica, grauissimaq; negotia per id tempus
 ad Carolum delata sunt: nam tantæ virtuti quæcumq; difficilia
 recte committi posse videbantur: persuasumque omnibus erat;
 neque eius animi æquitatem vlla gratia inflecti; neque constan-
 tiā, & robur vlla potentia infringi posse. Sed ille operam labo-
 remq; omnem in ecclesia sua potius ponere cupiebat. Atq; cum
 quarto iam mense ob illud fidei negotium ab ecclesia tali tem-
 pore abesset; orare Pontificem, non desinebat; vt redire tandem
 licaret: eo magis, quod quibus id gratū fuisset, vulgo iactabant;
 detinēdum eum de industria variis negotiis; ne Mediolanū am-
 plius reuerteretur. eam ecclesiam quasi vineam incultā assidua
 opera indigere: synodū clericorum sibi tandem habendā; dioce-
 sis, quantū posset eo anno sibi visendū, cuius maior pars restabat.
 At illa tamen absentię oportunitate Carolus otij aliquid ra-
 Etus; animi, spiritusq; sui vires collegit: & cum in medio vix spi-
 ritualis vitæ cursu se esse affirmaret; quasi præterita obliuiscens,
 maiore quam antea conatu, ad metam incitatus est: præterita o-
 mnia peccata sua diligenter a primis annis recognita, quod iam
 diu cupiebat, confessus est Alexandro Saulio sancti Barnabæ
 Mediolani Præposito, nunc Episcopo Ticinenſi cuius consiliis,
 & do-

Alio Carolo
 deferuntur
 negotia.

Ad ecclesiam
 suam cupie
 redire.

Illa absentia
 proficiendi
 magis, occasio-
 nem nancisci-
 tur.

Alexandri
 Saulij consiliis
 vñatur.

& doctrina vti pluriūm solitus fuit ; donec eum ad Episcopatū Alerensem a Pio Quinto vocatum, tam libenter ob Ecclesiæ fructum ; quam ægre ob suum , & sancti Pauli Congregatio- nis usum dimitteret, perfectiores sibi vitæ leges, familiaeque sta- tuit : iam quidquid ad animum relaxandum pertineret, seuerius vitare : consuetudini familiarium, sermonibusque minus fru- etuosis omnibus se subducere : sacras terum spiritualium com- municationes inter domesticos instituere, quotidieque habere ; mensas coenaculi religiosi more circumponere : quibus, licet ipse profestis diebus abesset ; non tamen, vt superioribus annis, contiuas adhibebat ; aut sibi plus, aliudue, quam cuiquam alij apponi patiebatur. ieiunij diebus, quos plures iam in hebdoma- da sibi constituerat ; non vt ante conquistatos, magniq; pretij ci- bos , sed vilissimos vesperē gustare : alia sibi demum præfinire, quibus ad summos sanctæ disciplinæ gradus ascendere propera- ret. Ita mente, spirituque diuinitus instruētus Mediolanum re- diit mense Iunio, populo maxime expectatus, maximaque læti- tia exceptus.

C V M antea, quæ prouinciae communis usus postulabat, in Diœcesis, pro-
Episcoporum concilio constituisset : suæ quoque diœcesis cle- uinciaeque sy-
nodiūm cele-
ritorum synodus, ex sacrorum canonum præscripto iamdu- brat. C A R . VII.
dum habere cupiebat ; in qua ecclesiæ suæ, quæ propriæ opus es-
fent, decerneret. eam ob varias , & grauiissimas occupationes ;
Pontificis etiam consensu, cum distulisset, habuist tandem pri-
die nonas Augusti anni M. D. L. x. iix. Vicarios presbiteros, in
diœcesi constitutos, mense ante monuit, vt suæ quisque regio-
nis presbyteris in unum coactis, quæ corrigenda, vel prouide-
da iis locis essent, cum iis consultaret ; & notata deferret ad sy-
nodum ! Unumquemque parochiūt̄ eorum nominā scripta sus-
cit afferre, qui tempore Paschatis in sua parœcia peccata. suā sa-
cerdoti confessi non erant ; qui sacra communionis particeps
non fuerant ; qui gradu cognationis propinquiore, quam fas est,
matrimonio forte coniuncti essent : vt eorum omnium salutē
prospiceret. nomina item, statum, & conditionem omnium, qui
erit.

clericalis ordinis in eadē paroecia essent. Ad hæc, supplicationes quisque ante discessum una cum populo obiret, ad diuinum auxilium in eiusmodi negotio implorandum. clerici omnes ordinis, quo initiatī erant; & beneficiorum, quæ obtinebant, legitima testimonia recognoscenda in synodum afferrent. Prouidit, ne quis clericorum in publicis diuersoriis Mediolani commoraretur: neque ea in re pro consueta liberalitate sumptibus pepercit; quin suas magno illorum numero ædes impleret. Hęc, & alia multa Carolus tum præparauit ad synodum recte habendam; quæ libellis eo de genere cōfectis fusi continentur: quę que postea, cum alias habuit, ex iis, quæ vsu cognouerat auxit, etiam diligentius. Stata die synodum incipiens salutarem ipse concionem habuit: sacros ordines de more celebriter ad sancti Ambrosij Basilicam supplicatum duxit. in ea supplicatione præter coenobitas, clerici fuere circiter mille quingenti. in iis trium vallium illarum incolæ, qui iam magis ac magis ad ecclesiæ dicti sciplinam informabantur. Ibi librorum vetitorum indicem promulgari; constitutionesque concilij prouincialis recitari, iussit. ea demum inquisiuit, decreuitque, quæ ad clerum sancte instituendum, ecclesiasque recte, & salutariter ordinandas pertinerent. triduo religiosum illud negotium absoluuit. Quod restabat anni consumpsit vicanio ecclesiis, montosis præsertim, perlustrandis. cuius operæ fructus fuit sane maximus, tum ad rerum sacrarum decus; tum ad salutem mortalium; quia eius sermone, laboribus abstinentia, vehementer ad religiosam vitæ institutionem mouebantur. consumpsit item in rebus virginum reliquis componendis. quæ quidem vt præcipua fuit, & perpetua episcopalis eius munera cura; ita magni, diuturnaque laboris. Deo concedente, fructum habuit singularem. tunc operæ multum posuit, in nonnullis coenobiis ob exiguum numerum, locaque minime tutas omnino ob corruptam disciplinam, in ampliora, religiosioraq; transferendis: tum nonnullis etiam a religiosorum quorundam potestate, Pontificia auctoritate vindicandis: in sacrilegis item hominibus non paucis puniebantur; quorum consuetudo sacris locis perniciofa erat. vt tali sacrilegiorum pudoris

In gens clericorum numerus in publica supplicatione.

Qua alta sine in diecessu in ea synodo.

In quibus, reliquum anni consumpsit.

pudoris patrono, ac vindice; in illius pariter, & alienæ potestatis fœminarum, mariumq; cœnobiiis rectius sese multo res haberent; & magna vbiique Caroli diligentie, iustitiaeque formido existeret. Intendebat animum ad Episcoporum conciliū secundo celebrandum: cuius tempus, Pontifice consulto, à Septembris mense, quo triennium a primo præterierat, ex ratione sacris decretis consentanea, transtulit in sequentis anni M. D. LXIX. Paschales dies. vocauit igitur duobus ante mensibus Episcopos, monuitque, parati adessent, vt rerum ecclesiasticarum perfectam conformatiōnē studiis suis prosequerentur. vocauit canonicos; & ex vnaquaque ecclesia, seu diœcesi testes, quos dicunt synodales: qui in priori concilio electi, quid ad rectam ecclesiārum administrationem, cultumq; decesserat; quid corrigendum, prouidendumque videretur, pro suo munere tunc referrent. Affuerunt in hoc concilio ciuitatum, quas in priori nominauimus, Episcopi; qui quidem essent, necessarioue non tententur impedimento: alij Præsules nonnulli, quorum doctrina, quæ decernenda erant, prius explarentur. Ac licet eruditissimi, quos Mediolanum primo Carolus adduxerat, Romam redissent; retinebat Petrum Galesinum; qui & stilo, & ecclesiasticæ antiquitatis cognitione; ad conciliorum decreta, multaque alia conscribenda, quæ opus essent; non solum per eos annos, sed postea semper magnos illi vsus attulit. Carolus in Episcopos concilij tempore, canonicosque aduenas consuetam in domo sua præstitit hospitiū liberalitatem. præstitit etiam suam probe affiduis in laboribus, vigiliisque mirificam constantiam. Delectus est Franciscus Bonhomius Cremonensis, cui Nonantulanam Abbatiam is cōtulerat; qui decreta in concilio sancta Romam, a Pontifice probanda deferret; eorumq; pro sua prudentia, doctrina, & fide rationem redderet. eidem ad Pontificem mandata conciliij, & singulorum Episcoporum nomine data sunt; ad ecclesiārum salutarem administrationem pertinentia.

IN T E R I M ecclesiastici iuris caussa, iudiciumque biennio iam ante in Senatores, aliosque datum, fere conticebat. Ac tametsi De Scalenis cæs
su, aliisque ce-
clesiastice peccati-
bationibus.
C. A. P. VIII.

tamen si facri iuris dignitatem, auctoritatemque per moras eiusmodi laedi Carolus putaret: Pontificis tamen verbis, sapientiaque, tum sua virtute sustentabatur: eoq; facilius, quod suis tum iudicibus Mediolani multum tribui videbat; hominesq; laicos, ecclesiasticorum criminum reos, eorum iudiciis satis quiete parere: tum Magistratus etiam saeculares multa concedere, vel dissimulare. Tantum ipse eorum contemptum, seu negligentiam superiore anno; consulto Pontifice, castigauerat; qui anathemate iam ab eo damnati; colloquiorum, rerumque diuinarum communicatione, sicuti par erat, non abstinebant. Verum ea quies & silentium eo deum euasit; vt nouæ, ac maximæ perturbationes efficerentur. Nobile canonicorum collegium Sca-

A quibus Mediolanans Canonicorum Collegium Scalense sit institutum. *Eg quare Scalense sit appellatum.* *Nouarum perturbationum origo.* lense, inter alia Mediolani est; a Regina Scalenſi, Barnabæ Mediolanensis Principis vxore inchoatum; & ab ipso Barnaba post vxoris mortem ea conditione ante annos amplius ducentos, integre constitutum; vt sibi, successoribusque ius ad canonicos nominatos reseruaret. De eo visendo, ac recognoscendo. Ca- ritatis agere cœpit. Canonici contra, regiique Magistratus ecclesiæ ab Archiepiscopio potestate dicebant exemptam: Regi certe vt Duci, & patrono in ea ius esse. re vera Clemens Pontifex exemerat; sed ita tamen, si Archiepiscopus consentiret: consen- fuis vero nusquam apparebat. Carolus tamen si certo sibi iure nisi videtur; negotium sustinuit; Romamque detulit. cumque re- spondisset Ormanetus, ac mandasset Pontificis nomine; vt iure suo uteretur; rem ille tamen adhuc trahi duobus fere mensibus passus est. Interim canonici (nonnullos semper exceptos volo, quos scio dissensisse) tantum sibi sumperant; vt ne in ullum quidem ipsius ecclesiæ Scalenſis clericum Archiepiscopali auctoritate agi posse contenderent. immo Vicarium cauſarum crimi- nalium, & fisci procuratorem, quia egissent, anathemate nota- tum publice denunciarunt; Carolum etiam ipsum ea de causa citare ausi. Priuilegijs sui, & auctoritatis Apostolicæ nomine id fecerunt; cuius tuendæ ministrum, iudicemque delegerunt le- uissimum hominem, atque impetratum Petrum quendam Bar- bestum. His rebus cum Magistratus aperte fauerent; Dux etiam

Ipsius Collegij quorundam Canonicorum auctoritatem.

Qualem Indemnem diligunt. Canonico.

ipſe

ipse semper ecclesiastico iuri tuendo antea deditus, tunc calium se præbebat; siue id aliorum instigatione; siue obtreftatorum timore faceret; qui calumniandi, accusandi que apud Regem, regiumque consilium ex pio eius studio occasionem arripuerat. commotus etiam dicitur: quia cum ad tollendum mercatum quendam qui ad sancti Bartholomæi, eius die festo haberis solebat; ipso die Carolus ecclesiam claudi iussisset; ad eam ecclesiam rei diuinæ cauæ forte is aduenerat: &, vt perturbati animi natura est, occlusas fores, contra penitus, ac Caroli mens fuerat, accepit in iniuriæ loco. Vt cumque ille affectus, mutatusque fuerit; poena certe capitali proposita, per eos dies edixit; ne quis aliquo modo regiam iurisdictionem læderet. quod quidem editum ira conscriptum est; vt causidici, notarij, ministriique fori Archicancellaris omnes, veriti ne qua forte ratione aliquando comprehendenderentur; eiusmodi poenæ metu, forum, cauæ, exercitationesque suas omnino dimitterent. Carolus in aperto iure minime hæsitandum, cunctandumque ratus; ne maiora ex his in dies contra Ecclesiæ ius pararentur; simul suspicans, ne tempus ideo duceretur; vt ipse quoque per Barbestum publica posset proposita denunciatione notari: diem illius ecclesiæ recognitioni deniq; constituit. eo die mane per Ludouicum Monetam presbyterum denunciavit, iam iam se affuturum, ecclesiæ, ac ædium ecclesiasticarum visendarum cauæ. canonici prius moniti sacrorum festinanter finem fecerant: & plerique sacra linea ueste induiti, ad cœmeterij ianuam, ceteris omnibus clausis, constiterant. Ex his Calaber quidam senior, qui œconomi munere in ecclesia Mediolanensi fungebatur; denuncianti Ludouico, In regio, inquit, domicilio sumus: nullum ius Archiepiscopo in nos: Cardinali id nuncies; moneasque, vt prudenter agat: hoc enim spectant edita promulgata contra homines Regi infidos. Dum ceterorum sententiam, an eadem sit Ludouicus exquirit; exاردescit senex; dure increpat; omnes in eum impetum faciunt; impellunt; eiiciunt. Carolus ipse non multo post aduenit. qui Cardinalis insigne ante illum gestabat; cum lumen intraret, iniecta in frœnum equi manu, repellitur. eodem modo,

*Magistratus
Canonici fa-
uent; Et Dux
a iure ecclesi-
astico tuendo a-
lienum se pra-
bet.*

*Ducis editum
quid efficerit.*

*Carolus diem
Scalensis eccle-
siæ recognoscet.
de constituit.*

*Quid econo-
mico, Et Cano-
nici contra Lu-
douicum Mo-
neta fecerint.*

*Quam nefan-
dum facinus
Scalensis in-
aduentu Ca-
roli commis-
sione.*

modo, qui crucem Archiepiscopalem præfcrebat. tum Carolus mula descendit; crucem, quam tenere in pronunciatione sententiæ contra canonicos oportebat, prehendit; ingreditur. ibi vero horrendum spectaculum. cœci sacerdotes, qui tanti Antistitis, sacrorumque insignium conspectu placari, aut potius terri debuerant, vehementius accensi irruere; armati, quos quasi cum hoste res esset, cōduxerant, districtos gladios tollere; Hispaniam, Hispaniam stultissime clamare; Carolum varie agitatum, & in imaginem Crucifixi semper intuentem repelle-re; fores obtrudere, contraque faciem claudere; multitudinis concursu, strepituque omnia misceri. His interfui adolescens, cum ea via forte prateriens, turba, reique nouitate motus eo

Carolus Canonicos anathematizans, in ecclesiam interdictum pronuntiat.

Canonici indigni per perpetrata, in Cardinalis Vicarium insurgunt.

Qualis sententia a lenissimo illo iudice in Carolum sit pronunciata. Quæ Carolus gesserit.

grandibus litteris in illius ecclesiæ pariete, aliisque vribis locis publice notatur, Carolus Borromeius Cardinalis, & Archiepiscopus sacris interdictus, ob Pontificiæ auctoritatis contumitionem. Contra Carolus pronunciationem suam in Basilica maiore statim renouauit. deinde nominatim Oeconomum, totius facti ducem, & alios de quibus constare potuit, ob vim sibi, ministrisque suis adhibitam, sequenti die, ab Ecclesiæ corpore abscessos; eosque, & eorum ecclesiam iis pœnis contractam, declarauit, quæ Bonifacij Pontificis constitutione sanctæ sunt in Cardinalium violatores: plura enim erant capita, quibus eo facto canonici gravissimas ecclesiasticas pœnas incurserant. Duci præterea, Senatuique facinus scripto denunciauit; monuitque, ne forte in tanta re conniuentes, in easdem pœnas inciderent. Cæsarem Specianum patritium Mediolanensem, tunc canonicum suum, nunc Episcopum Cremonensem, magna virtute Præsulem, & magnis Ecclesiæ sanctæ munerebus perfun-

Cæsarem Specianum Ronia mutuit.

perfunctum, Rōmam misit, qui acta omnia ad Pontificem referret, & quæ ea de caussa opus essent, procuraret. Erant Carolo mōroris non mediocris caussæ complures: vastitas ecclesiastici fori: nulla iudiciorum facultas, nisi quam comprobasset Senatus; quamquam ne illa quidem vti quemquam permittebat, ne licentiam eiusmodi probare videretur: publica quædam auctoritatis suæ contemptio: nulla ciuilis potestatis tutela; quin tacita potius oppugnatio: iactatio aduersariorum; disiunctum tandem ab eo, & ab alienatum Duce; Pontificem vero minime, vt putabatur, commotum recentibus factis: Vicarij, consilia. siique sollicitati, ac pene iussi, vt a Carolo discederent: dubitatio piorum, amicorumque hominum, num forte magis cedendum esset, quam tanat turbari sinere.

Hoc loco res Caroli cum essent; eò maiori tamen animo esse videbatur, quò grauiori premebatur acerbitate. summa in rebus omnibus circumspiciendis diligentia: neque opera, neque studio caussæ deesse: nullū officium Rōmæ, vel in Hispania prætermittere: se in primis, ecclesiamque suam, suis, aliorumque precibus impense Deo commendare: spiritualibus colloquiis, exercitationibusque sustentari. Atque dum consiliorum suorum, & aduersariorum item rationem perpendens, exponeret omnia Pontifici; illud quandoque dixisse reperio: si eorum malorum in se ipso caussam agnosceret, dicturū cum Iona: Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis: cessurum se facile, magisq; tranquillam vitam, quod ei facile, iucundumque foret, electurum. Sed cum perspiceret de auctoritate tantummodo agi: idque curari, ne quid Archiepiscopus in laicos fere sine sæculari potestate posset; quod neq; iuri cōsentaneum; & moribus emendandis, salutique populi valde incommodum iudicabat: id etiam fortasse agi, vt Carolus tantis molestiis, difficultatibusque defatigatus tandem locum deserereret; aliisque Archiepiscopus crearetur, qui vel non posset, vel nollet repugnare: hæc cum videret; decretum sibi esse, omnia potius incommoda perpeti, omnia subire pericula, quam Ecclesiæ caussam

Rōmæ, & apud Regem de rebus suis agit fortiter.

C A P. IX.

Maxima animi moderatio.

vmquam deserere. scire se etiam Pontificis in Ecclesia tuenda, & omni æquitate conseruanda religiosissimam voluntatem. nosse Catholici Regis optimam mentem. his rebus in magnam spem adduci, omnia tandem, Deo in primis fauente, felici exitu esse

Pontifex Iudicis a Canonicis electi acta irriter declaratae, nonnullos Canonicis Romanas vocat. inobedientes anathematizare, dumna-

concludenda. Sed quamuis acta Barlesti Pontifex irrita declarasset: ex canonicis nonnullos Romam vocari; & quia non paruiissent, anathemate damnari iussisset: remissius aliquanto tam agi, tardiusue remedia malis præsentibus afferri Carolus existimabat, quam res postularet. cunctationem ipse, dissimulationemque maioribus malis occasionem putabat esse. alij vero maiora mala ita potius auerti, dicebant: omnino Caroli mente, animumq; ea ratione exerceri, & quodammodo expoliri. cum is ita sentiret; tanta tamen erat modestia, tantumq; summi Pastoris sapientiae, atque amori tribuebat; vt in litteris, quas frequenter ad procuratores suos, homines maxime sibi fidos, Romam mittebat; ne verbum quidem reperias, quo vir acerbissime pressus, vel agendi modum reprehēdat, vel paulo liberius queratur.

Caroli observationes, ac modestia.

de ipsis etiam aduersariis ita loquebatur; vt quos poterat, excusaret; sicuti vere nonnulli erant aliqua excusatione digni. Merito autem paterno Pontificis amori plene confidere poterat; a quo plurimi fiebat, atque vnice diligebatur. cuius rei testimonium Ioannis Baptistæ Cardinalis sancti Clementis litteris testatum,

Quid de eos scripsit Pontifex antiquaque faceret.

libet hoc loco proferre; Pontifici Domino nostro (ad Carolum scribebat ille) adeo probantur actiones tuæ, vt heri dixerit; Antistitem in Ecclesia Dei diuini cultus, & honoris studiosorem; aut in ecclesiastico iure tuendo, sanctæque Sedis huius auctoritate conseruanda fortiorum, quam tu videaris, scire se neminem. ideo viribus omnibus opem ferre quidem velle; amplitudinemque tuam defendere; sed rei tempus expectandum. alias dicebat Pontifex; in Caroli rebus tuendis, vel vitam ipsam sibi ponendam. De Rege licet ea omnia sibi Carolus polliceretur, quæ ab optimo Principe possent expectari: tantum erat tamen aduersariorum studium, tanta contentio; vt vel scribendis ad Apostolicum Internuncium in Hispanias litteris, scriptisq; aliis mittendis, quibus varia, quæ contra ipsum, Regi referebantur, coargue-

Quid de Regis filiis pollicebatur Carolus, quantumue in sua seruanda causa sollicitus.

coargueret; assiduam penè operam dare cogeretur. Is èrat Ioannes Baptista Castaneus Archiepiscopus Ruscianensis, humanitate, religione, iudicioque vir in primis præstantissimus. qui nuper Sixto mortuo, in altissima Petri Sede collocatus, paucis diebus morte sublatu^s est. Erant apud Regem, & eius consilia, qui vel id prædicare non dubitarent; omnino prouinciam Mediolanensem, salua Regis auctoritate, administrari non posse, nisi Carolo pulso. Totius autem sensus sui, rerumque ecclesiæ Mediolanensis rationem Regi fusius aperire constituit; vt pro religiosa voluntate sua, quantum in eo esset, tantis incommodis medetur. Optimo igitur Antistiti, valdeque amico mandata dedit; quorum fuit hæc summa: Quod perturbationum Mediolanensis, quæ Regi notæ satis erant, culpam in se, tamquam Regis parum studiosum, alienique iuris appetentem, quidam transferre conarentur: primò sibi consciū esse; suæ id vitio fieri non posse voluntatis; quam sane optimam erga Catholicam Maestatem hereditatis quasi iure accepisset a maioribus suis; ipseque maxime omnium conseruaret; ob ea, quæ in Gibertum eius patrem, Federicum fratrem, in se demum agnoscebat ab eadem liberalissime collata beneficia: quam etiam Romæ olim; quo loco, & tempore, opera, & officiis suis multo melius poterat; re ipsa saepius ostendisset. Alieni usurpandi, quæ cupiditas, aut suspicio in illum caderet, qui omnia sua sibi relinquenda statuerat, vt Deo liberius, ecclesiæque sibi commissa posset inseruire? errorem etiam sibi abesse videri, cum viris peritissimis in iure suo plane cognoscendo vteretur. Neque se concordiam cum Regio Magistratu negligere: immo quoad posset, eam diligenter curare; cuius fructus in ecclesia administranda omnibus esset manifestus. argumento esse vel eius patientiam, qua biennio iam in multis ecclesiæ-damnis, ac iniuriis vtebatur. At Magistratus in peiores partem accipere omnia; apud Pontificem, Regemque de se iniuste queri; & sine causa accusare. vel iis refellendis, quæ contra se dicentur, multum sibi negotij exhiberi. Regij iuris tuendi nomine edictum promulgatum, quo omnes ecclesiastici fori actiones funditus esent sublate. Si clericus suum iudicio

persequi vellet; si pro ecclesia sua agere; si pia legata exigere; neminem esse, qui operam non negaret. Simoniacos, sacrilegos, adulteros, usurarib[us], alios omnes maleficos, impunitos esse: vita, & peccata late manare: improbos, facinorosque exultare: clericos, ecclesiastique iniuria affici: mortuos nonnullos piiis suffragiis destitui. ita potestatis suae conservandæ nomine, regios iudices Ecclesiae totam cripuisse iurisdictionem. Scalensium audaciam ab eis nutritam: nihil certe actum contra sicarios, qui sibi sacrosanctum Archiepiscopalis auctoritatis insigne tenenti districtis gladiis a canonicis obiecti erant. id multis iustam causam existimandi afferre, vel delictum magistratibus placere; vel ipsis consentientibus fuisse commissum. eosdem criminis sibi dedisse apud Pontificem, quod bidui moram in eo negotio negasset, qui ipsos concesserat menses. ad hoc rem indignissimam, sed tamen etiam ridiculam; gladios a Caroli parte prorsus semper inermi, prius educatos. Rem, quæ cum Senatu in controvexitia esset, pro Rege quidem non tantam videri. quid tandem regia potestati obesset, necessarios iurisdictioni suæ satellites Archiepiscopum armatos habere; vitiososque homines ecclesiastici corum criminum reos eius auctoritate duci? at pro Archiepiscopo magni esse momenti: aliter enim vix, aut ne vix quidem, delictis coercendis suo munere fungi posse. nam & si quid difficultius tentandum esset, perfici minime posse absque laicæ potestatis auxilio. Ius regium verbo; re vera defendi viuendi licentiam. quale illud esset; quod turbæ pene omnes ex eo tamquam ex semine ortæ videbantur; quod in adulteros, & concubinarios agere cooperat. Eiusmodi impedimentis, & contentionibus summam ecclesiæ conformandæ, moribusque emendandis difficultatem afferri, multitudinem variis rumoribus suspensam, incertamque teneri, ne Pastorem suum audiret, & in salute curanda progredieretur. discere multos non solù laicos, sed etiam clericos repugnare Episcopis suis. Magistratus, quos prouincia bene gubernanda, utilius occupari oportebat; detineri contentionibus cum ecclesia exercendis. Hæc a vero animi sensu, christianaque charitate profecta. Rex apud se cogitare vellet; videlicetque,

retque, digna ne, pia, optimaque mente, & sensibus suis plane catholicis a suis agerentur; & pro sua summa prudentia, & pieta- te de rebus omnibus consuleret. Quid ecclesiasticum forum pateretur, eodem modo Duci, & Senatui denunciauit; & litt- ris testatus est: monuitque, vt pro eo quod sacri canones in eos statuerunt, qui libertatem ecclesiasticam, auctoritatemque la- derent, consulerent saluti suæ.

D v m hæc ad Regem afferuntur; dum curicitatur Ponti- Percussus ni-
fex; & Magistratus in Ecclesiæ, Archiepiscopique iniuriis con- hil tæditur.
niuent: alia multo acerbiora, prorsusque detestabilia in Carolū Cap. X
patrata sunt. Humiliati optimis quidem legibus astricti, & ad instituta, officiaque sua reducti erant; sed quantum vis poterat:
alia enim erat voluntas; omniaque mouebant, vt ad visitatum
vitæ genus possent recurrere. Multa Carolus fecit, tentauit Qua sentanc-
multa, vt vere ordinem ad veterem normam, rectamque disci- rie Carolus ve-
plinam reuocaret. de bonis monachis ex alio ordine vnicuique humiliorum
cœnobio præficiendis egit: de bono ordine cum eo coniungen- ordinem ad
do; de nouitiis optime instituendis. omnia parum valere vide- Veterem nor-
bantur ad ordinem, inueterata iam consuetudine, rursus infle- mam reuoca-
tendum. optimum factu erat per nouitorum institutionem,
successionemque disciplinam instituere: sed nimis id longum
videbatur. omnino illud compertum est; qui ignorantia, vel in- ret.
firmitate errant; eos verbis, castigatione, diligentia in viam posse
reduci: qui parata salutis subsidia contemnunt, scientesque, &
volentes in errore versantur, & consuecendo habitum confir-
mant; metu, vi, præmiis posse interdum contineri; ceterum ubi
copia detur, eodem semper reuolui. Hæc tractare cum Carolus
pergeret; monachi eius auctoritate, diligentia, constantia un-
dique tenerentur; & vel Romam videre ipsa Romana auctoritatem
prohiberentur: nefarium consilium ex eis quidam cœpe-
runt; Carolum quacumque ratione de medio tollere: id si suc- Nefarium quo-
cederet, quæ vellent, auferre facile posse. Auctor sceleris fuit, rrandam humi-
vt etiam Pius Pontifex in sua constitutione rescripsit, Hierony- liatorū de Ca-
rolo interfici-
mus, endo consilium.

mus; eccl^{esi}a Vercellensis sancti Christophori antea Præpositus. is rem cum Laurentio Præposito Carauagij, Clemente Præposito sancti Bartholomæi Veronæ, & Hieronymo ciudem ordinis sacerdote, cognomento Farina, communicat. Farina se paratum ostendit ad rem perficiendam; si pecunia detur. quadraginta aureos nummos tanti sceleris mercedem sibi pacisci tur. cum iij non suppeterent, alio scelere parare aggrediuntur.

*Horrendum a-
liud facinus
patrare cogi-
tant.*

gunt de surripienda ecclesiæ Braidenis Mediolani pecunia, quæ a Fabio Simoneta monacho, ex nouis constitutionibus custodiebatur. cogitant etiam, cum proxima esset Ascensionis Domini solemnis dies; ciudem ecclesiæ altarc; quid enim iam non auderent; aureis, argenteisq; ornamenti expilari posse. Atque cum ærarij Braidenis ostium effringere conati, nihil egissent; Fabium strangulare statuerunt. illo in templi adyto sacræ precati oni operam dante, veniunt ad ianuam. dissident inter se, quis eorum prior fasciam collo iniiciat. retandem infecta discedunt. superari Deus voluit religiosa precatione improborum nequitiam. Sacra vasa, atque ornamenta, Farina solus abstulit; & pecunia ex iis quam primum confecta; per ganeas variis in regionibus voluptati se dedit. ac tandem, vt breui comprehendam; breuibus tormentis duobus, ex iis, quæ rotæ artificio, igne repente ex silice excusso, feriunt, nouo alio furto coemptis; ad nefarium scelus paratum se denunciat. eò peruerterat immanitas; vt necesse iam non esset, eam mercedibus euocari. Modo in itinere

*Quo in loco ag-
greditur Carolum
construit ne-
farius Mo-
nachus.*

Carolum aggredi constituit, dum perlustrat diœcesim: modo ad sancti Barnabæ ædem, quò ille frequenter veniebat; ubi opportunitatem dabant horti, qui contra illam sæpibus tantum muniebantur. Semel post sæpem delitescens per ianuam ecclesiæ ad altare sacra facientem, longiori tormento petere instituit; sed forcs, quæ apertæ subito claudebantur; ministri item, qui per gradus altaris frequentes intuenti occurrebant, impedimento fuerunt. locum denique, tempusq; elegit, quo Carolus cum suis, aliisque vespere suis in ædibus sacras preces obibat. cum accessisset, ob Cribellum Cardinalem lateri coniunctum abstinuit. reuersus conatus est tandem. ea precatio tunc habebatur;

quia

quia facellum ædificatione impeditum erat; in ampio loco, qui hospitum commodo contra ianuam est ædium ipsarum. pars loci, quæ pros facello erat, ligneo sepimento ad tempus erat a reliquo distincta. Igitur feria quarta vii. Cal. Nouemb. anni. M. D.

L x. i x. dimidia circiter hora post noctis initium, genibus flexis orabat Carolus, quatuor, quinque cubitis longe ab ostio sepimenti. ad pietatem excitandam, frequentiamque exterorum inuitandam, aliquid musici cantus adhiberi solebat: tunc autem canebatur illud Euangeli, Tempus est, ut reuertar ad eū, qui me misit: cumque ad ea verba cantores venissent, Non turbetur cor vestrum, neque formidet; sacrilegus ab eodem ostio quod apertum erat, tormenti rotam laxat: ignea vis pilam, pilulasque plumbeas plures in Carolum coniicit. flamma, sonitus ingens improbus omnes perterrefacit. Carolus verberatum se in dorsi spina sentiens, locum manu premit: dolorem, quamuis minime sentiat, se tamen grauiter fauciatum putat; existimans recenti adhuc vulnere cruciamentum non effici: in facto adeo terribili nihil corpore motus, parum etiam animo videtur; sed suis, præsentibusque aliis, qui consurrexerant omnes, & accurserant, significauit, ut sacrum opus perficerent, neque abscederet quisquam. paruerunt omnes, finemque orandi quiete fecerunt; ut commode percussor exire, per scalas descendere, atque abire potuerit. Pila ne vestimenta quidem traiecit; sed in linea tantummodo exteriori veste (rochetum appellant) impresso vestigio, & labe quadam effecta, post Carolum super panno humistrato cecidit. Pilulae ab ore tormenti dilatae varia loca pertierunt. alia, eadem veste, tunicaque sequenti, inani ictu transiecta, & exusta, itidem in pannum decidit: alia parieti adhaesit; qui contra ostium, Carolo medio, erat. reliquarum plura signa, in eodem pariete apparebant. Precatione habita discedit in cubiculum Carolus: ubi exutis vestimentis, nullum in corpore vulnus apparuit; nulla prorsus offendit; tantum notula quedam, non sine tumore, in loco verberato extabat. plumbea tela, veste etiam demum, religiosa cura pij viri conseruarunt.

Quæ post casum facta sunt, & de rebus Caroli melioribus.

CAP. XI.

*Ne ex eius fa-
milia de male-
ficio queratur,
prohibet, cum
Duce de multis
differat.*

*Duxis responso
ad Carolum.*

*Vi deprehen-
datur malefi-
cio curat Dux.*

GRANISSIMO casu, nefarioque facinore statim commota ciuitas, tota fere conuenit ad ædes Archiepiscopales. ibi omnes factum obstupescunt; sceleris horrent atrocitatem; miraculum prædicant. Dux ipse accurrit illico, Carolumque amantisime consolatus, omnia pollicitus est. quæ telorum signa extabant, ea pie, studioseque visit. tum vero celeriter de sacrilego deprehendendo consultauit. Atq; in ædibus Archiepiscopalibus a secunda, vsque ad sextam horam noctis moratus, cum ex eius familia de re, & maleficio querere vellet; adduci numquam Carolus potuit, vt consentiret: & quamuis vocari religiosos viros illi maxime probatos iussisset, vt id persuaderent; non impetravit tamen. Duci vero Carolus gratias cum egisset; addidit etiam; priuatim sibi ducere eam illatam iniuriam: propterea velle se, vt nullo humano studio adhibito, tota Dei iudicio permetteretur; qui ea in re præsertim suam declarasset tutelam. magiscupere, vt eiusmodi studium, diligentiaque ad Ecclesiæ ius tuendum conferretur; & ad ea vindicanda, quæ in eam quotidie fiebant; ea maxime, quæ ad ecclesiam Scalensem publice commissa fuerant: vbi non ipsi priuatim; sed personæ, auctoritatique Archiepiscopali insignis iniuria facta fuerat. tantam dissimulationem ea in re ab eo, & a Magistratibus adhibitam, facile potuisse improborum audaciam alere. Quibus scite Dux respondit; in publicis controversiis, quæ iure dirimenda essent, Consilij, Senatusque arbitrio facere se oportere: quod proprie ad Carolum, cuiusque vitam pertineret; cuius se defensorem profitetur; id non secus, atque vitam suam sibi curæ esse. eadem sententia ad Senatorium ordinem Carolus locutus est; qui postridie eius diei officij gratia ad eum conuenit. quod idem Consilium ciuitatis, collegiaque præcipua fecere. At Dux ea ipsa nocte editum promulgari iussit; in quo re, vt gesta erat, explicate relata, & diuini miraculi nomine appellata; qui aliquid nossent, quod ad scelus illud pertineret, eos iussit statim, aut tridui spatio ad summum indicare; capitali, bonorumque publicationis adiecta poena, si non facerent. impunitatem præterea indici, nisi ipse auctor flagitij esset, pollicitus; præmium quoque proposuit, absolutionem

lutionem duorum damnatorum exulum, & aureorum duo milia. triduo fere portas vrbis clausas haberii iussit. cauponesque omnes eorum nomina deferre, qui feria quarta in eorum diuersoriis ad primam noctis horam morati essent. litteris statim missis, edixit præfests, tum qui vrbes prouinciae custodiunt, tum qui arces tenent; vt omni diligentia, hominem nefarium conquirerent. alia fecit diligenter ad hominem aliquo modo erendum. custodiam eius armatam, cum recusasset Carolus, hora tamen supplicationis consueta mittebat ad palatum Archiepiscopale; ianuamque custodiri iubebat, donec occluderetur. Ipse frequentissime, atque amicissime Carolū adibat; ea quemadmodum dicebat, de caufa, vt omnes inteligerent, iuris quidem esse inter eos controuersiam, potestatumque dissimilitudinem; sed non disiunctionem animorum. Carolus autem, vna cum clero de more sacros ordines duxit, ad agendas de accepto beneficio gratias; quem frequentissimus pie admodum, atque amanter populus prosecutus est: vt vel eo signo satis indicaret, quam charam haberet vitam Pastoris sui. Paulo post Carinianum se contulit, ad Carthusiensium monasterium vrbi propinquum; vt quem ferre posset, ex diuina voluntate, vel deberet eiusmodi euentus fructum; clarus, atque utilius in loco solitario videret. Facto autem accurate descripto, & ad Pontificem misso: ipse litteras adiunxit huiusmodi.

*Quod mihi ante tres dies accidit, Ormanetus exponet Sancti-
tati tua. id auribus tuis molestum erit: sed Domini Dei nostri misericor-
diam etiam indicabit, qua usus est, in me haud usitata ratione prote-
gendo. neque id mea, qui nihil eiusmodi sum meritus; sed vel loci, offi-
cijque mei gratia; vel ut longius, quod mihi opus est, ad paenitentiam
temporis spatium daret: aut vero aliis de causis, qua nobis curiose in-
vestiganda non sunt. est igitur hac in re potius, unde lateris, quam
molestiam capias. Evidem Deo gratias ago; speroque non sine fructu
hoc fore honoris, & gloria diuina. Sanctos pedes tuos oscular, tibi-
que omnia bona precor. Ad ea respondit Pontifex sua manu:
Malis hoc semper in more fuisse iam inde ab ipsius Abeli tem-*

*Custodiā
Ducis arma-
tam recusa-
Carolus.*

*De accepto be-
neficio Enacū
clero gratias
Deo agit, idem
& populus fa-
ctis.*

*Caroli litteræ
ad Pontificem.*

*Responsio Pon-
tificis ad Caro-
lum.*

pore, insectari iustos : sed dum nocere illis conati sunt, profuisse potius sibi vero obfuisse. dolorē se maxime quorundam cœcitatem, qui contra se ipsos laborarent; seque èò paulatim demitterent, vnde non eset exitus. gratias Dco egisse; quòd tales virum sibi seruasset; & dæmonis conatum fregisset. non solū Dei fiducia, sed diligentia etiam vteretur in se custodiendo. vindicaturam id sceleris diuinam maiestatem, vt solet, in tempore. Deū oraret per se; & per alios, vt cœcis lumen daret. Verum allato

*Maxima in Gr.
be Rom pro
facinore, &
miraculo ad-
miratio, de quo
Pontifex ad
Cardinales
Verba facit.*

Quid Ponifex
cum catholico
Rege de nego-
tio hoc agat.

*Reges & Prin-
cipes ad Caro-
lum dant lit-
teras.*

Romam nuncio, magnus tota vrbe motus, magna fuit admiratio. Pontifex in Cardinalium conuentu ea de re verba fecit: casum deplorauit: ita scilicet euenire. cum ij qui potestates, & imperia regunt, odiū in Episcopos, aut alienam voluntatem ostendunt, improborum animos in eos, furoremque confirmari. horatus est denique, vt de tanto viro per miraculum seruato Deo gratias agerent. tum vero suo nomine Catholico Regi negotiū grauissime commendari iussit; vt ad prouinciæ Mediolanensis rectores, pro rei grauitate mādata daret. Nuncio item in longinquas vsque prouincias celeriter fama perlato; confluxere vndique Regum, Principum, priuatorumque litteræ; quæ ex sceleris atrocitate, & ex felici euentu, dolorem, gaudiumq; miscebant. alij teterrimam hominis mentem, qui commiserat, asperamque temporum conditionem deplorare: alij Caroli sanctitatem, reftissimamque mentem prædicare: alij diuinam benignitatem celebrare, in suis seruandis; miraculisq; etiam nostræ ætati concedendis. grauissimum multi argumentum efferre; quòd constanter omnino agendum sit Dei ministris, quidquid eorum officij est, tam perspicuo Dei patrocinio. ingeniose quidam profrebant, amantissime gratulantes, Deoque gratias agentes; quòd eodem tempore Deus, & martyrij laudem, viro sibi, & Ecclesiæ prorsus deuoto dedisset; & martyrem mirifice sibi seruasset. ne scire se dicebat M. Antonius Amulius Cardinalis; vtrum maiori miraculo corpus a vulnere, an animum a terrore liberum, Carolus ex horribili casu retulisset: vtrumque certe magnum sibi videri miraculum. Quibusdam etiam fuit in prouerbio; linéam Caroli vestem esse quauis lorica dñiorem. Eius cognati

*Cardinalis A.
mulij dictum.*

Prouerbium.

Prin-

Principes vii, proximi, & longinqui, custodiam, potentiamque suam pollicebantur. Religiosæ, piæque Congregationes sacra munera assidue obibant, gratiis Deo agendis, auxilioque diuino in posterum implorando : nam multi ex amicis post euentum magis, quam ante multo metuebant. At fuere etiam, qui dum cauti, atque intelligentes videri peruerse vellent, in maximam inciderent temeritatem; Caroli illud fuisse artificium, ut sibi opinionem quereret sanctitatis. Carolus cum de se custodiendo moneretur; facturum se dicebat, non armis tamen; atque ea tantum cautione, quæ pastorali muneri obeundo impedimento non esset. vereri enim, si secus fecisset, ne tum rebus Mediolani inceptis, tum iis, quæ in aliis ecclesiis forte agenda essent, magnum afferret detrimentum. si ipse Cardinalis, præcipua Pontificis tutela, timere videretur; quis in ecclesiastica caussa constantiam præstiturus esset? videri namque omnibus non priuata, sed publica de caussa se peti. Cum autem a Pontifice sibi suspectos prodere iuberetur; scire se respondebat, sibi esse correctionis caussa multos offensos; sed legitimam suspicionem habere nullam : ciuilium iudicum disquisitione multis molestiam exhiberi, quos a maleficio valde alienos existimaret. Lætabatur autem; id quod optimæ custodiæ instar habebat, & lucri loco non mediocris; piorum precibustunc se multo quam antea studiosius iuuari. tum precationem illam vespertinam ex eo casu maxima frequentia in ædibus suis celebrari gaudebat. Romæ fama erat, eò Carolum vocatum iri, vt periculis subtraheretur. id cum ex iis quidam audirent, qui eius negotia procurabant; suadere Carolo conabantur, vt coepitis ædificiis, quæ multa erant, iuberet supersederi. at ille tum posse fieri respondit, si sua caussa ea instituisset. Quod multi prædixerant, Caroli res, ob illum casum, meliore loco fore; id euenit. omnino est hoc diuinæ clementiæ; vt incommoda suorum, salutari quadam vicissitudine comodis compenset. sed ex se tamen etiam res aduersæ, tum misericordiam mouent, tum amorem; quod si exitum habeant felicem, atque mirabilem; si cum opinione sanctitatis etiam coniungantur; accedit etiam non mediocris veneratio. Carolo post

Pontifex Caro-
lo vir sibi suscep-
tus prodat in-
bet. Et quid
Cavilias.

Post facinus,
res Carols me-
liores.

diuturnam , grauemq; fane afflictionem ; post grauissimam Scalensem iniuriam, atque periculum; post atrocissimum tormenti casum , mirabiliter seruato ; minime mirum , si magna fieri visa

*In multis animorum mutatio.
Quid Rex fecerit, iusserit, &
Dux.*

est in multis animorum mutatio ; magnaque voluntatum erga illum inclinatio .rum insignis etiam apud omnes sanctæ cuiusdā existimationis eius accessio . Mandata primum a Rege Duci sunt allata : ecclesiæ restitueret , quæ edicti illius caussa ablata erant.

tumultum Scalensem sibi maxime improbari : temerarios illos , qui sese cum gladiis Carolo opposuerant , diligenter perquireret , supplicioq; afficeret. præsertim vero de nefario homine inuestigaret , qui facinus execrabile , sic enim appellabat , committere ausus fuerat . tantum abesse , vt Caroli iurisdictioni vellet eximi Scalense collegium ; vt potius ad illud visendum , resque illius componendas hortaretur , rogaretque in omnibus Caroli difficultatibus paratum se ad eius defensionem præberet. placuisse sibi admodum , quidquid officij , erga illum in eo casu præstiterat . si quid etiam amplius addiderit , incertum est . Internunciū certe , ac vniuersi Dominicanī ordinis Antistes Vincentius Iustinianus ; quem Pontifex ob Mediolanensis , & alia negotia generis eiusdem ad Regem legauerat , plura scripserunt de optimo Regis in iis factis omnibus iudicio , optimaque in Carolum voluntate . Iis vero mandatis animum suum Dux amicissimum adiungens : grauia illa in primis ecclesiasticæ iurisdictionis impedimenta , quæ adhuc perseverabant ; sustulit : nam & Pontifex ita iusserat ; hominemque monuerat ; anathematis poenam saecris legibus in violatores Ecclesiasticæ libertatis sancitam edicti promulgatione eum incurrisse . qua in re pius Princeps ostendit pictatem ; adeoque communicatione rerum omnium ad præscriptum canonum abstinuit ; vt cum ad lustrandos equitum ordines prodire necesse esset ; statum sibi sonitus tormentorum plausum , ac salutationem interdixerit . Præterea , qui sacra communione olim exclusi erant , supplices eo se vinculo liberari petierunt . ij cum absolutionem Romæ Carolo iuuante , antea peccaverint ; postea vero destituerint , cauillati , quod Regia auctoritate ita mandatum esset ; Carolus p̄ij Regis iniuriam sentiens , in Hispaniam

*Dux multis
prefas.*

Hispaniam scripsit; vnde responsum tulit, contra mentem Regis id esse penitus. Itaque extructo ante fores Basilicæ maioris paulo editiori tabulato, pridie Natalis diei Domini, absolutio-
 nem Aduocato fiscalis, & Notario, stata iureiurandi obligatio-
 ne prius obstrictis, solenni ritu impertivit. tum de canonicis
 poenis, earumque vi, ac grauitate, sermonem habuit ad popu-
 lum. Iudex autem ille, Senator interim factus, cum a Carolo po-
 stulasset, vti Alexandriam proficiisci, ibique cognatorum nu-
 ptiis interesse liceret, neque impetrasset; nihilominus profe-
 stus, nocte post epulas consecuta, morbo correptus, paucis die-
 bus interierat. cuius cum euentu pij viri casum obseruarunt
 vnius ex tribus qui Romam Pontificis iussu vocati fuerant. is
 cum errore quodam, nescio qua ratione, fixe insito, omnium
 maxime Carolo repugnare videretur; in eum siue corporis, siue
 animi morbum per id tempus incidit, vt admodum accerbam
 vitam ageret: suspicatusque dæmone se aliquo vexari, adhibitis
 saepius per sacerdotem sacris exorcismis; non multò post eodem
 modo semper vexatus, abiit e vita. Alij demū in eadē cauſa fuc-
 rūt, quos calamitatibus suis, posterorum infelicitate varie mul-
 tatos, Deo, & Ecclesiæ poenas depeditisse multi crediderūt. Sca-
 lenses canonici, qui contempta Caroli sententia, diuina officia,
 celebriore ritu, cantuque, quamquam populo pie abstinentे,
 celebrauerant; diuque in contumacia permanserant; ad sanita-
 tēdemum rediere. At eorum Præpositus, quamuis non magna
 culpa, absolutionem statim postulauerat supplex; & ea pro fori-
 bus ecclesiæ S. Fidelis a Carolo accepta; Archiepiscopi se austro-
 ritati obnoxium esse, publice professus erat. Carolus Pontifi-
 cem deprecatus, vt clementer cum canonicis ageret; efficere
 non potuit, vt dignas ille omitti poenas consentiret. iudicium
 tamen omne Carolo ipsi permisit. ne multa; eos erratum suum
 publice confessos, supplicesque, ante fores ecclesiæ maioris,
 Carolus magna celebritate, solenni ritu, anathematis vinculo
 liberauit, die dominica, Nonas Februarij M. D. Lxx. qui dein-
 de in ecclesiam ad altare maius adducti, in ipsius futurorumque
 Archiepiscoporum se se potestate esse professi sunt; ac diuina
 sibi,

*Quid cum sca-
lensis Cano-
nicis sit actuus.*

1570.

sibi, ecclesiæq; suæ restitui summisse postularunt. Inter alia Carolus id imposuit, ut quotannis ad decem annos, in natali MARIÆ Virginis die; quæ maioris ecclesiæ præcipua est celebritas; dum Misæ solemnia celebrarentur, collegium vniuersum, ad eiusdem ecclesiæ altare maius, rite, atque ordine veniret; ubi ad pedes Archiepiscopi abiecti veniam peterent; eiusque potestatem in se publice faterentur. Ius, legitime agendi in eos, reservauit, qui sibi, armatis etiam viris accessitis, restiterant. demum apta concione habita, ad eorum ecclesiam ordine, celebrique apparatu processit: cœmeterium, qui facinoris fuerat locus, ritte expiavit; ecclesiam ingressus, inter canentium clericorum hymnos, statis cærimoniis populo benedixit. Ita eo quidem tempore cum canoniciis actum est. postea contra eos, qui restiterant iudicium diu est agitatum: pluresq; ex iis in carcere habiti: quorum caussam, cum Caroli itidem arbitrio, vel ipsis canonicienixe postulantibus, Pontifex integre permisisset; ea tamen conditione, ut beneficiis priuarentur; seuereque punirentur: impetravit nihilominus Carolus, ut omissa canonis seueritate, paterna potius animaduersione, quam legitima poena castigaret; homines præsertim, qui pie admodum veniam petebant, Barbeatus auctoritate Pontificia vincitus cum esset; ita ab omnibus defertus erat, ut nemo pro eo verbum facere auderet. sed eius casum miseratus Carolus, tum publice declarauit, licere eum defendere; tum etiam per Ormanetum Pontifici vehementer commendauit; orauitque, ne eas poenas miserum hominem dependeret vellet, quibus alioqui eius erat digna temeritas. exilio cum esset mulctatus; ei nos postea ab amicis rogati ab Carolice mentia redditum impetrauimus.

Scalensem ecclasiæ solenniter ingrediatur Carolus.

Pro Canoniciis & Barbeusto apud Pontificem intercedit

Puniuntur qui scelus in Carolum commiserant.

CAP. XII.
Bartholomæus ex Prepositis ordinis humiliatus de manu-

P A V C I S diebus post nefarium facinus ab apostata commissum, venit ad Carolum Bartholomæus ex Præpositis ordinis Humiliati. genibus nixus incerto vultu, quædam se habere ait cum eo secreto communicanda. surgere, dicereque iussus, quæ haberet; plura loquitur de alio quodam negotio: tum addit gravius restare: scelus illud, ut ipse putabat, commissum fuisse a suis opacis

ordinis fugitiuo, qui etiam Braidense argentum furatus erat, no-
mine Hieronymo: eum enim, se præsente, sæpius ea de re cum
Præposito Vercellensi egisse; petiisseque etiam ad id pecuniam;
quam Vercellensis tamen negauerat; immo reprehenderat eius
consilium; hominemque ut ad ordinem suum rediret, hortatus
erat. Id cum audisset Carolus, minime sibi fieri verisimile re-
spondit: quoniam Hieronymum illum proprie nulla in re um-
quam offendisset. post multa; ita Bartholomæus discessit, vt se
certo rem scire negaret; sed ita coniicere ex iis, quæ audierat,
Vercellensis, & Hieronymi colloquiis. addidit sperare se, Hie-
ronymum ipsum post mensem affuturum; & ad ordinem reuer-
surum: tum facile eum comprehendendi, & de re tota inquire posse:
se autem de illius aduentu Carolo nunciaturum. Quæ a Barthe-
lomæo acceperat, eorum quidquam se nosse Carolus nemini
prorsus significauit: aliis alia suspicantibus, nihil aliud dicebat;
quam vt ne temere de quoquam iudicarent. Cum rerum sua-
rum cauſſa Carolum Bartholomæus adiisset, indicium repetiit:
religionis se cauſſa testatus est indicasse, vt peccati vinculo se li-
beraret; & quasi grauissimum onus, quod sustinere sibi videba-
tur, deponeret. Interea de Antistite aliquo Mediolanum mit- *De Maleficio*
tendo Romæ agebatur, qui de maleficio diligenter quæreret. *inquirendo de-*
cuius negotij, ne quisquam suorum vlo modo particeps esset, *que mittendo*
Carolus etiam, atque etiam curauit: immo publico scripto te- *Mediolanum*
status est, nolle se in quemquam omnino ea de re agi. At Ponti- *Antistite ali-*
fex Antonium Scarampum, Episcopum Laudensem anno dc- *quo, Roma agi-*
mum M. D. L x x. ineunte, ad id munus legauit. Pontificium *tur.*
editum Episcopo promulgandum dedit; quo anathemati om- *Episcopus Lau-*
nes subiiciebantur, quicumque non indicarent, quod de eo fa- *dens Medio-*
cto nosſent: indicantibusque impunitas promittebatur, etiam si *lanum a Pon-*
sceleri consensissent. cui constitutionem addidit generalem; vt *ifice missitur.*
& Carolo ipſi, & aliis Cardinalibus in posterum magis caueret;
qua veteris canonis poena in violatores Cardinalium a Bonifa-
cio sancita, etiam consciens sceleris, nisi indicarent, teneri sta-
tuit. Cum venisset Episcopus, editumque proposuisset; Caro- *Quid episcopus*
lus ea de re tota valde sollicitus erat. iussum Pontificis vrgebat, *ficerit ē de*
Caroli folsca-
dine.

L

& gra-

& grauissima pœna premebant illa; quod secretò sibi cōmissum indicium fuisset; quod de sua vindicanda iniuria ageretur. miserebatur eorum, qui scelus nouerant. videbat enim facile fore, vt inconstantes homines, vel metu aufugerent, & anathemate profligati misere iacerent: vel si manerent; capitalis iudicij molestiis, asperitatibusque diu affligerentur. eam igitur ineundam sibi esse statuit rationem; qua, & solicitudine sese, & vtriusque salutis periculo illos liberare posset. Bartholomæum vocat; tum vere grauissimum onus ei impendere monet: nisi rem Episcopo denunciet, anathematis vinculo, aliisque pœnis propositis eum obligandum: si denunciet; eam sibi videri rationem eorum quæ de se, & de Vercellensi Præposito narraret, easque in ea narratione suspiciones elucere; vt plurimum eis negotij, molestiæque præuideret exhibendum, ac quamuis religione postposita, quod non putabat, anathema contempserent; facile tamen eius rei aliquid alia via patefactum iri; propterea quod Episcopus diligentissime inquirere iussus erat; & percrebuerat iam rumor ab ordine Humiliato malum profectum esse: ex quo multo difficilior eorum causa reddenda erat. Vnam se videre rationem; qua molestiis, periculisque ij expediri possent: vt quæ vere nossent, etiam si ipsi essent criminis participes, ea sibi libere patefacerent. ipsis vt incertis hominibus, qui dolore commissi flagitij commoti, ad eum confugissent, veniam a Pontifice impetraturum. interim secum religiose rem totam habiturum. sperare id se maxime. Pontificis clementia fretum, amoreque erga se satis perspecto, At Bartholomæus enixe affirmare; neque se, neque alium quemquam ordinis sui sceleris esse affinem; ea tantummodo nosse de Hieronymo, quæ dixerat. Vercellensis quoq; ipse Bartholomæi hortatu Carolum adit; & mira religionis simulatione, secretò eadem quæ Bartholomæus, narrat. alia scire se obfirmate negat. immo velle Episcopū adire, remq; indicare ambo affirmant; & vt Carolus idem facere posset, si vellet; eum nexu rei secretæ habendæ, si quis esset, sponte liberant. Carolus etiam, atque etiam amantissime monet; videant, quid agant; dum tempus esset, rete consulant: Deum pie testatur,

*Quod Bartholomeo cōsulim
dat Carolus.*

*Vercellensis
Prepositus ex
ordine Humiliatorum Caro-
lum adit.*

testatur, cupere se factum minime in iudicium vocari; eosq; alia via omni periculo liberari. Illi in sententia manent: roganque, vt si fontibus opitulari vellet, multo magis tueretur insontes. commendaturum se eos Episcopo, Carolus pollicetur; rogarumq; etiam, ne eos teneret: posse tamen veniam sponte pe-tentibus, secreta clementiæ via, opem ferre, quam non posset laqueis iudiciorum irretitis. ne multa; editis promulgatis, Episcopus auctoritate Pontificia Carolo iuramentum defert: quæ-
Episcopus Pon-
tificis aucto-
ritate Carolo de-
fert iuramen-
tum.
 rit ex eo, quid de facto nouerit, suspiceturue. primo factum ip-sum Carolus narrat. addit deinde se de auctore nosse, quod duo Præpositi Humiliati ei indicauerant. rem eos exposituros, qui iā sponte venerant. si eadem ex se postea vellet audire, dictu-
Caroli prore-
ratio.
 rum. testari tamen, nolle se in quemquam ob sua dicta villo mo-do agi. orasse antea Pontificem, nunc itidem per ministrum eius orare; vt factum Deo remittat, eiusq; auctores, affinesue dimit-tat. neque Præpositis ipsis obesse velle; quin impunitatē, & om-nia cōsequerentur; quæ litteræ Pontificiæ iis, qui primò indicas-sent, etiam si participes culpæ essent, promittebant: quin se eo-rum nomine, eorumque commodo, quacumq; ratione posset, ea indicare. rogare item, ne si fieri posset, eos in custodiā da-ret. His in acta relatis: introduc̄ti Bartholomæus, & Vercellen-sis, quæ Carolo iam dixerant, repetunt. in dicendo ita offendūt; ita suspicionem mouent, Vercellensis præsertim; vt est diffici-lis mendacij, & verisimilitudinis coniunctio; vt eos in vinculis retinere Iudices legitimate cogantur. Carolus pro eis non semel ad Ormanetum scripsit; vt Pontificis animum studeret ad leni-tatem reuocare: tum quicquid eueniret, supplex eius nomine misericordia hominibus, quantum posset a S.^{mō} Patre misericordiam exposeret. quòd ij sceleratum cōsilium non ante factum indi-cassent; eos non putare se Pontificis sententia puniendos: nā vel consentientibus impunitatē esse propositam, nedum scientibus tantum. licet etiam fontes deprehenderentur; in eo tamen mutatam voluntatem, & errati odium aliquo modo eos ostendisse, quòd ei rem aliqua ex parte patefecerant; is maxime, qui primò adierat, alteriq; suaferat. Hæc cum vehementer oraret, quemad-modum

*S. Bartolomaei Con-
fessio prouenientur,
& in vincula
conciuuntur.* modum ex eius litteris, quæ adhuc extant, perspicuum est; nihil tamen potuit impetrare. Habita deinde diligentius quæstione, Vercellensis demum fatetur, sacrilegio se, tum argenti Braiden sis surripiendi, tum interficiendi Caroli cōsensisse. proditur Carauagiensis, & Veronensis. vterque in vincula coniicitur. Farina iam apertius indicatus; a Duce Sabaudiæ, in cuius oppido Clauasio morabatur, stationarius miles factus, Pontifice postulante, facile deditus est. omnes Mediolanum adducti cum custodia, rem omnem confessi, condemnati sunt. duo tormenta, quæ secum sacrilegus habuerat, statimque post factum Mediolani occultauerat, reperta sunt; alterum vacuum, plenum alterum. tandem V. Cal. Augusti, de gradu sacræ sacerdotalis dignitatis, solēni ritu deiecti, & religioso habitu spoliati de more seculari potestati relicti sunt. cumq; religiose casum ferre satis videretur, ducti sunt ad supplicium. Vercellensis, & Carauagiensis, qui nobili genere orti erant, capite ceruicibus abscisso, sunt interfecti. Veronensis, & Farina carro per urbē miserabili spectaculo vecti, ad Archiepiscopales edes cum peruenissent; carnifex Farinę dexteram manum amputavit: qui quidē præcipue scelus suum doluisse, veniamq; a Deo ex animo petiisse visus est: nam & populum allocutus e furca, supplex obsecrauit, vt sui misereretur; ignosceretque, quòd eum esset e medio tollere conatus, qui communis saluti tantopere prodesset. loco demum cōstituto ambo laqueo

*De gradu sa-
cerdotali deie-
cti seculari po-
sestat stradum-
tur.*

*Quo mortis ge-
nere sint affe-
cti.*

*Bartholomaeus
ad quinquen-
nium ad trire-
nes damnatus.
& Carolus ope-
ra liberatus.*

suspensi strangulati sunt. Bartholomæus ob culpam nefarij consilij non indicati, quod plane nouerat; immo etiam ob id, quòd Farinam post factum occultari curauerat; consiliumque dedecrat, vt tormentum cōbureret; in opus remigandi ad quinquennium damnatus est: clemētius aliquanto habitus ob quale quale indicium datum. pro quo sèpius Carolus per se, & per alios Pontificem rogauit; vt illius saltem, qui rei nefariæ adiutor minimè fuisset, liberationem posset ab eius clementia obtinere. commemorabat hominem sponte, prioremque indicasse; de vita optime in posterum instituenda polliceri. negauit vero semper Pontifex, illud proferens, si potest Æthiops mutare pellem suam, sed cum iam ad triremes ille missus esset; saltem consecutus est Caro-

est Carolus, vt cum inde reuocatum in monasterium ad certum tempus includeret.

D V M infelices H̄li, miserabilis ciuitatis vniuersæ spectaculo, Carolus in Heluetios p̄ficiſcitur. Pontifex Hu- illarum Helueticæ ditionis ecclesias; quamquam Visitatorem miliatorum ordinem ex- ibi perpetuo habebat, reuisit; laborum suorum fructum; vt eo- tinguir. C A P. XIII. rum vsum quæ antea constituerat, recognouit; omnia meliora reddere studuit. quin etiam studio gentis iuuandæ; simul cauſa viſendæ ſororis, quæ Altempſio Comiti nupta erat; ad vteriora Heluetiorum loca, & ad diœcēſim Constantiensem, Curien- ſemque penetrauit. religioſa loca; præſertim, vbi ſacræ man- rent reliquæ, coluit: per hæreticos populos nulla iniuria, quin potius honore, reuerentiaque affectus, iter fecit. quorum loco- rum ſtatu cognito, tum Pontifici, tum ecclesiārum Præſulibus ad populorum ſalutem multa ſuppeditauit: & de religioſis co- legiis iis locis, Locarni præſertim fundandis studioſe egit. ad eam rem duas Humiliatorum in ea regione Præpoſituras a Pon- tifice obtinuit; Heluetiorū quoque Principum voluntate, quod difficile videbatur, adiūcta. immo ad rem perficiendam, ex suis quoque facultatibus pollicitus eſt: quamquam ea res impedi- mentis quibusdam exitu caruit. Pluribus ctiam officiis cum ei- giffet de Antifite, ad catholicos pagos Visitatoris Apostolici nomine mittendo; Heluetiorum ipsorum culpa factum eſt, vt nemo tunc quidem mitteretur, ſed dum hæc Pontificia officia variis impedimentis excludebantur; non patiebatur deesse ſua: & vt poterat, multis modis hominum mores a iure ſacrorum canonum ſatis alienos emendare: in officioque erga Romanam Eccleſiam gentem continere; & omnino ad ſalutem iuuare, au- debat. vnde non paruum ei negotium exhibebatur; magistrati- bus illis frequenter aliquid contra ſacras conſtitutiones turbati- bus. ille autem modo amice hortari; modo ſeuere monere; minari interdum: nunc ad eorum conuentus mittere: nunc co- rum legationes accipere: omniratione, quæ Deo grata iſque ſalutaria eſſent, ea curare, omnino mirum eſtat, quantum genuſ

L 3 illud

illud hominum Carolo tribueret. verum ipse quoque omni ratione eorum sibi benevolentiam conciliabat; amicitiamque, & pietatem multorum in iis partibus omni officio alere studebat. benevolentia vero in primis, & animarum charitate; quæ pro pemodum vna hominum allicit voluntates, auctoritatem suam inter eos conseruabat. Pontifex, quod antea quandoque significauerat; vt Humiliatorū ordinem deleret; tum apud se omnino constituere visus est: cum ab eo scelus in Carolum extitisse cognouit: atque iam ex eo tempore rumores de tali Pontificis consilio esse coeperunt. Carolum ea de re egisse non video; qui disciplinæ aliquo modo instaurandæ penitus spem abieciisse non videbatur. ciuitati certe fauit, quæ pro Humiliatis suis Pontificem oraret: & Aloysium Præpositum generalem iuuit, vt Romam profectus, interitum a familia sua deprecaretur. Sed nihil obtinuit ciuitas. Aloysius vero ad Pontificis pedes cum lachrymis abiectus, cum toti familiæ supplex veniam petiisset; quamquam Pontificia humanitate bene acceptus, nihil tamen profecit. Fixum igitur cum esset animo Pontificis nulla ordinem ratione ad sanitatem posse reduci, & omnino extinctione opus esse: ei rei qui contradiceret, fere non reperiebatur: erant vero qui virgerent, & sibi aliquid in beneficiorum distributione dari curarent. Carolus existimans fore, quod euénit: eiusmodique facultates in rebus rectissime collocari posse iudicans, quæ locis iis commodæ, salutariterque viles essent, quibus in locis eæ constitutæ erant: Specianum suum iterum Romam misit, vt ecclesiæ Mediolanensi aliquid acquirere studeret, ex quo seminaria, piaue collegia constitui, vel augeri possent. qui quidem tres ecclesiæ, ædesque coniunctas sine fructibus obtinuit. Ecclesiæ ostio in vrbe Mediolani, Præposituræ titulo Humiliati tenuere: ex iis, iam Pij Quarti tempore, eiusdemque auctoritate, quæ sancti Ioannis Baptistæ nomine erat, Carolus ab eo detraxerat ordine; seminarioque clericorum suorum addixerat, quod in iis ædibus haberetur. Præposituram beatissimæ Virginis ad sanctum Calimerum a Pio Quinto prius impetraverat: cuius fructus Basilicæ maioris collegio; ecclesiam vero, ædesque Clericis regula-

*De Humiliato-
rum ordine de-
lendo confunis
Pontifex.*

*Vrbis Mediola-
nensis pro Hu-
miliatu Ponti-
ficem preca-
tor, cui facies
Carolus.*

*Non scellitur
Pontifex.*

*Vi ex faculta-
tibus extincti
ordinis Semi-
naria, piaue
collegia consti-
tuantur agit
Carolus.*

*Quibus, ali-
quot extinti
ordinis Prepo-
situra, opera
bu...ia*

regularibus a Paulo IV. institutis, tribuit; cum eorum collegium Mediolanum deduxit: quando etiam Præposituram ^{Caroli tradidit} sanctorum. Eti Iacobi Cremonensem Clericis sancti Pauli tradi curauit. Quæ S. M A R I A ad Othatios dicitur, eam seminario in perpetuum coniunxit. Ex ecclesiis quinque reliquis cum earum ædibus; Braidensem S. M A R I A, ad collegium Societatis I E S V instituendum, cum parte fructuum obtinuit; Ioan. Paulo Ecclesia Cardinali concedente; cui Præposituram Pontifex dederat: quæ S. Mariæ est, & canonica dicitur; instituendis clericis ad scientiarum cursum minime aptis addixit: quæ S. Ioan. Evangelistæ nomine appellatur, nobilibus adolescentibus educandis: quæ S. Spiritus, collegio Heluetiorum: quæ sanctis Trinitatis extra vrbis mœnia, seminario. Ordinis extinctionem, & ^{Quos suppressi} beneficiorum distributionem, litteris suis Pontifex promulgauit, anno eodem M. D. L x x. Præposituræ tunc dispertitæ ^{ordinis Præpositura sunt dispersa.} fuerunt circiter quinquaginta; plerique in Gallia Cisalpina; quarum fructus millia aureorum amplius viginti quinque annua efficiebant. præter quas aliæ datæ iam erant, vel commendationis nomine assignatae, ad aureorum triginta millia annua. omnes fuerunt quattuor, & nonaginta: multæ iam monachis erant vacuae: iij enim fuere non amplius centum septuaginta quattuor. quos ex ipsis distributis facultatibus, viatu monastico sustentari Pontifex iussit; & in religiosa disciplina Episcoporum cura contineri. Huc tandem recidit optimus olim monachorum ordo: taleque edidit Pius exemplum negligenter disciplinæ vindicandæ: vt ceteri sibi discant cauere diligentius.

I N T E R cetera, quæ Carolus per eos annos ad gregis sui saltu ^{vitiolas populi} lutem assidue cogitabat, agebatque; studium fuit eius moris, si voluntates tollendi, quo mortales post Natalis Domini celebritatem, atq; ^{rollere conturbatur. Pio mortuo, Romam} vtinam non ipsa quoque celebritate; maxime vero, quò propius ad sanctam Quadragesimam accedunt; publicis spectaculis, ^{contendit.} ludis, choreis, commessionibus, se profuse, ac dissolute de- ^{C A P . X I V .} dunt; & quasi Bacchanalia quædam, magna christiani nominiis iniuria ^{Ex Bacchana- libus magna}

christiano no-
mini iniuria
irrogatur.

1571.

Grauissimum
bellum a Tur-
cis christiani
imminet.

Que fuerint
Caroli studia,
quae populi
Mediolanensis,
Pastoris sus-
dustria.

iniuria celebrant. quod eò indignius haberi debet, quò magis tribus iis, quæ Quadragesimam antecedunt hebdomadis, pij o- mnes ad pietatis officia multo attentius colenda, sacris Ecclesiæ mysteriis in primis inuitantur. quæ quidem non parua habenda est nostrorum temporum miseria. Atque anno M. D. L x x i. eo nomine Carolus id sedulo curauit; quòd grauissimo bello a Turcis imminente, Pontifex omnibus, qui christiani nominis essent, publicas indixerat preces; vt foedere inter Principes, id quod ipse vehementer curabat, sancito; eorum communi, potentissimoque hosti, diuina in primis ope adiuti, resisterent. qua de causa Romæ etiam personatorum hominum vagationes, choreasque edito prohibuerat. ea occasione Carolus arrepta, communia pericula vt grauissima erant, publicis ad populum litteris exponere conatus est: necessitatemque summi numinis placandi ostendere; cum peccatis, vanisque voluptatibus studiose vitandis; tum studiis, & actionibus, quæ ad pietatem pertinherent, religiose suscipiendis. Bene autem tunc quidem successisset, plurimumque ei detraactum est malo. festis maxime diebus conuenit populus frequens ad diuina; quæ Carolus de industria ritu iucundiore, longioreque in præcipuis ecclesiis celebrari iussit. supplicationes per vias, vniuersi cleri ordinibus procedentibus, populoque ad certas ecclesias subsequente, habitæ sunt. flagellationes publicæ adhibitæ: precatio ciuitatis vniuersæ sine intermissione consueto ritu continuata. Qui dies autem summum quendam afferre solebat corruptelæ cumulum (is erat Dominicus, & illius violati temporis postremus) eo ipso die, vt expiatis animis sanctissimum Eucharistiae cibum, ipso ministrante, acciperet, Carolus populum inuitauit. In quo insigne fuit pietatis Mediolanensis argumentum: tam magna enim multitudo, contra penitus, ac ante a solita erat, rebus diuinis operam dedit; vt sex horis Carolus; duobus licet canonicis adiunctis, qui eodem tempore Eucharistiam separatim præberent; vix potuerit omnibus satisfacere. eam populi iuuandi rationem ad eius salutem aptissimam existimabat; cum non uno illo; quo sanctissimo se cibo reficit, die; sed pluribus ante, peccatis co-

ts cogitandis, & confitendis, animoque recte præparando, ma-
lis eum, inanibusque rebus abstinere necesse sit. Postero anno,
atque aliis deinceps, nouis semper rationibus omnes vias perse-
cutus est, vt diaboli fraudibus, atque insidiis suum tali tempore
gregem eriperet. Dum autem in Ecclesia componenda, & or-
nanda, tum eius iure conseruando, Carolus assidua cogitatione,
laboreque incredibiliter exercetur; quotidieque magis in aspe-
ræ vitæ institutis progredivit: tentari morbis, valetudine a- *In morbos sa-*
lioqui non optima, cœpit: ex quibus cum conualescere videre- pißime incedit.
tur; de integro incidebat. qua de re amici interdum eum mo- *Qua illi ab a-*
nuerunt: curaret tandem aliquando valetudinem; seque respi- *miciis danur*
ceret, & suos. in eius salute publicum bonum periclitari. Si quid *Confira, quid-*
ei accideret; ruitura præclara omnia, quæ incœperat. eius rei *neſpondear.*
reddendam Domino esse rationem. quibus ille respondebat:
Gratias agere, quod de valetudine corporis solliciti essent; roga-
re, vt non minus de salute animi esse vellent. rerum spiritualium
fundamenta in Deo ponenda. quæ in mortalium vita ponerentur, breui omnino concidere oportere: euenturumque, quod I-
saías de iis pronunciabat, qui arundinibus Ægypti nitebantur.
Porro mense Iunio grauiter admodum ægrotauit; vt etiam vitæ
periculum adiret non leue. Cum tandem melius se haberet, re-
cognitionemque rursus ecclesiarum absens operam daret. Dux
provinciæ gubernator; non dicam molestiis, aut contentionum
publicarum angoribus confessus; sed multis certe curis, solici-
tudinibusque diu, grauiterque affectus; dum neque Deo, neque
homini bus displicere, & homo, & pius vehementer studet; pau-
cis diebus febri consumptus est, mense Augusto: vt Carolus de *Dux Provincia*
periculo certior factus in tempore adesse, cum valde conten- *gubernator*
disset, ob temporis breuitatem, subsidioque venire morienti, *moritur.*
non potuerit. In eius locum interim, dum alius mitteretur, sub-
stitutus est Aluarus arcis Mediolani prefectus. Cum per id tem-
pus totum Carolus assiduis medicorum curationibus, fere de-
tentus esset: pituita demum, tussi, incerta febricula, venit in pe- *In maximo vi-*
riculum; quemadmodum scriptis eius cauſa tunc summorum *ta discriminare*
medicorum disputationibus didici; ne paulatim morbo corre- *versatur Care-*
liss.

M ptus

1572.

ptus intabesceret, breuique consumeretur. ac ea conditione
 peruenit ad initium æstatis sequentis anni M. D. L x x. i i. tum
 de Pij Pontificis graui morbo nuncius affertur: assiduas illius rei
 gratia sacrarum precum exercitationes instituit; eundem Ca-
 lendis Majj ex hac vita decessisse, accipit. qui quidem summus,
 optimusque Pater christianam rem publicam moriens, non mi-
 nus afflictam reliquit; quam Octobri proximo victoria contra
 Turcas ad Naupactum diuinitus obtenta, recreauerat. Purga-
 tionibus implicitum pro anni tempore Carolum medici tene-
 bant: quos cum de itinere Romam faciendo consuluisse; me-
 tuentes illi, ne agitatione, ac labore, eo præsertim, vt semper so-
 lebat, tuncque maxime opus erat, properante; morbus ingraue-
 sceret; iter dissuadebant. Sed ille purgationibus omissis, medi-
 corumque consiliis tunc quidem posthabit is, Christiani orbis
 caussam, saluti suæ satius putauit anteferre; Ecclesiæque Dei tali
 tempore, pro virili parte, quæ magni momenti erat, subuenire.
 cum ita deliberatum ei esse viderent; præscribunt medici vitæ,
 itinerisque rationem: lectica vti iubent; sexcentis vasculis, cum
 variis pharmacis, bellariisque iumentū onerant. Ille iustis Pon-
 tifici solemnni ritu solutis; primariis ecclesiæ presbyteris conuo-
 catis; rebusq; ecclesiæ, quantum breuissimo spatio potuit, con-
 stitutis; postridie eius diei, quo nuncium acceperat, diuina ope
 inuocata; in viam se dedit. Ac lectica quidem vestus est; sed iti-
 nere, dic, nocteque continuato; mutatisque ad celeritatem sæpe
 mulis; adeo feliciter amplius passuum millia tercentum confe-
 cit; vt qui perdere infirmam valetudinem labor debuerat, eam
 non mediocriter confirmaret. actam cito Romam peruenit; vt
 duo Cardinales, qui eodem tempore, ex iisdem partibus disces-
 serant, cursuque iter fecerant, minime tamen ei præcurrere po-
 tuerint. sed simul cum eo sacrum conclave, eo ipso die, quo reli-
 qui omnes, intrauerunt. Placentiæ primò, quæ Mediolano qua-
 draginta millia passuum distat, Missæ sacrificium fecit; quod
 superioribus diebus domi numquam potuerat, aut raro: deinde
 quotidie, toto itinere, in tanto celeritatis studio, ac labore face-
 re perrexit. Iucunde autem accidit in via; vt ampullæ, vascula-
 que

Moritur Pon-
tificis.Ne Romanam
proficiatur
Caroli ob no-
num Pontifi-
cem creandum
suadent Medi-
ci, sed frustra.Romam con-
tendit quotidiæ
Missa sacrifici-
eiam facit.

que medicamentorum; cum iumentum iis onustum prope Bononiam in fluvio concidisset; omnia fere vel confringerentur, vel flumine deueherentur. quod ille cum accepisset; ridens; faustum, inquit, signum, non opus fore amplius. Quamquam autem Carolo melius ex eo itinere fuit; non conualuit integrè tamen. Quin diu, capite, pectoreque cum laborasset; Romani medici de eius salute consultantes, aquis Lucensibus mederi constituerent; Mediolanenses vero contra sentirēt: ipse aliam ex eo fere tempore iniit vitæ rationem. nam cum toto iam anno medicorum consilia, præscriptaque satis exquisite secutus esset; ciborum delectum, multasque eius generis cautiones adhibuisset: mutato consilio, ex sententia piorum, prudentumque viorum, iis medicarum obseruationum, quasi vinculis expeditus, liberiorem vitæ modum elegit; cibos, omnemque vietus rationem sibi rudiorem constituit. id eo libertius, quo sanctorum *Aliam sibi eis rationem consentivit.*

euénit; vt posthac bona semper valetudine vſus; neque pituita, tufſi, aut febri fere impeditus, in Pastoralia officia, laboresque tantum incubuerit, quantum posteritati vix credibile videbitur.





D E
VITA ET REBUS GESTIS,
CAROLI CARD.
S. PRAXEDIS ARCHI-
EPISCOPI MEDIOLANI,

Liber Tertius.

Gregorius
Pontifex crea-
tur. Carolus
amplissimis se
rebus abdicat.
CAP V. I.

Multa cum
Pontifice ad
ecclesiam opti-
me constitu-
dam agit Ca-
rolus.

BOstridie quam erat clausum con-
clavē, hoc est III. Id. Maij, creatus est Pontifex
Vgo Boncompagnus Cardinalis sancti Sixti Bo-
noniensis, & Gregorius eius nominis XIII. ap-
pellatus. cuius humanitati, pietatique Carolus
cum valde consideret, ei multa suppeditauit, quæ ad Ecclesiam
optime constituendam, Romanosque mores componendos
facere posset; librosque Pontificio muneri aptissimos obtulit.
Audire illum Gregorius libenter visus est: nam & præcipue vir-
tutis virum; & vero etiam, si quid ad rem pertinet, dignitatis suæ
fautorem amicissimum agnoscebat. Quo vero melius res ordi-
nari possent, cum Romæ manere iussit; & vna cum optimis Præ-
sulibus de iis, quæ agere oporteret, consultare. sed quamquam
ad Octobrem mensem Carolus Romæ moratus est; vix tamen;
vt sunt semper bonis consiliis plurima parata impedimenta;
quidquam perfici potuit. At vsui tamen fucre, quæ tum consul-
tata sunt; nam alia alio tempore Pontifex postea exequenda su-
sccepit: Ad Pontificiam familiam ea, quæ Pij V. tempore vige-
rat, disciplina instituendam, Carolus non pauca contulit. Ber-
nardum

nardum Carniliam Dertonensem olim familiarem suum ; apud *Bernardum* Pontificem collocandum curauit ; hominem pietati maxime *Carniliā apud Pontificem col-* deditum. cuius religio ita se in dies ostenderat : vt Ormaneto *locandum cu-* Patauij Episcopo facto, in eius fere locum , munusque a Pio vo- *rat.* catus successisset. Hic igitur in Pontifícia domo, forisq; sacrę disciplinę seruiens, simul res Caroli omnes apud Pontificem, magna diligentia , studioque procurauit : Deo in primis ita prouidente, vt quod maxime opus erat apud ipsum Pontificem Carolo numquam deesset fidelissimus negotiorum illorum gestor; quæ grauissima ad singularem Ecclesiæ fructum perpetuò tra-*ctauit.* quam ad rem Specianum aptissimum postea , Gregorio- que gratissimum habuit. vt meritò quis de Caroli familiaribus obseruauerit : tales Pontifices , eos sibi ministros asciuisse , tali- que loco habuisse. nam præter alios, etiam Constantium Tasso- nium Mutinensem ad se vocauit Pius; quem Mediolani Carolus familie præpositum habebat, antiqua probitate, pietateque ho- minem. Romæ dum fuit, diuino rursus impulsu, visus est ad om- *Rome ad san-* nem sanctitatem acrius etiam , quam antea incitari. quod tum *titatem ar-* in publicis Ecclesiæ, Præsulumq; rebus, quibus ibi præfuit, con- *dentius infiam-* formandis ; tum in vitæ suæ rationibus seuerius componendis *matur.* declarauit. dolet non ea omnia certa, explicataque habere, quæ ibi tamen Carolum fecisse , non leuibus ducor argumentis. sed quæ satis comperta non habeo, ea satius arbitror præterire. illud vulgatum est; abiecta timiditate illa, quæ plurimos solet a chri- stiano fraternæ reprehensionis officio, deterrere; plerosq; Cardinales singillatim grauiter, libereque monuisse de eo , quod christiana res ab eis, tamquam Ecclesiæ Dei Principibus, postu- laret : quibusdam etiam proprias causas demonstrasse, quibus præter ceteros ipsi vitæ sanctitati studere deberent. quod officij genus, quamquam non omnibus gratissimum fuit; eius tamen, quæ vis est veritatis, extitit in multis fructus ad pietatem non mediocris. Mediolanum demum rediens, Lauretanam ædem venit pridie solemnis festi Omnitum Sanctorum : ubi tum loci, tum diei festi religione motus, ex veterum vigiliarum imitatio- ne, tota nocte in sacrostanta illa beatissimæ Virginis ædicula vi- *Mediolanum* rediens Lau- *retanam adem* *visit.*

gilauit ; sacrisque meditationibus , precationibusque mentem exercuit; Ludouico Moneta solo comite: quem sacerdotē in itinere familiæ præfectum semper habuit. tum vero domi, forisque rerum plurimarum fidelissimum administrū; & supra quam senectus ferre posse videretur, in laboribus, & incommodis, quæ Caroli comitatus erant, patientem. qui cum ecclesiæ iam dudū, Caroloque se totum tradidisset; nihil tamen ex ecclesiæ, Caroliue rebus umquam percipere voluit. Plurima Romæ Carolus ad ecclesiæ suæ commodum , fructumque obtinuit, quæ Pontificiis litteris continentur. in his fuit Romanarum stationum diuinum beneficium ; quæ toto anno per varias vrbis ecclesias distributæ , eximios animi fructus afferunt ad salutem. illud etiam fecit; vt iis se muneribus, honoribusque omnibus iam tandem liberaret; quibus totum se, vt cupiebat, ecclesiæ suæ regendæ, ac custodiendæ dare prohibebatur. Pium ante orauerat, vt Archipresbyteratum S. M A R I Æ maioris ; summam pœnitentiarum munieris præfecturam ; ordinum religiosorum patrocinia; præsertim Franciscani, quod multi negotij erat; renunciare, Pontificiæque auctoritati relinquere liceret. sed passus ille non erat: pergeret iis muneribus satisfacere per viros idoneos a se substitutos : faceret autem ipse quantum posset, aut per episcopalem curam liceret : quamquam minus etiam , quam antea posthaec faceret; ita sibi satius videri; quam ab eo munera eiusmodi relinquiri: si quid in eo esset offendit, præstare se velle: neminem se habere præsentem, quem Carolo præferret absenti. Nunc item Gregorium vehementer orauit, vt id sibi permitteret. quod ita tandem impetrare posse videbatur, si modo vellet eos nominare , quibus ea recte Pontifex munera posset committere. sed cum id quoque modeste recusaret; neque annuit tunc quidem Pontifex; & cum non abnuisset tamen penitus; Mediolanum reversus Carolus, statim iis se curationibus abdicauit, his ipsis litteris latine ad Gregorium scriptis.

Caroli litteræ
ad Pontificem
in quibus San-

B E A T I S S I M E P A T E R . Postquam Mediolanum, ad ecclesiæ
mibi commissa gubernationem redij, non indicavi amplius id esse diffe-
rendum

rendum de officio summi Pænitentiarij, ad quod me, mea cōscientia iam diu stimulabat, & vehementer urgebat. Cum enim pastoralis cura necessitas, me ab ecclesia Mediolanensi abesse non patiatur; ut præsens illi muneri, quod commemorauit; quodq; totum hominem, eumque præsentem postulat, satisfacere queam; illud omnino deponere statui. Ceterum, quia Saluator noster Christus IESVS Sanctitatem vestram totius Ecclesiæ sua administrationi præfecit; & curam tradidit, ecclesiasticas dignitates, & officia ad Dei honorem, gregisque sui salutem idoneis viris conferendis; atque ad hanc, aliaque præstantia perpetuam spiritus sui præsentiam, ac singulare auxilium promisit; nihil conscientia meæ tutius esse video, quam si illud integre in vestra Sanctitatis voluntate, & manu reponam. Quapropter nunc sponte, & libere officium hoc summi Pænitentiarij in vestra Sanctitatis, tamquam in Christi, cuius vicem interris gerit, manibus resigno; continuas interim ad Deum optimum maximum fundens preces, ut sibi hac in re, largius gratia sua lumen impariri dignetur; quo is illi muneri præficiatur, qui nulla alterius residenzia, aut occupationum necessitate impeditus; Dei, & animarum zelo flagrans, ac doctrina, & vita integritate præfulgens, digne ministerium sp̄cium impletat. Iisdem rationibus adductus, sponte etiam, & libere resigno in manibus vestrae Sanctitatis Archipresbyteratum ecclesia S. MARIAE maioris; & officium Prosectoris, ac Correctoris Religionis sancti Francisci, & Carmelitanae; nec non & Monasterij S. Martha in Urbe; ac omnium aliarū Congregationum regularium, quarum ego Prosector exist̄. Atq; ita humillime vestra Sanctitatis pedes deosculor, me, ac Mediolanensem hanc ecclesiam in visceribus IESV Christi, eius pietati, & paterna cura toto corde semper commendans. *Mediolani XIIII.*

Cal. Decemb. M. D. LXXII. Eodem tempore ad Philippum Regem Germaniæ inferioris; & ad Sebastianum Regem, eiusque patruum Cardinalē de Lusitanis clientela dimittenda scripsit: eiusmodi munera præsentiam in Urbe desiderare; vbi coram, & diligenter, quod ecclesiarum, rerumque sacrarum opus est, quæq; ad pietatē opportuna sunt prouinciis, curari possint: sibi id minime licere: & alioqui se totum ecclesiæ suæ debere. Eadem fere de caussa Vritanum Principatum triennio ante alienauerat; & enim ciuitati illi curæ tribuebat, id ecclesiæ suæ adimere sibi videbatur:

videbatur: præter id; quod ex pecunia contracta, plurima poterat ad Dei honorem, gregisque sui commodum efficere, quemadmodum re ipsa effecit. Duas item Abbatias ex multis illis reliquas per id tempus dimisit. altera ita se abdicauit; vt Othatianam Mediolani Præposituram, licet tenuiorum multo fructuum, seminario suo Pontificis auctoritate tribueret. Aronensem vero vel prorsus dimittere; veleius saltem fructus diuino cultui in ipso loco exercendo, perpetuo addicere sæpius curauerat. nunc de certo presbyterorum numero in ea ecclesia constituendo, qui diuinis rebus operam darent: nunc de ea religiosis viris penitus tradenda, cogitauit. cum aliud ipse ex omni parte non probaret; aliud Pontifex non concederet; sacerdotium ad id tempus sibi retinuerat. tantum, quia monachi illi pene defecerant; clericos eo loco multos habuerat; religioseque moribus, & litteris instituendos curauerat: ne, quamvis rem ipse retineret; in suos tam

*Abbatiam Aro men usus fructus insumeret. obtinuit a Gregorio tandem, vt
nemsem Ponti-
ficiis auctorita-
te Societas I.E.
et tradidit.* cam, quod iamdiu cupiebat, tradiceret Societati I.E.s v. Ita vestigibus, administrationibus, honoribusq; maximis relictis: uno extot, tantisque sacerdotiis Archiepiscopatu retento; & ex plurimis pensionibus, nonnullis tantum, quibus ecclesiæ minime grauarentur; ad aureorum nummum millia paulo plus viginti, additis patrimonij fructibus, eius annui reditus ex longe amplissimis redacti sunt. ipse vero se totum diuinis obsequiis; quæ omnibus humanis opibus potiora sunt; & charissimi gregis custodiæ, maiori quam umquam antea studio, contentioneq; traxit.

*De aliis eccl-
esiæ perturba-
tionibus, post
concilium Ep.
tertio celebra-
tum.* C. II. 1573. *Concilio Pro-
vinciali tertio
qui ad fuerint.* P R O V I N C I A concilium, quod primo quidem ob aduersam valetudinem, deinde Pontificis creandi caussa, distulerat in consequentem annum M. D. LXXIIII. tertio habuit Aprilimense: cui Paulus Episcopus Placentinus, Cardinalis ante creatus, vir religiosissimus ex ordine Theatinorum clericorum interfuit; & Bonhomius item ex Abbatie factus Episcopus Vercellensis. In eo non pauca decreuit ad diuini cultus, & disciplinæ ecclesiasticæ incrementum; præsertim de festis diebus repte collendis, & de catholica fide in prouincia integre tuenda. quid- quid.

quid aliorum conciliorum tempore solitus fuit, in eo concilio præstitit egregie. Concilij decreta, cum Romam de more recognoscenda mitteret, Ioan. Baptistam Castellum Vicarium suum primarium, alioqui profecturum, ad id munus delegit. Multa per eum Pontifici exposuit, non suæ solum, sed vniuersæ Ecclesiæ maxime utilia; præsertim de conciliis in unaquaque Metropoli, quod pluribus in prouinciis omittebatur, celebrandis. Verum alia de cauſa Castellij profectio Carolo nec opinanti opportuna fuit; ob ea quæ rursus, absente Carolo, diœcesisque ecclesiæ lustrante, Gubernator in ecclesiam, eiusque ius, & potestatem, fecit. Sed repetam paucis, quo modo se iuris controuersia superiori tempore habuerit. Post Carolicasus, omnium, ut ante dicebamus, commotis animis, nihil fere turbatum est; Magistratusque æquiorc animo omnia visi sunt administrare: eo maxime, quod magnum dissensionum odium, ac dolorem; & omnis contentionis aliqua ratione tollendæ desiderium, perspicue Rex ostenderat: ac Vincentio Iustinianoq; id in Hispaniis agente, qui ex ordinis sui Antistite, in summum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ordinem lectus erat; Duci mandauerat, ut controuersia dirimendæ aliquam omnino iniret rationem. Ita rerum meliorum spes diu confirmata, piis omnibus gaudium attulerat non mediocre: præsertim Ioanne Baptista Rainoldo Senatus Præside creato; cuius virtus, piaque consilia Carolo valde probata, ad publicam tranquillitatem semper valuerunt. Carolus etiam per Cardinalem Alexandrinum Legatum, agi Pontificio nomine de controuersiis tollendis in Hispania curauit. cumque alias prouinciæ Mediolancensi gubernandæ destinatus, Romæ esset; per Pij Pontificis admonitiones, hortationesque rebus iisdem consulere studuit: præter id, quod ipse conatus est, cuicum ipso gubernatore necessitudo non leuis a multis annis intercedebat. sed siue negotium ejusmodi non satis pro rei momento curare quidam voluerint; siue ob rei ipsius difficultatem, rebus componendis nihil effici vim quam potuit. Itaque Alvaro gubernante ob rerum venalium festis diebus proponenda rum licentiam a Carolo repressam; prohibitoque ludos publi-

N
cos,

cos, quos in ipsa maioris ecclesiæ platea is apparabat; motus aliquid extiterat. quo tempore homo indignatus singulos ciuitatis ordines tentasse dictus est, vt certos ludos, choreasque publice, vnoque tempore ducerent: nihil autem propter populi pietatem perficere potuit: obiitque breui diem suum. Deinde cum successor Ducis venisset, Carolusq; Romæ esset; alia multa turbata sunt. Huic successori propositum esse videbatur, in administratione prouinciæ rem suam animose agere, ac confidenter: nam Ducis religionem, & erga Carolum, Ecclesiamque obseruantiam, remissi, timidique animi vitio; quod ipse Dux postremo tempore nimis exhorruit; quidam attribuerant. solet autem, qui cuiquam in munere succedit, in eam laudem incumbere maxime, cui contrariam vituperationem ille opinione hominum subiit. qua ex re fit nonnumquam, vt non tam vitij fugendi studio, si modo vitium illud esset; quam superandi alterius, famaque colligendæ cupiditate longius prolabendo, quis in contrarium vitium cadat. Principio igitur, cū Caroli Vicarius publicas chores, de quo etiam in priori concilio Episcoporum constitutum erat, festis diebus prohiberet; quo tali tempore, sicuti sine dubio christianum est, mortales rebus diuinis operam darent: & ea de caussa contumaces quandoque nonnullos, quemadmodum his temporibus necesse est, ecclesiasticis quibusdam animaduersoribus coerceret: ei rei vehementer a magistris reclamatum est. Hos motus Carolus itidem sedare curauit absens. ac tametsi nihil perfectum est, quo publica quies vere stabiliretur; euenit tamen, vt grauius nihil accideret. Sed eo demum praesente, ac visitandis ecclesiis, vt dicebamus, occupato; duo iussit Gubernator, quibus ius ecclesiasticum non mediocriter laedi, atque adeo labefactari existimabatur. alterum quidem per iustitiæ, quem appellant Capitaneum, contra liberum litterarum Apostolicarum usum: prohibuerat enim litigantem litteris Apostolicis uti, eius non impetrata facultate. alterum vero contra eas omnes ecclesiæ rationes, de quibus antea cum Senatu disceptatum erat. ac primum quidem, cum iubente, paternoque amore admonente Pontifice, pie rescidisset; veniam, & absolutionem

solutionem vna cum iudice impetravit, hunc Carolus ante Sacelli sui ianuam solemni ritu sacro anathematis vinculo liberavit: Gubernatorem Ioan. Paulus Ecclesiae, Cardinalis ex Senatore factus, qui tum in Insubria morabatur. De altero vero et concertationes, iij motus, ea pericula fuere; ut leuia fere praesertim viderentur, quae superioribus annis acciderant. Factum ita se habuit. Regiis quibusdam litteris biennio ante datis, nonnulla Ecclesiae permittere Gubernator iussus erat, ex iis, quae tum fuerant a magistratibus in controvrsiam vocata: cui tamen concessioni ab Ecclesiae parte consenserat nemo. litterae ad id tempus erant suppressae. Aggreditur tunc demum Gubernator, quod antea se facturum quasi per iocum Carolo dixerat; & ne faceret, Carolus vehementer, amiceque rogauerat: sequre nisi abstineret, testatus erat omni ratione repugnaturum. eas litteras ad eam rem minime datas, Caroli Vicario, apparitorique testato denunciari iubet; prescribique delictoribus, eorumque armis, ac coercitionibus, quae ius, libertatemque Ecclesiae certis finibus circumscripte terminarent. Carolus Mediolanum accepto nuncio reuersus; primò quidem per religiosos viros, per Ioan. Paulum Ecclesiae Cardinalem tentauit, si posset huiusmodi malo remedium aliquod afferre. cum nihil fieri potuisse; subita ille quidem declaratione; quamquam in re manifesta, abstinuit: qua sacrorum canonum poenis, Gubernatorem, aliosque facti administratos teneri publice pronunciat. beneuole autem monuit prius; mirari se vehementer, & dolere, tantae virtutis, pietatisque Principem eò fuisse adductum, vt tam aperte ius Ecclesiae violaret. scire se mentem Regis longe esse diuersam. nihil ea denunciatione, iussisse Ecclesiae protestati detractum sese intelligere; qui, & quod ille permittere visus erat, & quod permittendo prohibuerat, suo iure, vt antea semper, nihilominus erat facturus: sed tamen non potuisse dissimulare, aut silentio præterire talem licentiam. Sententia, poenarumque declaratione, quam promulgare poterat, supersedisse: de eius salute sollicitum, beneuole prius agere, paternaque voluntate. monere igitur, atque adeo anathematis eadem poena

proposita iubere; vt tridui spatio, quæ contra Ecclesiam fecerat, ea penitus rescinderet; seque rescidisse publice profiteretur: nisi effecisset; tum sc̄, licet magno dolore; nomen eius tamquam anathemate notati, pro templis, locisque publicis propositurum. ob dignitatem vero magistratus, tum vt placide hominem acciperet; vnum misit ex Vicariis suis, vna cum sacerdote ob eam caussam nuncio facto; qui monitionis scriptum redderet. recusauit is accipere primò: sed Vicario admonente; Carolum moderatam eiusmodi rationem officij gratia elegisse: si per eum non liceret, quoniam id illi prætermittere nefas erat; scriptum esse in publicum proponendum: accepit ille quidem; sed adeo exarsit, vt statim scinderet, & proiiceret. post diem dictum, rursus virum grauem Carolus mittit: scripto se illum iterum vocaturum, antequam ad promulgationem veniret: pateretur; si tamen quæ monitus erat, facere nolle; habita dignitatis, vt prius ratione, sibi scriptum tradi; ne publicis locis affigeretur. Ille autem non multò post copiosas, aculeatasque responsiones, alias communis, alias latina lingua mittit, ad ea quæ Carolus monuerat, iusseratque: quibus persuadere conabatur, nihil se iniuste fecisse; neque Carolum quidquam ea de caussa posse contra se pronunciare. quæ quidem scripta in vulgus edi curauit. Carolus, vt paucis dicam, post nonnullas dilationes; relatis tum initio, tum deinceps Romam diligenter rebus omnibus, quæ ad negotium pertinerent; scriptis publice propositis, Gubernatorem, aliosque facti participes a sancta Ecclesia abscissos declarauit. qua ex re tota Gubernator grauissime se offensum, commotumque plane vehementer, priuatim, publiceque ostendit: neque quotidiana communicatione voluit abstinere. plurima locutus a spere, rursus scripturis contendens, homo alicuius litteraturæ habitus, alia scripta ad sui defensionem, Carolique accusacionem edidit, totaque prouincia per uulgari iussit: quibus tamen eo magis seipsum arguebat, quo vehementius contendebat excusare, Carolique factum criminari. Plerique suspenso, solicitoque animo diu fuerunt, ne quid acerbius, ob iram

Prin-

*Quid cum Gu-
bernatore agat
quidue et con-
tra ipse Guber-
nator facias.*

*Gubernatori,
Eg alios facti
participes ab
ecclesia abscis-
tos declaras.*

Principis, accideret. rumor, vt assolet, eo vsque quandoque processit, vt Romæ vulgaretur incensas fuisse ædes Archiepiscopales. Ciuitatis consilium Decuriones misit, qui duce Tatio Mandello Comite, & ciuitatis Vicario, Carolum supplices obsecrarent; ne ad eam grauissimam animaduersiōnem vñquam venire vellet, quemadmodum minatus esse videbatur, vt vniuersam ciuitatem sacris interdiceret. futuram illum sine dubio rerum omnium extinctionem, quas summis laboribus plurimas, atque egregias ad salutem ciuitatis effecerat. meminisset etiam, primò quidem se natura eius ciuitatis filium; deinde dignitate, & sacerdotio patrem. propterea ne aliorum culpa quidquam ab eorum nominum pietate alienum statuere in eam vellet, quam sibi obsequentem, deditamque semper cognouisset. Respondit in summa Carolus; pietatis se erga patriam, filiosque suos, tum precum ciuitatis rationem habiturum: seque ad illud extrellum, nisi canonicarum sanctionum ratione coactum, minime venturum. Eluxit eo tempore maxime Caroli animus, virtute, Deique fiducia in primis singulariter confirmatus. cum enim tota ciuitas, metu suspensa teneretur; domesticis frequenter quodam modo formidine sanguis refugeret; viri grauissimi amici maxima pericula, quamuis occulte, propter metum quotidie nunciarent: vñus ipse inuictus acri, & præsenti animo res suas agebat. neque dubitauerit, opinor, intelligens quisquam; quin ad omnia preferenda, & ad ipsam quoque vitam profundendam, si tanta fuisset temporum miseria, paratus esset. Ipsum video, cum Romam scriberet testatum esse plane diserte: & Pontificis iussu facile se de omni conatu, iureque suo decessurum; & illo contra sentiente, omnia pericula pro sacræ auctoritatis iure conseruando subiurum. At dolorem tam non omnino dissimulabat; vel ob id maxime, quia variis modis in Deum peccabatur. populique salutaria studia impediabantur. In ipsis periculis, cum eum domi mansurum omnes existimarent; exibat paucis comitibus; quemadmodum iam modestiæ gratia solebat semper; & ad cœlestium patronorum

*Ciuitatis confi-
lum Decurio-
nes ad Caro-
lum obsecra-
tum mittunt.*

*Animus Care-
li Virtute, Dei-
que fiducia
confirmatus.*

*Dolorem ob
peccata in Deum
commisso non
dissimulat.*

corpora precationes , sacrificiique caussa , vt fecisse sanctum Ambrosium in periculis suis legerat, se conferebat. quam liberi , ac fidentis animi religionem , cum aduersariorum contemptioni quidam tribuerent ; nam & ipsum Gubernatoris palatum, dum Ambrosianam ædem rectâ peteret, adire oportebat; sine caussa multo magis incédebantur. eò vero maior fuit Caroli patientia, atque animus ; quod adhuc, licet optima Pontificis voluntas non deesset, Romanis subsidiis res eius aduersæ non satis subleuari videbantur. quamuis enim omnes eius mentem , constantiamque commendarent ; pauci tamen erant , qui auctorum eius defensionem susciperent. Rursus autem Gubernator Carolum in inuidiam trahens affectati Mediolanensis imperij, ea de re multa iactare dicebatur. tum vero

*Aronensem
Borromeiorum
Arcem in Ca-
roli potestate
positam occu-
pare vult Gu-
bernator, con-
cedit Carolus.*

*Pia fodalito-
rum exercita-
tiones impedit
Gubernator.*

Comitem Ioannem Anguissolam Placentinum , Carolo inscente , misit , qui Aronensem Borromeiorum arcem , in Caroli potestate positam , Regis nomine occuparet : esse locum fidei hostibus oppositum : eorum quos Carolus ad eum tenendum delegisset, fidem sibi non probari ; vt de Carolo ipso nihil diceret. Carolus autem cum id accepisset, misit statim ad Iulium Bibulcum patritium Mediolanensem , arcis præfectum, vt Comitem reciperet, arcemque traderet ; quia id Regis caussa peteretur. tum misit etiam ad Gubernatorem ; qui non arcem illam solam, sed sua omnia , familiæque suæ semper Regi præstò fore nunciarent. Præterea, quoniam plurima erant in vrbe pia fodalitia , plebeiorum fere hominum ; qui cum reliquis diebus artificiis suis operam dedissent ; festis conueniebant ; precibusque , & aliis piis actionibus occupabantur : publico edicto Gubernatori iussit , grauissimis poenis propositis ; ne congregarentur , nisi is Regis nomine adesset , quem ipse ad id pro singulis fodalitiis delegisset. & cum publice sacro induit ordine per vrbum ire supplicationis gratia solerent ; ne faciem de more haberent contumam , prohibuit. videri voluit se fecisse , ne quid contra reipublicæ statum ij homines machinarentur ; qui pro ratione sacrarum exercitationum , proque pietate sua Carolo dediti erant. At genus id erat hominum a sedi-

seditione, armisque prorsus alienum: pietati vero inter alias ciuitatis partes maxime deditum. Fecit edictum, ut quicumque pietatis caussa congregari solebant; metu pœnæ; & quod viri Regis nomine delecti, vtpote nobiles, & aliis rebus occupati, moram, impedimentumque afferrent; omnes abstinerent; & magnum ciuitati bonum detraheretur, donec iussum illud postea tandem, vt dicemus, euanuit. Interea Gubernator omni officio Romæ contendebat; vt, vel doceret nullo se anathematis vinculo irretitum esse, vel absolutionis facultatem cautonis gratia, si opus esset, obtineret. principes viri fauebant vehementer: eum magnæ prouinciæ præfectum esse: ibi grauissimi belli cum hostibus ecclesiæ catholicæ suscepti necessitatem instare: spectatae alioqui virtutis Principi ad vitæ pericula pro fide catholica properanti, aliquid indulgendum: tanti, tamque pij Regis habendam esse rationem; qui iam mandata dederat, profectionemque vrgebat; cuius rei caussa Gubernator ipse Mediolanensem administrationem dimiserat; fortasseque iam tum erat in itinere. Ita demum in eam sententiam plures ierunt; vt omissa caussæ cognitione, absoluendi facultas ex priuilegio, cautius agendi nomine, concederetur. qua ex re publicæ rursus offendiones, indignaque multa acciderunt. cum enim litteras Apostolicas ea de re scriptas in itinere reddendas esse Romæ putaretur; ideoque potestas absoluendi cuilibet sacerdoti facta esset: Gubernator eas expectauit Mediolani. cumque a cœnobita quodam non peritissimo; Carolo contra præscriptum sacrorum canonum insidente: absolutionem in occulto esset consecutus; sacris palam interesse pluribus in ecclesiis conatus est. quod Pontifex ægre tulit; & eo nomine Carolo satisfieri iussit. Demum ille cum abiisset; re non admodum feliciter biennio gesta, extuberatione quadam; & corruptione totius corporis interiit. de morte illius frater vir princeps cum accepisset; Caroli precibus pie, studioseque commendauit, qui sese iam animæ illi suffragatum affirmans, facturum etiam in posterum promisit. Carolo in tam afflictis rebus id quoque solatij fuit; quod non Roma solum solasta.

*Quid Roma
tentauerit Guber-
nator, quid-
ue impetrarit.*

*Gubernatorū
enemus qualis.*

*Qua in tam
afflictis rebus
fuerint Carolo
solasta.*

solum Castellum Ecclesiasticæ dignitatis acerrimum defensorem, præter alios suos habebat: sed in Hispaniis quoque Ormanetum Patauinum Episcopum factum; qui quidem & vera de Caroliactionibus narrare; & optima suadere Regi pro pietate, gratiaque sua poterat. Internuncij munus apud Regem superiore anno ad modicum tempus mandatum, bonus sacerdos inuitus acceperat. nam si breui tempore in eo munere permanendum esset, ne quid ecclesia caperet detrimenti; tunc aula regia discedendum aiebat, cum & rerum statum, & hominum ingenia cognoscere cœpisset. si diu; ecclesiam Antistite suo destitutam multis, grauibusque incommodis esse afficiendam. Præterea ex eiusmodi absentiae exemplis Principes adduci, vt Episcopos ab ecclesiis abstrahere, & in consiliis suis sæpe habere studearent. Huiusmodi modelissime proferens, tam perfecte parebat tamen; quam studiose, frequenterque agebat, cum Carolo præser-tim, vt ad ecclesiam suam redire liceret. cui Carolus & si tanti viri præsidium apud Regem rebus suis commodissimum videbat; quoniam in eadem erat sententia, & publicum Ecclesiæ ex-emplum suis rationibus iudicabat anteferendum; adiutorem in ea res semper sese præbuit. Ormaneti cura, tum maxime pietate sua Rex in eo perseverauit, vt optimè de Carolo sentiret. quin cius præscripta, cohortationesque publicis litteris populo tum

Pro rebus Bel-gicis, & bello Turcico publicæ supplicatio-
nes instituerat. Carolus; hoc &
Rex per Hispanias facit.
 propositas, de sacris precibus pro Rego ipso, pro rebus Belgicis, belloque Turcico habendis, libenter legit; & supplicationem si-ne intermissione, eius quam Carolus publice per totam diœcesim instituerat, exemplo, per Hispanias haberii iussit. nimurum Carolus tum saluti, prosperitatique Regis maxime seruiebat; cum maxime quorundam sermonibus eius voluntas, fidesque erga Regem in suspicionem vocabatur. Quemadmodum au-tem in priore illa conlictione; ita in hac pīj viri quosdam cuen-tus obseruarunt, qui vel Ecclesiæ, Caroliq; caussam probarent, vel ecclesiasticæ animaduersiōnis auctoritatem confirmarent.

Nuncius à Gur-
bernatore Ro-
niam misit;
corum Pontifi-
ce viribus de-
Cum virum clarissimum Gubernator caussæ defendendæ gratia
Romam misisset; ille in Pontificis conspectum admissus, vix di-
cere cœperat, cum repente vocc, viribusque destitutus concidit,
& in-

& inde asportatus est. nullus vero morbus tunc ei fuit : offendio
stantummodo quædam in crure iter facienti acciderat ; quæ pro-
pemodum erat sanata. sed domum tunc relatus, ita febri labora-
uit, vt in magno vitæ periculo esset. ex quo, plurima salutis caus-
sa vel perfecit, vel pie admodum sibi proposuit ; tum de caussa,
propter quam legatus erat, tum de omni vitæ suæ ratione. cum-
que iam conualeceret, morte penitus inexpectata subito obiit.
De magno Cancellario qui vna cum Gubernatore damnatus
fuerat id euenit, quod ecclesiastici vim anathematis mirabiliter
declararet. is antequam absolutionem impetraret, cum vincu-
lum eiusmodi non satis pro grauitate æstimare videretur ; inter-
no quodam animi pulsu diurno, nocturnoque commoueri cœ-
pit, atque agitari : tum vero vehementi tristitia opprini : vt sibi
quandoque morti proximus videretur, cumque dies multos æ-
gre sustinuissest ; medicos frustra adhibuisset ; demum angoris
assidui victus acerbitate, mortemque timens ; ad Carolum mi-
sit, qui veniam peterent, Ecclesiæque satisfacerent. quamquam
re nondum cum Carolo plene constituta, cœnobita quidam il-
li, vt homini moribundo, qui se satis Ecclesiæ facturum promi-
serat, absolutionis remedium impetravit : qua ratione is subleua-
tus, postea vna cum alio eiusdem facti participe, adiuuante Ca-
rolo, Pontificiam absolutionem impetravit. cumq; alio tem-
pore se postea morti propinquum esse sentiret ; ad Carolum mi-
sit, vt ad se venire subsidio vellet ; & si quid forte adhuc opus es-
set, ab omni vinculo exolueret, quod ille facile concessit ; &
quibuscunq; rebus potuit, animam illam è corpore migrantem
amanter iuuit, & consolatus est.

C A R O L V S ita conflictatus ; in ea tamen quæ suæ salutaria variis sacris
essent ecclesiæ pergebat animum intendere. cumque huius an-
ni M. D. L x. III. tempus illud appropinquaret ; quo pij mor-
tales Christi Domini aduentum recolere ; & multis antea die-
bus sese piis officiis, & actionibus ad sanctissimi Natalis eiusdem
festa recte celebranda præparare solent : videretque temporis C A P. III.
eiusmodi sanctitatem laicis pene ignotam ; clericis suis vsu fere

O non

non receptam magis, quam ut sacrarum vestium, diuinorumque rituum mutatione declararent: quod multos iam annos exemplo suo docebat, tempus illud quotidiano colens ieunio; id ut aliqua ratione ceteri sequerentur, studuit etiam publica cohortatione persuadere. Litteras ad populum edidit; quibus tum rationem, ritum, cultumque huiusmodi plene demonstrauit: tum pios omnes ad ea præstanta cohortatus est, quæ tale tempus; taliaque mysteria postulabant. quo in genere effecit postea tandem; vt non domus eius tantummodo, collegiaq; multa, quæ eius nutu gubernabantur; sed plurimi alij clerici, laiciq; sanctum institutum, maiore alij, alij minore vita seueritate, vt fit in rebus, quæ cuiusque arbitrio relinquuntur; pie admodum agnoscerent, atq; obseruarent. Initio anni M. D. LXX. IV. dies quadragesimæ proximos a corruptorum hominum impietu; tum coecos homines ipsos a vitiorum corruptela vindicare perrexit. litteris editis temporis religionem, mysteriaq; declarauit. publicis supplicationibus, concionibus, omniratione, a voluptatibus ad pias exercitationes traducere summo studio populum conatus est. Ac ea quoque per id tempus cura sollicitabatur: quod sacrum illud Romanarum stationum munus ecclesiæ suæ cum acquisiuisset; constitutas ea de caussa ecclesiæ ita mares, fœminæque adibant; vt quæ res eis ad salutem comparata erat, ea re plurimi ad perniciem abuterentur. cum enim quam maxima animi, corporisque modestia ad veniam impletandam, in diuinum conspectum venire dèberent; immoderato, lasciuoq; cultu studiosissime ornati, libidinosos exercebant obtutus. eam corruptelam, quamuis nunc dici tempora, nunc visendas ecclesiæ, viris, fœminisque separatim diuidendo; alias alia prouidendo, tollere curauerit; non potuit omnino consequi tamen. Morem muliebris capitis operiendi, qui ad sacrorum locorum reverentiam, vitiososque ornatus, aspectusque impediendos pertineret, eo tempore renouauit. mos hic Apostolica doctrina, disciplinaque iam inde ab Ecclesiæ initio comprobatus; Mediolani patrum memoria modestissime seruatus est; cum nedum capite puellæ, sed tota facie velo con-

Litteras ad
Populi pietate
tem excitan-
dam edidit.

1574.

Morem mulie-
bris capitis o-
periendi reno-
vata.

contecta prodibant. persuasit id primo per parochos; & sacros concionatores; mox etiam iussit; vt exemplum alij Præsules imitati, idem eniterentur; seruarique etiam grauioribus pœnis appositis edicerent. Atque continuata rerum salutarium cura, synodum suæ diœcesis eo anno quartò habuit: quam ex Pontificis concessione, aliquot iam annis differebat. In eo de vestitu clericali, pro loci, aut dignitatis varietate distinguen-
De vestitu clericali distin-
guendo confi-
tuit.
do, tunc primum plene constituit. de sacris etiam peregrinationibus pie obeundis, quia Iubileus appropinquabat. de ratione synodi celebranda. de visitatione Præfectorum vrbis; & Vicariorum, quos per diœcesim constitutos habebat: deque corundem conuentu coram Archiepiscopo quotannis agendo: alia multa clericis, populoque valde fructuosa. Addidit tunc primum ad synodi decreta scriptas monitiones quasdam ex veteri instituto, quibus ad officia sua singula recte seruanda sacerdotes excitantur. Dehinc, eo per diœcesim ecclesias inspi- ciente; Henricus Poloniæ Rex constitutus, Carolo fratre Galliæ Henricus Gal-
lia Regis Fra-
ter, Polonia
Rex confisi-
tus, per Medio-
lanensem a-
grum ster fa-
ciens, a Carolo
innisit. Et ab
eodem ad pra-
fundi a cohor-
tatu.

Rege mortuo, ad regnum illud capessendum rediens, per Mediolanensem agrum iter fecit. quem Modoëtiæ Carolus conue-
nit; muneribusque religiosis donauit; optimisque præceptis ad pietatem recte colendam, Galliasque hæreticis tumultibus affictas recreandas, iuuare studuit: qua de re Pontifex, cum ex-
plicate omnia, quæcumque cum eo Carolus egerat, exquisi-
set; valde illum commendauit. Neque Regem solum, sed Prin-
cipes quoque, qui cum comitabantur, ille similibus officiis ad
pictatem, religiosaque instituta curavit excitare. in quo, vt sæ-
pe alias, ostendit, quam ad rem, quaque ratione Regum, Prin-
cipumque amicitia Dei sacerdos vtatur. Atque ea omnia Rex;
cum & verbis, & factis declarasset, plurimi se Carolum face-
re; pie, amiceque tunc quidem, quidquid postea euenerit, ac-
cipere visus est. Illud memorabile tunc Modoëtiæ contigit. Memorabile
mulier nobiligenere nata, cuius mihi nomen hoc quidem tem-
pore tacendum est; sic agitabatur, ac furebat; vt sanctissi-
mæ Eucharistiæ, sacerdotumque præsentiam vix ferre posse vi-
deretur: implacabilem se ceteris plerumque præberet: furiose
quid Modoëtia
contigerit ad
Caroli sancti-
tatem decla-
randam.

matrem ipsam impetraret interdum. præterea intimo cruciatu quodam, agitationeque afflictata, nulla re, nulloque loco con quiescebat. Id alij beneficiis tribuebant: alij cacodæmonis vexationem arbitrabantur. ac multis licet adhibitis remediis; adiuratoque, si quis inesset, dæmone, nullum dabatur leuamentum. Cum ad oppidum Carolus venisset; mulier, quæ sæpe non impedito mentis lumine suam agnoscebat miseriam; in spem venit, eius ope se se liberandam. cumque Carolus præteriret; domo illa subito prosilit, accurrit. prætergressus Carolus monetur; mulierem retro esse, quæ sibi peteret ab eo benedici. conuersus ad eam de more manu crucis signum format. tum ea grauiter commota, dolere perinde, ac debilitari sibi visa est, quasi grauissimum aliquid ex medicamento deieciisset; & ex eo temporis puncto bona vtens valetudine nihil umquam amplius eiusmodi passa est. quod nos eam, virumque allocuti, diligenterque de tota re non semel sciscitati, ita esse compemus. Annus sequens septuagesimus quintus ultra mille, & quingentos, ille erat Iubilei nomine insignis; quo sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac alias quasdam Romanas Basilikas visentibus, plenissima peccatorum venia concedi solet. Romam ire quidem Carolus salutis, piisque exempli gratia constituerat: sed ibi tantum morari, quantum veniae consequendæ, præcipuisque, & religiosioribus locis visendis satis esset: immo nihil prorsus etiam cum Pontifice agere, nisi quid spirituale prorsus suppeteret. profectionem autem in autumnum ipsius anni sancti, sic enim recte appellant, contulerat. nam tempus illud ex omnibus minus incommodum ecclesiæ iudicabat, si quando ei abesse necesse esset. Sed anteuertit Pontifex, & non semel Carolo iussit significari, ut ante anni initium iret: multa enim posse admonere, quæ ad Romanæ Ecclesiæ dignitatem accommodata essent; & ad externorum exemplum, qui ex toto Christiano orbe Romanam confluxissent, in primis vtilia. Verum plura is iam suppeditauerat per Carniliam; veluti de pauperum hospitio constituendo; de mercetricibus segregandis, quod pium hospitali-

Romam ire
constituerat ob
sacri Iubiles
annum.

Pontifex, &
ante annos ini-
stum Romanum
Carolus ead.
suber.

spitalitatis officium, alioqui etiam Romæ sicuti existimo, præ-meditatum, Præsulum, ceterorumque liberalitas, christianæq; beneficentia tantopere coluit; vt magnus, per exterias quoque prouincias, extiterit tam illustris exempli, religionis, pietatisq; fructus. Non satis habuit Carolus exemplo suo, suos Mediolanenses, aliosque excitare ad Romanam peregrinationem suscipiendam. fecit id quoque litteris editis : quæ per alias, non solum vrbes, sed prouincias quæstus causa a librariis disseminatae, magnos christianis hominibus salutaris peregrinationis stimulos adhibuere. Itaque ante finem ipsius anni, qui agebatur, Pontificis voluntate profecturus; scriptam prius eius rei facultatem postulauit; non alia de caussa, quam ex desiderio eius instituti tenendi; vt ad saecorum canonum præscriptum Episcopus ab ecclesia sua sine legitima facultate non discedat. qua de re illud etiam in tempore suasit Pontifici ; ne vllum Episcopum absque illius concessu scripto , temporisque præfinitione adiecta , Romanam ire pateretur; ne libilei nomine quis sedis suæ diutius deferenda caussam quæreret. Id ipse a suis clericis seruari mandauit; vt & cum suis litteris proficerentur; & illas Romæ Cæsari Speciano statim offerrent;a quo item, cum post tempus præscriptum redire vellent, afferrent vitæ ibi actæ, honestæque habitationis testimonium. Profectus igitur Carolus mense Decem-
Quo tempore,
quæ ratione
serfiatur.
 bri , asperum sane suscepit peregrinationis genus. quotidianum iter, non diuersiorum commoditate, sed temporis ratione metiebatur. noxeum, & hospitio egredientem, & ad hospitium venientem comitabatur. ea de causa facultatem, Missæ, vel duabus horis ante lucem facienda sibi, suisque impetravit. sæpius eueniebat, vt commoda loca, amicorum etiam, principumque virorum officio vehementer rogatus, ad modicam lucis residuæ usuram præteriēs, ad hospitia plane rustica perueniret. vbi, quod neque præmitti quemquam volebat; & ob Aduentus abstinentiam , omnibus fere inusitatam , sibi vero exquisite seruandam, aliud ad reficienda corpora non supperebat; herbis sæpe , nucibus, pomisue cum comitibus sustentabatur. ad ea interdum loca venit, quæ ne vnum quidem ad ipsum recipiendum, cubicu-

lum haberent; sed in tugurio manere necesse esset: vbi appetita plene frueretur incommoditate. omne tempus in rerum diuinorum contemplatione consumebat. loca omnia circa viam Romanā religione insignia, egregia pietatis significatione visebat: cum ipsius visendi caussa ex villis, oppidisque plurimi passim accurrerent. Itaq; Camaldulum adiit: Aluerniam, Assisium, aliaque loca Francisci sanctitatem, memoriaque celebrata coluit. magna denique tum sua, tum aliorum spirituali vtilitate iter confecit. Romæ ita versatus est, vt eius laudibus vrbs sancta compleretur; & quot homines exteri ibi erant, tot earum in variis regionibus præcones efficerentur. præteritas peccatorum confessiones repetiit. certo diuinorum contemplationum cursu se exercuit. statas Basilicas, pedes vna cum familia ordine procedente, omni pietatis, modestiæque officio adiuit; & in iis loca omnia diligenter inuisit, quotquot præcipuo aliquo cultu censerentur. In via litaniam, multamque omnino precationem, nullo interuallo dato, continenter obibat, plurimi etiam nobilitate præstantes, se socios inferebant. si quis obuius, etiam vir princeps, & familiaris offerebatur; nihil amplius officij caussa præstabat; quam, vt aperiendo capite, corporisque motu salutaret. multi honoris caussa eo prætereunte humi genua ponebant: quod si mirabantur Mediolani id videntes; multo magis Romæ; vbi tot alij præclari Antistites, & ipse Christi Vicarius erat præsens. Ignota mulier peregrino vestitu Carolo obuia, ita commota est, vt nulla publici conspectus habita ratione; toto se corpore ad eius pedes abiecerit; eosque religiosissime complexa, osculari verita non sit; cum eo se complexu expedire ille, quantum posset, conaretur. In eunte autem mensē Febr. anni M. D. LXXV. Roma profectus; cum Vastallam tenderet; a Cæsare Gonzaga oppidi Principe, Camillaq; forore sua illius vxore, addedicandam ecclesiam, quam ij ædificauerant, inuitatus: de grauissimo Cæsaris morbo, salutisque discrimine nuncium accepit. vix circa Bononię equo descenderat; cum periculo audito; diuinis animæ illius charitatis ignibus accensus; statim rursus concendit; & cursu, etiam nocturno celeriter eò contendit. quò postridie mane

*Loca omniare-
ligione insignia
in scinere vixit.*

*Landabiliter,
ac sancte Roma
versatur.*

1573.

*Auditio Cesa-
ris Gonzaga
affinis susmor-
bo Vastallam
celeriter con-
tendit, anima
sua mirabili-
ter fuit.*

cum

cum venisset; quasi longo ante spatio quieuisset; sese totum ad affinis animam iuuandam dedit. priuatam supplicationem præter eas, quæ publicæ habebantur, instituit; quæ a suis, aliisque religiosis viris sine vlla intermissione vicissim continuaretur. tum ipse eam exorsus, totum psalterium recitauit. atque Dei benignitate tanto fuit precationibus, salutaribusque verbis Cæsari adiumento; vt is demum a rebus humanis, ad diuinas mirabiliteranimum auocaret; certamque mortem ita expectaret, atque obiret, diuinis rebus ad salutem rite munitus; vt si, quemadmo-
Mortuo Cæsare
eius affine ali-
isque Visitalla
peractis Medio-
lanius cepit.
dum Carolus ipse palam dicebat, in optimis religiosæ vitæ insti-
tutis multis sese annis exercuisset. Ibi Carolus post itineris labo-
rem; post defatigationē cursus, qua solebat maxime affligi; post vigilias, totq; dierum, noctiumque incommoda; quiete nulla
vſus; corpore Cæsarisi ad sepulturam dato; ecclesia in oppido de-
dicata: sorore vidua iis de rebus monita, quæ ad salutem, ordi-
nationemq; domus pertinebat, Mediolanum celeriter venit. Hic vero mihi iucunda sane incidit recordatio; quam bona cum
lectoris venia, non præteribo tacitus: recordatio inquam, diei
illius; cum e ciuili cursu reuocatus, Carolo me tradidi: existi-
mans, a salutari via tali duce, ac patrono aberrare me non posse.
hæret animo illius actionis suavis, iucundaque memoria; cum
profanam mihi togam suis manibus detrahens, sacramq; indu-
ens, vir apostolicus, apostolica sententia hortatus est, vt veterē
hominem exuerem, indueremque nouum, neque deinde breui
mystica manuum impositione, per omnes sacri ordinis gradus
extulit. Faxit Dei clementia, vt sacrorum dignitati, sanctitatiq;
sacerdotis aliquo modo vita nostra possit respondere.

Quotiescumque Romam proficiscebatur Carolus; quasi ad earum rerum honestissimū quoddam, sacrumq; emporium accederet, quæ sibi essent, ecclesiæq; suæ cōmodæ, ac salutares; turpe fere sibi existimabat inanem redire. Ipse item diuinis opibus confirmatus, Episcopalis vitæ cursum Roma rediens, acrior semper, fortiorque repetebat: & in vitæ sanctitate solebat insig-
Quæ Romæ fē-
cit de Visitato-
re Mediolanū
missa de Cre-
monensi, Ber-
gomensique
ecclesia reco-
gnita.
gniter progredi: licet aliis sæpen numero secus eueniat. nimirum
hæc

hæc valde distant; Romæ pietatem, ad sanctitatem; vel splendorem, ac speciem intueri. ipse certe id fructus ex Apostolica Se, de, locisque sanctissimis referendum ostendebat. quæ de se du-

Familia nomen rius statuerit, deinceps apparebunt. Familiae nomen, annuente dimisit, & loco insignium eiusdem que sustulit Sanctorum imagines substituit.

Pontifice, tunc ad humanarum rerum despicientiam, veterumque imitationem, dimisit: & eiusdem insignibus e scriptorum ecclesiaasticorum signis sublatis; eorum loco, Pontificia auctori-
tate, veterumq; Archiepiscoporum imitatione, cœlestium pa-
tronorum Geruasij, & Protasij martyrum, Præsulisque Ambro-
sij inter eos medijs imagines substituit; appositis ex Ambrosij ip-
sius, non solum scriptis, sed sensu, atque animo, his verbis, Ta-
les ambo defensores. Calculos ad precandum Pontificis aucto-
ritate sacros, id quod pro salute gregis semper solebat, attulit
innumerabiles; quamquam pauci pro Mediolanensium pietate
visi sunt. Sacra septem insignia ecclesiastarum Vrbis indulgen-

*A Pontifice sa- tiæ diuinæ munera obtinuit, in totidem Mediolani ecclesiis col-
ectra munera Mediolani ec-
clesias collocan-
da impetravist.*

Mediolani erant cultu dignissimæ; negligentia vero sacerdotū,
& aliorum pene derelictæ; rursus piæ multitudinis frequentia,
cultuque præcipuo celebrarentur. sed eius rei promulgationem
distulit in posterum annum: propterea quod Romani Iubilei
donum sanctissimum itidem a Pontifice Mediolanensis suis
cum impetrasset; sacra illa beneficia disiungi satius duxit; quò
illustriore gratia, vberiorique fructu singillatim exciperentur;
præsertim, quòd vtrumque visendarum ecclesiastarum operam

*Multa ad Dei culum restituendam insti-
tuit.*

requirebat. Anno igitur M. D. L x x v i. vt hoc quasi præcur-
rendo narrem, cum edictum primò proposuisset, quò multa sa-
cris locis indecora vetabantur; veluti de laicis a choro clericorum
arcendis: litteras quoque edidisset, antiquæ pietatis plenis-
simas; vt fideles doceret, qua ratione in ecclesiis versari debe-
rent; & ad sacrarum rerum reverentiam incenderet: septem no-
minauit; Maiorem; sancti Ambrosij; sancti Nazarij; sancti Lau-
rentij; sancti Stephani; sancti Simpliciani; sancti Victoris. tum
postridie Calen. Iulij, qui dies Virgini dicatus est, celebri totius
cleri, ciuitatisque supplicatione, latoque apparatu, ipsas ecclæ-
sias

fias pie adiit: eamq; supplicationem soleimnem, anniuersariamque in perpetuum constituit. ipse vero; quod assuefaciendo populo esset accommodatum ; nunc priuatim cum familia ; nunc publice cum canonicis eandem obiit. idemque canonorum collegia, religiosorum hominum ordines omnes : vicinias cum parochis suis : pia sodalitia, societatesque, separatim facere mādauit. quod quidem religiosum institutum Mediolanensium animis, & merito quidem, adeo insedit; vt in eo frequenter māres, foeminæ, nobiles, ignobiles, versari conspiciantur. Præter *Multa præter spiritualia sua que sunt ecclesiæ* Carolum, in Vrbe alia quoque non parua suæ quæsivit *spiritualia sua* *ecclesiæ* : mille aureorum ex Braidenſi Præpositura pensionem *sua*. clericorum seminario : parem presbyteris minoribus ecclesiæ maioris, collegio suo Ticinensi detraetam : a quo collegio iam Caluentianum Prioratum in canonicos itidem trāstulerat. cum enim tenues admodum essent eius ecclesiæ fructus: ipse vero, vt par erat, statas in ea canonicis horis, nocturni, diurnique temporis precatio[n]es integræ restituisset ; alias diuinorum munera functiones ibidem auctiores multò, quam ante a vellet : auctoritate Pontificia fructus ita studuit augere; vt tum loci dignitati, tum occupationi sacerdotum aliqua ratione responderent. Verum pro vniuersa quoque Ecclesia ; nam & illud erat ei semper propositum ; Romæ plura curauit : de palatijs Apostolici, Apostolicæque vrbis disciplina ; deq; rebus ecclesiarum per prouincias componendis. ac in hoc postremo genere, iam vñq; a Pij V. tempore pro virili parte duo curauerat : alterum, vt esset Romæ proprium Cardinalium consilium, in quo res ecclesiarum, Episcoporumque referrentur, & quod opus esset decerneretur ; alterum, vt Episcopi mitterentur, qui apostolica auctoritate ecclesiasticam administrationem, & Episcoporu[m] vitam recognoscerent ; & quibus rebus opus esset, emendandam curarent. sed cum ad id tēpus ad ecclesiæ fere ditionis Ecclesiasticæ tantummodo missi Præsules essent; egit Carolus dum Romæ fuit, vt ad alias quoque prouincias decernerentur. Cumque ditionis Mediolanensis ecclesiæ lustrare, Archiepiscopalij officij sui esse iudicaret; id munera a Pontifice suscepit, præcipuis saltem in ecclesiis

Mira Caroli
modestia &
prudentia.

clesis exequendum; si totam non posset complecti prouinciam. & quoniam exemplo aliis præire maxime vtile arbitrabatur; prius ad se mitti postulauit; quā aliena recognoscendi, corrigendique onus acciperet: vt cum sua ipse alieno iudicio subiecisset; tum iudicaret aliena. cumque aliæ ecclesiæ aliis Episcopis attribuerentur; in eorum numero Castellius fuit olim Caroli Vicarius, Episcopus Ariminensis per id tempus creatus. omnino res opportuna fuit; cum Præsules ad ecclesias ordinandas in varia legarentur imperia; in corum numero Carolum esse; qui pro egregia libertate, auctoritateque sua, ad multa, quæ aliis fortasse difficilia fuissent, in eo genere aditum patefaceret, viam que muniret. Ecclesia igitur Mediolanensis Hieronymo Ragazonio Veneto, tunc Salaminæ, quæ Famaugusta dicitur, postea Bergomi Episcopo, assignata est; cuius pictas, doctrina, rerumq; episcopalium usus, Carolo valde probatus erat. Venit is mense Maio: cuius aduentum cum pro sua erga apostolicam auctoritatem veneratione, magno honore Carolus prosecutus esset; publicis supplicationibus eius negotij causa indictis interfuisset; ipsam actionem cœptam vidisset: in ecclesias prouinciarum discessit.

Cremonensem autem primò petiit, cui præerat Episcopus Nicolaus Sfondratus, Ecclesiæ catholicæ postea datus Episcopus. exceptit eum absente Episcopo magno honore cleris, & ciuitas, omnique pietatis officio coluit: cumque tum publicas supplications, tum sanctissimæ Eucharistiae communicationem indixisset, freqüentissimi conuenere Cremonenses; & uno die cœlestē cibum millibus hominum circiter octo præbuit. non explicabo Caroli in ea ecclesia labores, laborumque fructus; ad clericos; ad cœnobitas, mares, foeminasque; ad vniuersum populum pertinentes. satis dixerit, qui eos Carolo dignos fuisse dixerit. nam & eius auctoritas ecclesiis ad ea obtinenda sæpe valebat, quæ ipsis Episcopis erant difficilia: vt non Visitatoris tantummodo partes; sed etiam patroni sustineret. omnia vero religiosissimi Episcopi desiderio, studiisque optimis opportuna fuere. In eo munere visitationis obeundo, Carolus, tum in ea, tum in aliis urbibus sumptus quidem vitæ necessarios a clero accepit, n̄ laderet canonii

Hieronymus,
Ragazonius
Salamina Epi-
scopus, & Me-
diolanensem
ecclesiam reco-
gnoscas deligi-
tur.

Cremonensem
ecclesiam reco-
gnoscendam
primo aggredi-
tur Carolus,
maximo hono-
re a clero, &
Ciuitate exce-
ptu multa
prefuit.

canonicum Ecclesiæ institutum ; sed eos tantum , qui equitibus sex , peditibus tribus , solita eius familiæ parsimonia sufficerent. in ædibus Episcopalibus non habitabat ; sed in aliis , ecclesiasticis tamen. Atque tum sibi , tum aliis Episcopis , quibus id munieris mandaretur , fecit ipse , vt , summis licet viris reclamantibus , etiam in cœnobitarum ecclesias , potestas daretur ; vt eodem tempore , ac eadem ratione , qua reliquæ , componi possent. Menses tres Cremonæ cum mansisset ; mox ad Virginis natalem Mediolanum venisset ; Bergomum postea profectus est . vbi episcopatu administrabat Federicus Cornelius postea Cardinalis ; qui quidem in exequendis conciliorum prouincia decretis , & in ecclesia sua ordinanda multum profecerat. silentio prætereunda non est summa Senatus Veneti voluntas ; quam iussis suis , de Carolo in vrbes suas quam honorificètissime accipiendo ostendit. quæ iussa Bergomenses Rectores , ciuesq; adeo cumulate perfecerunt ; vt quæcumq; non solum ad amplissimi Antistitis ; sed ad magni quoq; principis honorem maximum , studia , officiaq; expectari poterat , omnia egregie præstiterint. quibus Episcopus cum clero suo pro conditione sua minime cessit. Carolus in ecclesia maiore Pontifícia diplomata recitari iussit ; pauca verba de cauſa aduentus sui fecit : de quo latius explicauit in sequētis diei concione. Ciuitatis Rectores adierunt , Venetique Senatus nomine omnia illi a se fore parata testati sunt. & eiusdem ciuitatis nomine habita oratio populi gaudium declarauit ; & metropolitici muneris veterem vsum , ea actione a Carolo restitutum commendauit. Ad publicas supplicationes , vt faustum esset , felixque principium indictas , maximus concursus fuit. motus , expiatio que animorum admirabilis. ipse tum in vrbe , tum in suburbis , innumerabili marium , fœminarumque multitudini , etiam ipsis Magistratibus , militiaq; ducibus sanctissimam præbuit Eucharistiam. illud compertum est , vel aduentus famam , vel præsentia eius solam ad animas salutariter commouendas ; resque omnes recte componendas , plurimum valuisse. possentq; multa , & grauiſſima numerari , quæ priuata , publicaque auctoritate illius aduentus cauſa , pie præoccupata sunt. Expertus est in ea ciuitate

P 2

Carolus;

Carolus; omnesque, quotquot illius, administris fuimus; bona hominum ingenia, animosque, tum rerum salutarium studio-sos, tum ad perficienda mandata faciles. In maxima comitum, affectatorumq; copia Magistratus ipsi frequentes aderant: quibus erant in ore semper Caroli laudes; prædicabantque, beatum fore orbem, si eius similes multos habuisset. In vnaquaque ecclæsia, quam inspecturus erat, cum Missam pro sua consuetudine ficeret; sacræ Eucharistiae accipiendæ gratia plurimi quotidie conueniebant. Ibi collegium virginum cum ex suburbio ad tutiorem locum transtulisset: corpora etiam sanctorum Firmi, & Rustici martyrum, quæ illæ in sua ecclesia habebant, aliò celebriter transtulit: licet ex ea re non nihil difficultatis extiterit, & tumultus. Suburbani enim æmulatione quadam concitati; quo tempore putabat ex alia parte ciuitatis venturos, qui sacras reliquias asportarent; ad ecclesiam repente veniunt; per vim ingrediuntur; in presbyterum custodem manus iniiciunt: loco capto, corpora custodiunt armati. quam sacri loci iniuriam, hominumque audaciam cum vindicare se velle Carolus ostendisset: eum primariis viris adhibitis adiere maximo numero suburbani, supplicesque, & humi abieeti veniam, absolutionemq; petiere. Carolus præpostorum pietatis ardorem valde reprehendit: dum maxime charas habere sanctorum reliquias viderentur, maximam beatis ipsis iniuriam facere; quia communis Domini sacras ædes, eiusque ministros violarent. non armis agendum illis fuisse, sed precibus; demumque pati facile debuisse; vt quod gratius Deo esse eius sacerdotes iudicarunt, id fieret. Arcam Dei quondam plastro impositam, cum agitatione boum inclinata fere corrueret, Ozam cui rem sacrostantam tangere nefas erat, manu tenuisse. audaciam hominis pietatis nomine susceptam Dominum ita vindicasse; vt is illico mortuus concideret. esse etiam pietati, & rerum sanctorum desiderio modum, certosque fines; quos sine diuina offensione transire homines non possunt. quod sanctas reliquias amarent; & apud se retinere cuperent; pie facere, ac laudabiliter. sed cum immoderato carum studio, ad ecclesiasticæ auctoritatis contemptum, & ad rerum

*Virginum collegium duorum
corpora alio transtulit.*

*Suburbanorum
tumultus.*

*Suburbani Geniam a Carolo
perentes pater.
ne ab ipso ar-
guuntur.*

terum sacrarum violationem adducerentur; non pietatem esse, sed temeritatem castigatione dignam. re demum composita; qui vim sacris intulerant, eos singulos, venia prius a presbytero petita, certo signo notatos, Pontificali vestitu, solemini, & praescripto ritu, ante fines ecclesiae, anathematis poena Carolus liberavit; opportunaque opera penitentiae nomine iniunxit. tum reliquias in ecclesiam maiorem, magna hominum multitudo, amplectu apparatu deportauit. Suburbani illic cereis accensis comitati sunt. Ad initium usque mensis Decembris in eius ecclesiae rebus componendis Carolus occupatus fuit; idque eo fructu, quem vel mandatorum ratio, vel breuitas temporis ferre potuit maximum. Brixensem ecclesiam, quam itidem ex Pontificiis mandatis adire constituerat, tunc quidem ob anni tempus omittere coactus est.

Suburbani pa-
blice anathematis poena
Carolo libe-
ratur.

C O N S V L T A T V M erat inter alia Romæ, cum ibi Carolus Iubileum Me-
esseret; de Iubileo, post annum, in prouinciis eorum gratia conce- diolani cele-
dendo, qui varie impediti Vrbem adire non potuerant. Quod Ep. quartò ha-
cum ipse in primis imprestisset, secretoque habuisset; de magnis
demum ex ea re populo suo spiritualibus adiumentis, animique fructibus acquirendis diu iam meditatus, negotium suscepit,
studio, ac diligentia singulari: ut cum superiore anno maximum
Mediolanensium numerum Romam ad sanctæ Vrbis beneficia
capienda impulisset: reliquis, & eisdem rursus si vellent; Roma-
nis beneficiis Mediolanum accersitis; sacra salutis subsidia, cœlestiaque animæ ornamenta compararet. Munus eiusmodi mi-
nime arbitror Mediolanensibus postea concessum; quām Anto-
nio ex Marchionibus Salutianis Archiepiscopo, & Galeatio Vi-
cecomite Duce, Bonifacius nonus dedit, anno salutis M. CCC.
X.C. I. quo tempore admirabilis illa Basilicæ maioris ædificatio
Mediolani cœpta est. Carolus igitur litteris primum editis, qui-
bus ad diuinum munus salutariter accipendum suos accende-
ret; festo die Virginis, quem Purificationis nomine appellamus;
ab ipsis Virginis æde cum redisset; ubi more maiorum candela-
rum ritum, mysteriumque obierat; in Pontifica maioris ec-

1576.

C A P . V.

bet. Visitator
discedit.

*Carolum in mai-
ores ecclesia In-
bileum publi-
cat ac solenni-
cor celebrat.*

clesiae Missa concionem habens, Gubernatore, Magistratibusq; præsentibus rem promulgauit: Romanumque diploma; ac editum suum, in quo præscriptiones in eo genere variaæ continebantur, recitari iussit. Tum ad animos præparandos, ciuitate ad ieiunia, eleemosynasque excitata; omnes sacros ordines, populo comitante, publica supplicatione duxit, feria quarta ad sancti Ambrosij; sexta ad sancti Laurentij; sabbato ad sancti Simpliciani. statuas deinde supplicationes in ecclesia maiore indixit; quo sacra collegia, clerusque omnis, atque vniuersa ciuitas, certis cuique generi horis assignatis, distincte conueniebant: ita ut horis quadraginta preces continuarentur. Cum per eos dies festo campanarum sono, animos diu pie commouendos curasset; in corum extremo iussit vno tempore vesperi ab omnibus ecclesiis signa dari, quæ cunctorum animos inusitata quadam latitia, cum rerum diuinarum desiderio coniuncta, perfuderrunt. sequenti die dominico, quo die sacrosancti beneficij statuit esse initium, sacros choroꝝ, ordinesque rursus duxit vniuersos; idque tam pio, splendidoque apparatu, vt diuina quædam celebritas videretur, pompaque cœlestis. conuenere ex ecclesiis omnibus sacerdotes, sacris indumentis ornati, quæ pulcherrima haberent; tenentesque manibus cereos accensos, in pretiosissimis ferculis collocatas insignes sanctorum reliquias deducebant. infinita multitudo, non ex ipsa modo urbe, sed ex vicis, agroque vniuerso confluxerat: quæ maximo in templo constipata, mutuisque impulsionibus perpetuo agitata, quasi vndis vltro, citroque commendantibus, vasti cuiusdam pelagi fluctuantis speciem afferebat: tum vero totis viis confertim emissa, huc, illuc continenter fluitabat; dum res sacrosanctas inspicere, sacra agmina comitari, & pia quadam anxietate coronis, vt appellant, ad precationis usum paratis, sacra fercula, religionis gratia, tangere certatim studebat. Quatuor Basiliicas Romanorum exemplo constituit Carolus, quindecim dierum spatio quindecies obeundas; maiorem; sancti Ambrosij; sancti Laurentij; & sancti Simpliciani; quas æde sancti Nazarij addita, etiam Antonius Archiepiscopus olim con-

*Quatuor Ba-
silicas certo
dierum spacio
obeundas. Et
aliapue consti-
tuit.*

constituerat, ad diuini illius muneris opem consequendam. Atque pro facultate Pontificia, certos sacrarum confessionum ministros, ea de causa delegit; certam præscripsit precandi, & ecclesias adeundi rationem: in qua quidem ratione currum non admisit; vanaque omnia ornamenta excludi curauit. Senibus; imbecillis; ægrotis; vincit; religiosis virginibus; quæ claustris continentur, prouidit, ne eo munere carerent. Præter scripta, quæ multa ipse ad fructum, salutemque suorum edidit; libellos etiam de diuinis eiusmodi muneribus acquirendis, de que religiosis locis pie adeundis edi curauit: de præcipuis Mediolani ecclesiis, deque rebus, locisque earum religiosioribus, pij publici ardoris iuuandi gratia proprium libellum conscribi iussit. Ecclesias ipsas delectas, ut animi vehementius accenderentur, quam ornatissimas haberi iussit; & in ipsis quæcumque res religione insigniores essent, frequenter proponi: idque non incolarum tantummodo causa; sed extororum quoque, quibus ad idem beneficium consequendum aditus patet. Atque ut vitium, periculumque omne diligenter arceret, quod ex marij, fœminarumque ad eadem loca concursu esse poterat; ipsas statas ecclesias ex antiquo, etiam multorum locorum Mediolanensis dicecessis, instituto, diuidi iussit; & unusquisque partem, quæ ad austrum est, mariis; alias fœminis assignari. quoniamque fuit tunc sancti Iubilei cultus, ut quæ alias corrupte fieri ad ecclesias solebant, eo tempore minime committerentur. Separauerat antea stationalis celebritatis gratia, ecclesias interpositis velis; sed tunc ligneis septis diuidi statuit, ut melius caueret; moremque veteribus visitatum, & quibusdam locis etiam retentum religioso fructu, ac exemplo renouaret: quod idem in alias quoque ecclesias, etiam castellarum, vicorumque postea paulatim introduxit; & decreto quoque fanciuit. Carolus ipse nunc cum canonici suis, alias cum familiaribus, ecclesias frequens adibat, hymnis, psalmisque simul recitandis, in via operam dabant; res, & loca omnia, ut in libello demonstratum erat, pie visebat. Collegia sacra omnia, plaque scandalitia idem fecere. tum Parochus quisque sibi

Ligneis septis
ecclesias diuidi
statuit.

Frequenter ec-
clesias cum Ca-
nonicis, aliis-
que adit.

sibi commissa vicinia comitante: collegia profana item artificij,
 mercaturae societate congregata: alij chori multi marium, &
 foeminarum: vt viæ continua psalmorum recitatione, saeppe sua-
 ui rerum sacrarum cantu, personarent. plurimi nudis pedibus,
*Multorum ar-
dor in ecclesiis
Iubiles causa
obcedit.*
 vestituque aspero, viri, & mulieres, etiam nobiles frequenter
 ibant. alij operta facie, tota via flagella sibi ad sumendas flagi-
 tiorum poenas adhibebant. Vidi nobilem iuuetatem, & prima-
 riā, voluptatibus antea deditam, cannabino indumento, oculi
 in crucem, quam manu quisque tenebat, defixis, ordine ean-
 dem viam obire; tanta pietatis significatione, animorumque
 motu; vt boni omnes incredibili gaudio afficerentur; senes
 supplices manu tenderent, Deoque toto corde gratias agerent;
 qui ad id tempus eorum vitam reseruasset. Ex agro Mediola-
 nensi, singulisque viciis, & castellis quotidie populi integri, facto
 agmine, cypre, cleroque praēiente, Mediolanum pedibus etiam
 nudis veniebant; quamvis viginti, atque adeo triginta millia
 passuum quidam abessent: ita enim Carolus hortatus erat. qui-
 bus etiam facilorem sacri munera consequendi modum præ-
 scripsit. Atquod vnumquodque agmen in ecclesia maiore pri-
 mo pia concione, optimis admonitionibus referta, excipieba-
 tur: quod munus frequenter ipse, saepius in die ad id in templum
 vehiens, obibat. Ibi sacerdotes; & quæcumque ad animi expia-
 tionem, diuinique beneficij adeptio[n]em opus erat; omnia præ-
 stò erant: neque verbo tantum Carolus aduenientium pasco-
 bat animos; sed diuino quoque sanctissimæ Eucharistiae cibo: vt
 admirabili vicissitudine, ab uno ad alterum saepius sacrum mi-
 nisterium nullo transiret interuallo. Tum ad ecclesias constitu-
 tas, eiusque sanctas res venerandas se conferebant. demum re-
 bus omnibus procuratis, quæ ad animi salutem pertinerent; ad
 vires quoque corporis reficiendas inuitati veniebant. nam id
*Peregrinorum
bofissum pre-
parare curat.*
 quoque prouiderat amantissimus pastor. Hospitio suscipieban-
 tur in ædibus amplissimis, quas ad mares, foeminasque separa-
 tam recipiendas Carolus constitui curauerat. maribus recipi-
 endis præterant primarij viri: foemini matronæ grauissimæ; con-
 filio, atque opera virorum probata vita, atque grauitatis adiu-
 tx. huc

12. huc res ad vitium necessariae; pia ciuitatum liberalitate; summa in-
 industria multorum, qui eam rem auctore Carolo, curabant, vnde
Civium in pe-
regrinos libe-
ralitas.
 dique comportabantur. Mensæ longissimæ, ordine multiplici
 positæ conspiciebantur, hominum millibus interdum quin-
 que, ac sex yno tempore s̄æpe accumbentibus, quorum dum
 corpora recreabantur, animi quoque ex pulpitib⁹ aptè dispositis,
 concionatorum sermonē reficiebantur. sed ante cibum, anti-
 quo christianæ charitatis officio, de itinere fessis, pedes laua-
 bantur. quo munere cum Carolus ipse fungeretur; & cum do-
 mesticis, canonicisque suis frequentaret; ad eandem exercita-
 tionem multos quoque ex optimatibus excitauit; qui vna cum
 ceterōfum magno numero ei ablutionē operam assidue dabant.
Carolus pere-
grinorum pe-
des lanae, idem
eius exemplo
optimates fa-
ciunt.
 Ad piam animorū commotionem id opus maxime valebat;
 tum in iis, qui spectabant, & faciebant; tum in iis, quibus adhi-
 bebatur. obstupescabant homines cum ad pedes suos, viros no-
 bilissimos prostratos videbant; vixque officium eiusmodi fere-
 bant. at Carolus in linteo præcinctum sese offerentem, & ad pe-
 des sedentitum abiicientem conspicientes; tam noua specie ob-
 stupefacti, demissis oculis terram intuebantur; ore, corpore,
 mente ipsa denique minime videbantur posse confistere. Hæc
 cum assiduo labore Carolus gereret; tum illud asperitatis addi-
 dit; vt toto quadragenario solemnis ieiunij tempore in asseribus
 cubaret. quod ea quoque de caussâ fecisse eius familiares puta-
 runt: quia cum satis magnus numerus peregrinorum lectis se-
 mel caruisset; culpæ id suæ adscripsit; & ea ratione voluit a se pœ-
 nam exigere. perseuerauit autem in eo, donec Episcoporum, qui
 ad proximum concilium venerunt, idque rescierunt, precibus
 vix adduci potuit, vt solam culcitram asseribus imponeret. Ve-
 rum pia illa populorum itinera, cum adhuc multa restarent, Gu-
 bernatoris sunt impedita iussu; cum demagnis urbibus, Vene-
 tiis, Mantuæque pestilentia oppressis, & aliis vicinioribus locis
 eademi contagione tentatis certi nuncij Mediolanum allati es-
 sent. prouidendum enim existimauit Magistratus, ne quis in
 urbem admitteretur, nisi scriptum testimonium afferret; se, lo-
 cumque vnde veniret, pestis suspicione carcere; quod in tantæ
Toto quadra-
gesima tempore
in asseribus cu-
bat.
Viculitram
asseribus im-
ponat & sic im-
petrare epis-
copi.
Aliquot Cini-
tates Italicæ pe-
stilentia op-
presso,

Q

multi-

multitudinis conuentu fieri non poterat. Id quamvis Carolo ex omni parte non placeret; cui periculum adhuc minus videbatur; quam ut piis populis vicinis, ciuitatique tantus, tamque salutaris pietatis fructus adimi deberet: non restitit tamen; sed reliquorum utilitati consulens concessit, ut in agro quoque Iubilei beneficium consequi possent. Concilium tamen Episcoporum stato tempore ex instituto quartò celebrauit, præsente ipso Salaminio Episcopo Visitatore. diurnos, nocturnosque labores, quos cum vita asperitate, magnisque vigiliis coniunetos, in rebus componendis, parandisque primò; postea in congregatione Episcoporum tractandis, suscepit; & Episcopi, & alij, qui interfuiimus, plurimum; & magis quam vñquam antea miratus sumus. cum enim duas, tresue horas, siue sedens, siue in ligno stratus somno dedisset; reliquas omnes concilij negotiis, aliisque rebus tractandis dabat. Decreta confecit, quibus plurima complexus est, ad omnem ecclesiasticarum rerum perfectiorum conformatiōnem perrinentia; prouinciaque maxime utilia; cuiquid opus esset, ex ecclesiis ante recognitis melius intellexerat. Quæ de sacris reliquiis pro dignitate habendis, aut transferendis; de religiosis peregrinationibus; de modestia in sacris locis tenenda; de vario supplicationum genere, proximis annis vsu probauerat; perpetuis prouincia constitutionibus commendauit. de sacrorum locorum fabrica, ornatu, omnique ratione multa comprehendit; que iam vñ fuerat expertus. magnam item earum rerum partem decretis sanciuit; quæ idem Episcopus Visitator in vniuersum de variis rebus ecclesiasticis, deque Virginum coenobitarum disciplina præscripsérat. de diuinis item officiis plurima; de Episcoporum, omnique clericorum vita, modestiaque; de munere ecclesiarum cognoscendarum adiunxit. Alia multa constituit ad disciplinæ ecclesiasticae statum constituendum, non utilia solum, sed etiam necessaria, satis magno decretorum volumine; quæ bonorum Episcoporum studia in perpetuum iuuabunt. Ac eo tempore Visitator in ecclesia Mediolanensi muneri suo finem posuit, qui multa per se, virtute, studioque suo, cum ad optimum ecclesiæ

Quartum Episcoporum Consilium Visitatore Episcopo præsente celebrans Carolus.

Quæ edita de- cresa

Visitator in ecclesia Mediolanensi muneri sua finem facit.

clēsiæ statum contulisset; eo etiam Carolus, eiusque apostolica
 auctoritate in aliis multis vsus est, ad ea consequenda; quæ vel
 tunc quidem a se tentari opportunum non iudicabat; vel au-
 toritate sua ordinaria ipse non poterat comprehendere: præ-
 cipue ad ea corrigenda, & ordinanda, quæ in ecclesiis regula-
 rium opus erant. inter alia per eum effecit, vt loco tum paupe- *Quæ efficerit*
 rum hospitalitati, curationique; tum piis aliis operibus desti- *Vīsītator.*
 nata, ad Archiepiscopalem recognitionem, speculationemque
 reuocarentur: qui que iis locis præfetti erant, ineorum admi-
 nistratione diligentiam ad sacrorum canonum præscriptum iu-
 recurando reciperent. quod eorum nonnulli res eiusmodi vel
 negligere, vel ita curarē solerent, vt suis potius, amicorumque
 commodis, quām rebus sacris seruirent interdum: cum alio-
 qui tamen viri nobilissimi plurimi singulari fide, ac diligentia
 eiusmodi negotia pīctatis ergo suscepta tunc etiam gererent.
 omnino longe alia ratione Carolus illud vīsītandi manus ac-
 cepit, atque alij quidam, nam & ad ecclesias suas perfectam di-
 sciplinam quamplurima conferri, addique studebat; & quod
 suæ culpæ esset, id demonstrati, corrigique valde lætabatur.
 dicebat maximam eiusmodi se officij expertum esse utilita-
 tem: nam cum natura homines in suis erratis cognoscendis
 parūm videant, multum in alienis; cum aliorum Episcoporum
 res ipse perscrutaretur; in aliorum culpa, suam sese agnoscere:
 cum vero alius res suas recognosceret, multa, quæ se antea
 fuderant, doceri. Episcopus igitur festo die ante altare sedens,
 populo nunciauit discessum suum; dixitque se peragrasse to-
 tam diœcesim; ecclesias omnes, præcipuas per se, reliquas
 per alios lustrasse: res omnes ita ordinatas comperisse; vt
 ei ad multa discenda muneris ea functio valde opportuna fu-
 isset. quod perfectum non esset, præscriptum esse tamen in
 vnaquaque ecclesia diligenter. ideo fere uno executionis ver-
 bo posse actionem suam se concludere. cui Carolus è sede sua
 respondit: usurpare se posse illud sanctorum piscatorum, Tota
 nocte laborauimus, & nihil cœpimus; nunc in verbo tuo la- *Carolus a sua*
 rabo rete. nihil ad id tempus fere suis laboribus cum fecisset; *sede humiliorē*
vīsītatori respondes.

cius tum Præfulis verbis, atque virtute, quem ex Apostolica Se-
de Romana Christi Domini Vicarius miserat, fructum tandem
laborum ita sperare, quemadmodum illi cum iussu Domini re-
te iecissent, magnum piscium numerum ad littus traxerunt. alia
addidit pro modestia sua, & ea quam semper habuit erga Roma-
nam Ecclesiam summa reverentia. Episcopus autem ad Casal-
ensem, aliasque prouincie ecclesias perlustrandas se contulit;
quæ cum Carolo una cum aliis ad metropolim suam pertinen-
tibus inspiciendæ essent, & componendæ; commode ramen ei
muneri vacare non poterat.

De Sanctorum
corporum
translationi-
bus a Carolo
celebratis.
C A P . VI.
Caroli finis in
Sanctorum cor-
poribus trans-
ferendis.

S E D reuocandâ oratio est ad translationes sanctorum con-
portum referendas; quibus lūbilei celebritas valde illustrata fuit,
animiq; religiosius ad salutis suæ negotium procurandum pra-
parati. Inter alia salutis adiumenta, quæ Carolus ecclesiæ suæ
posset affectare; illud erat plane magnum; beatorū virorum, quo-
rum reliquiis locupletata; ornataque erat, memoriam redin-
grari: vt excitata, vel renouata erga patres, patronosque suos po-
puli pietate; nosset in posterum, vellevque ad eorum confugere
præsidium in calamitatibus suis. quam ad rem, licet non parum
valuerit, aliquid ex eorum historia delibatum edere, quod in ec-
clesiarum libro factum est; maxime tamen opportunum erat,
ipsas sanctorum reliquias in apertum proferre; solemnè Ecclesiæ
pompa more maiorum circumferre; populo ipsi ante oculos
proponere. Eius rei idonea illa visa est occasio; quod, vt altaria,
aliæque ecclesiarum partes, quemadmodum plerisque in locis
Caroli tempore factum est, instaurarentur; locis suis sacræ reli-
quias mouere necesse fuit. omnino turpe erat, populum Medio-
lanensem plurimos pastores habere, quorum sanctitas publice
colitur; multos item Christi insignes martyres, præclara ciuita-
tum præsidia: quorum nedum opem frequenter, vt debebat, im-
ploraret; reliquiasque veneraretur; sed ne memoriam quidem
fere teneret. opportune vero, &, vt videtur, diuinitus, Carolus
fecit; vt ea clade ciuitati impendente, de qua paulo post dice-
mus; tum lūbilei religione; tum voluntate in cœlestes patronos
suos

suos pie inflammada, plebem Mediolanensem ad animorum castitatem, salutariaque studia exercebat; quo minus coelesti domicilio indigni, migrantes ex hac vita reperiuntur. Atque iam ante annos quinque, hoc est postridie nonas Sept. M. D. LXXI. sanctas reliquias mouerat, & recognouerat, quas Basilica olim sanctorum Naboris, & Felicis, nunc sancti Francisci habet: sed sine eo apparatu, quem postea antiquæ pietatis esse animaduertit, & ad pios animos sancte commouendos accommodatum. reliquias Apostoli Barnabæ nonnullas a sacello suo: martyrum Naboris, & Felicis, Caij item, & Materni Præsulum Mediolanensis, a capite ecclesiæ, vbi altare maius erat; ad locum transfuit, vbi nunc illud situm est. alias recognouit, & suis locis reliquit; martyrum Felicis, & Fortunati; Sauinæq; matronæ. Nunc autem celebriorem translationibus addidit apparatus. Erat inter commemoratam Basilicam, quæ nunc est sancti Francisci, & Ambrosianæ; alia sancti Vitalis nomine dicata, quæ Fausti Basilica fuisse putatur; de qua etiam apud sanctum Ambrosium mentio est. ab ea titulu parochiæ Carolus cum amouisset; mox etiam ei persuasum est, vt eam monachis Ambrosianis concederet. prius autem inde exportandum putauit corpus veteris Archiepiscopi Mediolanensis, Monæ, sub altari conditum; cuius memoria in ecclesia Mediolanensi colitur pridie id. Octobris. Atque die translationi dicto, qui post nonas Februarij consequebatur, quo die prima erat supplicatio ad sanctum Ambrosium ob Iubilei memoratam præparationem; misit vesperi, qui locum recognoseret, & quæ opus erant, pararet. nocte accessit ipse. ibi, arca lapidea, quæ in terram defossa erat, aperta; post precationem, stola collo inducta, ad sepulchrum abiectus, singillatim ossa illa veneranda extrahebat; & in arca serico panno intus ornata, tacitus, menteq; in sancti patris meritis defixa, componebat; astantibus canonicis nonnullis linea veste indutis, qui pio operi inserviebamus; & aliis item presbyteris, diaconisque presentibus; quorum quidam lachrymas præ animi suavitate; gaudioque tenere non poterant. Arca deinde cum ossibus posita super altare; nocturnas preces ad sancti honorem accommodatas primò re-

*Quæ prepara-
tione, & vence-
ratione sancto-
rum sacra ossa
ex sepulchro
extrahebat.*

citauimus: post etiam quæ diei illius erant addidimus. inde cum essemus profecti; canonici alij successere; & post eos alij; vt tota nocte ex sacris institutis essent, qui ibi vigilarent, & precarentur. Mane, his peractis, quæ ad supplicationem pertinebant; ex Ambrosiana Basilica, ad corpus venimus; quod ornatissimo feretro humeris portandum erat. charum onus subiere in anteriore parte Carolus, & Episcopus Salaminæ; in posteriore duo præcipua dignitate canonici. extra ecclesiam, canonici vicissim succedentes, vsque ad maiorem ecclesiam portauere, sacris, & pretiosissimis indumentis ornati omnes. multos iam dies cœlum nubibus erat, pluuiisque perturbatum: at cum efferretur sacrum corpus, magna omnium lætitia, & admiratione, serena, clarissima que luce fulsis. clerus vniuersus, hymnos, psalmosque ad rem accommodatos per choros musicæ cantabat. tubarum sonus frequens ciebat pios animorum motus. Senatus seetabatur. multitudo præterea infinita. luminum vis innumerabilis. Cum ad ecclesiam maiorem ventum esset; feretro in altari posito, Carolus de sancti laudibus concionem habuit. toto die conuenie populus ad beati parentis reliquias venerandas; immo agnoscendas; cum vel eius nomen plerique ignorarent; tum magno studio, coronis, sibi ad precandum paratis, religionis causa fere trum tangi curabant. vespere verbis ab Episcopo Salaminio ad populum apposite factis; magno concursu, in subterraneam ædem corpus delatum est. Post triduum; cum tertiaræ supplicationis gratia Carolus itidem ob Iubileum ad sancti Simpliciani cum clero venisset; aliam celebrauit translationem. Aronæ in ecclesia sanctorum Felini, & Gratiniani, quam Societati IESU traditam diximus; erant corpora sanctorum martyrum Fidelis, & Carpophori. cum eorum memoriam in oppido vix vigeret; locus certe sepulchri ignoraretur; religiosa patrum cura, in altarium inuenta sunt. Atque cum veteris, & angustæ sancti Fidelis ecclesiæ loco, quam eis olim Carolus Mediolani tradidicerat; amplam, & magnificam ex ciuium liberalitate cœpissent ædificare; ad sanctorum cultum magnificentius, & ad multorum salutem utilius fore existimarunt; si ea corpora Mediolanū transserrentur;

*Quæ ratione
sacra transfe-
rebantur reli-
quia.*

*Celum iam an-
te turbatum in
barum sacra-
rum reliqua-
rum transla-
tione clara lu-
cefulsi.*

*Aliam cele-
brates transla-
tionem Caro-
lus.*

ferrentur; & Fidelis corpus, vna cum martyrij socio in suā ædem referretur. Ea igitur ex Caroli cōsensu, qui oppidi sui rationem, augendi cultus caussa, minime habuerat, ad sancti Simpliciani ecclesiam priuatim deportata; solemnī ritu, atque apparatu ad constitutum locum transferenda erant. Carolus eò feria sexta nocte venit; reliquias composuit; diuina nocturnæ precationis officia obiit; ibi fuit donec lux appropinquaret. mane autem stata supplicatione absoluta, V. Idus mensis eiusdem, ad nouæ ecclesiæ locum eas magna celebritate transtulit; ipsis societatis clericis vmbraculum honoris causâ supra feretrum gestanti-bus. At populus Aronensis, quo inscio corpora fuerant aspor-tata, paulo post, cum id cognouisset, valde commotus, acri ad-modum studio; vt vehemens esse solet in huiusmodi genere po-pularis impetus; de recuperandis reliquiis institit; neque con-quieuit, donec eorum partem a Carolo acceptam in eandem ecclesiā Aronam referret. Addam aliam similem celebri-tatem, quæ fuit ciudem anni mense Iulio. Obsecro autem, si cui forte videbor res huiusmodi aut diligentius colligere, aut pluri-bus exponere; quam ad propositum finem intento, properanti-que gratum videatur: vt æquo animo patiatur, aliquid me re-tum nostrarum memoriæ, non sine multorum fructu concede-re; piisque nostris hominibus gratificari. Versamur etiam in hoc genere libentius, quam in Caroli rerum asperitatibus exponen-dis: quælicet constantiæ, patientiæ, sacerdotalisq; roboris con-tra aduersa omnia retinendi, exemplum Dei ministris præcla-rum præbeant; illud tamen inest molestiæ, quod res piis tempo-ribus propemodum indignas scribere necesse est. Piget explicare turbulentos quosdam motus, qui hoc ipso diuinæ placationis optatissimo tempore extiterunt. Itaque ad aliam translatio-nem veniamus. Nonnullis ante annis monachi, qui ab Oliueto monte nomen traxere, nouam ecclesiam sancti Victoris cœpe-rant, pulchram, & magnifici operis. qua perfecta, veterem, quæ proxima erat, dirui volebant. illam dico, quæ Portiana veteribus appellata est; & sancti Ambrosij litteris, actionibusque illustra-ta. sed prius sancta corpora, quibus locus abundabat, tollenda erant,

Populi Aronē-sis ob sancto-rum corpora Aroma Mediō-lanum trans-fusa commovit.


Similem ini- tius sanctarum reliquiarum solemnem cele-brationem.

erant, & in nouam ecclesiam transferenda. occasionem libenter
arripuit Carolus splendidæ translationis celebrandæ, qua & san-
ctorum reliquiis honos tribueretur, & Mediolanensium pietas

*Quo in loco sa- erga illos quoque diuinos eius custodes renouaretur. Arcæ lapi-
cre sacerent deæ erant plures ossibus plenæ, circum altare sub terram collo-
reliquia quo- rumue Sancto. cata: quæ ossa, licet neque nominibus, neque aliis signis distin-
trum.*

guerentur; aliud tamen iudicari de iis non poterat, quâm ex iis
sanctis corporibus esse, quibus eam ecclesiam esse copiosam ve-
teribus monumentis testatum est. Vna erat arca sub altari, altius
quam alia defossa: in ea corpora sanctorum Victoris martyris,
& Satyri, sancti Ambrosij fratribus, erant. his igitur omnibus pri-
mo legitime recognitis: demum **ii x. Calend. Augosti** quo die
S. Iacobi festum celebratur, Carolus ad locum, vigilandi ex in-
stituto, precandique gratia; quia postridie futura translatio erat;
se contulit. ibi nocturnis precibus de more habitis; & sancti Vi-
ctoris vita recitata; ossa omnia ita composuimus; ut septem fe-
retra portanda pararentur. Die sequenti clerus vniuersus in ma-
iore ecclesia coactus, ordine ad sancti Victoris processit: vnde
sublata sacra diuini amoris pignora, primò canonicorum, dein-
de monachorum humeris, viis apparatis, cantu ad beatorum
gloriam significandam accommodato, circumlata sunt, tanto
spatio, quantum opus erat ad longissimos sacrorum hominum
ordines producēdos; maximamque multitudinem capiendam.
quibus ad eandem ecclesiam relatis, sacro sanctæ Missæ solem-
nia celebrata sunt. reliquiae toto die in conspectu populi reliquæ,
qui frequentissimus eō, magna pietate confluit. vespere autem
*Quo modo ea- reuerso Carolo, sericis illæ pannis inuolutæ, præsentibus nota-
dem recondite. sint sacræ reli-
quia.*

riis, in capsas plumbeas reconditæ sunt. quæ Victoris, Satyri que
erant, separatim in altare maius ecclesiæ sunt illatæ. Aliæ in suis
arcis lapideis a vetere ecclesia deductis, positæ, in facello, quod
ea de eatis monachi, Carolo auctore, ad suam subterraneam
ædem addiderant; ita in variis capsis separatæ, ac in facelli
angulis, quantum fieri potuit, collocatæ sunt; vt
primò fuerant inuentæ.



D E
VITA ET REBUS GESTIS,
**CAROLI CARD.
S. PRAXEDIS ARCHI-
EPISCOPI MEDIOLANI,**

Liber Quartus.

MULTOS iam menses pestilentiae fama prouinciam Mediolanensem cum peragrat. Martio mense anni ipsius M. D. LXXVI. ad vicum quendam prope Aronam demum ipsa operuerit. eò statim missi qui consulerent : vrbs custodita : exteri sine testimonio non admissi. At cum placitum est Deo; eam propius accedere; vrbemque ingredi; siue ad multorum peccata vindicandas siue ad exercendam, aut vero remunerandam honorum virtutem; siue ad illustrandam charitatem, vigilantiamque Sacerdotis sui : aditum facile per omnes custodias inuenit. Mense igitur Iulio extremo, religiosissimis exercitationibus illis, supplicationibusq; peractis; in ipsa vrbte deprehensa pestilentia est. Tum Magistratus; ille praesertim, qui publicae sanitati praest; maiorem diligentiam adhibere; custodiam augere; aditus non modo in vrbem, sed etiam in prouinciam diligentius obseruare. at malum manabat in dies; & dum illi vel aliud esse morbi genus demonstrare, vel secretum habere omni ratione conarentur; magis ac magis sese prodebat, latiusq; fundebatur. multi, affecta iam prope aestate, nihil, in proximos

R menses,

Peste vrbem
ingressa, quid
Carolus, alij
que prouidere
cooperint.
CAP VT. I.

menses, totamque h̄yemē timendum affirmabant. Carolus autem, tamquam in specula collocatus, imminentem tristissimi temporis tempestatem, & si sic expediret, a suis enixe deprebatur, & multis tamen prædicebat, nam & latis multas cernebat plagarum, grauesq; caussas: & Præfectos videbat, aliorumq; reatores de humanis remediis valde sollicitos; diuina ipsa, quibus potissimum spes hominis christiani niti debet; minime quærere; vt oportebat. immo ipsa quicquid humanæ diligentia officia minus integre, perfecteque præstare; sed quasi stupore quodam oppressos rei nouitate teneri, atque hastare. id ille maxima & calamitatis brevi futuræ indicium sibi videri dicebat. Ea de caussa statuit Brixie visitationem eo anno omittere: immo ab vrbe penitus non discedere, donec rei exitum aliquem videret. tantum ea perficienda diligenter in vrbe curauit, quæ Salaminæ Episcopus per ecclesias facienda decreuerat. qua in re, quod ita esset ceteris eius occupationibus commodius; consumebat meridianum tempus; & maximos calores contemnens, vrbis ecclesias quotidie singillatim adibat. iam pedibus instituetat ire: neque id in vrbe solum; sed in agro etiam, dum itinere breui singulos vicos obiret: quamquam hoc non tenuit semper, quod nimis incommodum, laboriosumque suis esse videret, ea ratione iter facere. Publicæ supplicationes postea tamen diuinæ iræ placandas gratia, ter ad consuetas ecclesias de more habitæ sunt. quarum caussa cum Carolus, Gubertiatore, Senatu, aliisque magistratibus præsentibus, concessionem haberet ad populum; oblata occasione reprehendit eos, quod tam sero ea quæsissent, quæ certissima sunt humanorum malorum remedia; cum alioqui tā vehementer suæ custodiæ confidissent; & eius caussa pios illos conuentus præpropera festinatione prohibuerent. Sed illud quoque obiecit, dum catissimas diuinæ castigationis percenseret, quod piarum societatum optimæ exercitationes iamdiu sine causa impeditæ, adhuc eodem statu tenerentur. quæ res magnam hominum multitudinem a salutaribus rebus auerterat, quæ ad Deum placandum plurimum valerent; vt ad voluptates, vitiaq; conuerteretur, quæ diuinæ prouocarent animaduersiones. Manabat

*Praefecti non
caſasim pra-
ſtant qua do-
bene.*

*Publicas sup-
plicationes ad
Dei iram pla-
candam cele-
brat Carolus,
conciuēm ha-
bet, multos gra-
uiter reprehē-
dit.*

nabat autem iam latius pestilentia; grauiterq; suburbium, quod *Latium graffata*
est ad Comensem portam affligere cœperat: & in ipsa quoque *urbis pestilentia.*
vrbe multas inuaserat domos. Campus est ad orientis portæ ex-
tra moenia latissimus, & in quadrum redactus. ædificia circum
extructa, ad eos qui tali morbo laborant separatim recipiendos,
locis quam plurimis distincta sunt: & fluualis aquæ riuo cingun-
rur. in medio campo facellum S. Gregorio dicatum; quo nomi-
nac locus ipse solet appellari. Qui rebus eiusmodi curandis præ-
fecti erant, recte quidem suspecta valetudine homines, aut suis
ædibus inclusos esse; aut extractos, per homines mercede con-
ductos, in S. Gregorij locum deduci iubebant. Sed nec dum villa
peneratio inita erat, qua vel ad curationem ægrotorum, vel ad
pauperum victimum, necessaria suppeditarentur. immo ædificia
quoque longo tempore vacua, ita ab omni habitationis cōmo-
ditate deserta erant, vt nihil praeter nudos parietes relictū esset.
Itaque non morbo tantum miseri, qui eo adigebantur; sed fame,
aliisque incommodis multis grauiter premebantur. omnino in-
ter se curari, inter se consolatione leniri, eos op̄ortebat; & quæ
ad vitam necessaria erant, a cognatis, si haberent, & misererentur,
accipere. Sed quod grauissimum erat, nulla sacra erant pa-
rata; nulla sacrorum hominum consolatio. vbi plures cognatione
coniuncti eodem loco simulerant; vt quisque ante alios
moriebatur, ita necesse erat a superstitibus sepeliri; & qui eius-
modi beneficium aliis dederat, ipsum paulo post ab aliis accipe-
re: augescente mirum in modū, ex aliorum, præscriptim charissi-
morum miseria, extremisque ærumnis; propriæ calamitatis do-
lore. Cum hæc ita cœpta essent; neque enim magnus adhuc erat
numerus; Carolū ipsum multi hortabantur, vt aliquo secederet. *Carolus &c alio*
secederet hortantur multis,
cum autem religiosos, doctosq; viros de se consuléret; quamuis *sed frustra.*
eos commendarent, qui in eo se charitatis officio olim exercuis-
sent; non consentiebant tamen, vt vitæ periculum adiret ipse.
tantum adesset, prouideret, cōsuleret, pro rerum euentu, & ne-
cessitate: verum a cōtaetu caueret omnino. id q̄ paterna miseri-
cordia alienū, & factu difficile videbatur. nam & quotiescumq;
domo ille exiret; multitudo periculo territa, quasi opem implo-
rans,

rans, ad eum ut ad patrem accurrebat. propius positis genibus, vestimenta tangebant, & quibus tetigerant, manus osculabantur: quæ pietas, cautionis gratia, modo poterat cohiberi? Eos igitur sibi agendi terminos minime constituendos: sed pastoris officia omnia iam sibi suscipienda; & in suorum salutem omni studio, atq; opera esse incumbendum existimauit. Quid animo suo; quid in cubiculum suum abditus fecerit; neque scimus; & facile tamen ex iis quæ apparuerunt, assèqui possumus coniectura.

*Ad mortem ob-
eundam para-
tua testamenū
facit.*

*Miseris peccatis
morbo infectis
paterno subven-
nit.*

*Miserandum
spectaculum.*

*Carolus ægros
consolatur.*

*Morore affici-
tur magno.*

Ad mortem certe obeundam, perspicue paratus, etiam testamentum fecit, in quo hæreditate ad hospitium pauperum Mediolanense delata, multa pie legauit, ecclesiæ, amicis, & familiariibus. Tum ad gregem suum sine mora conuersus, miseris illis ad Gregorianas ædes derelictis cœpit subuenire; & ex domo sua, quæres ad vitam erant necessariæ, eas quotidie mittere. tum vero eleemosynas in vrbe, foris, atque adeo extra prouinciam corrogare; a clericis, monachisque qui abundarent, petere; vt illos, aliosque per vrbem in egestate positos subleuaret. Quamuis autem maxime doleret, suos rebus ad viëtum necessariis destitui; multò magis tamen angebatur; quòd sacra subsidia, extremaeq; ipsæ ad salutem subleuationes decessent. Vidi equidem miserrima, cum Carolum ad sancti Gregorij ædes Diaconus sectus sum; quòd ille ad ægrorum acerbitates certius cognoscendas, accesserat. Cum locum extrinsecus circumiremus; eiulabat illi; & ad fenestras sese proliuentes, calamitates deplorabant suas. alijs ex tabe concepta; alijs ex propinquo mortuo, animalium in eius conspectu trahente, gemitus edebat sane miserabiles. hic vitæ incommoda; ille diuinarum rerum inopiam lamentabatur. Cum ab omni alio subsidio destitutissimus, ô Pater, clamitabant, tu nobis saltem benedicas. Carolus ægros tunc quidem quantum potuit, humanissime consolatus est: sed dominum reuersus, vix e publico se conspectu receperat, cum parte nixus; magno cum mœrore, Vidistisne, inquit, miserrimam illorum conditionem? humanis commodis omnibus spoliati, tristissimis casibus, doloribusque afflitti, ipsa etiam rerum diuinarum ope destituuntur: nec est sacerdos, qui tantus casus miseratus,

seratus, opem ferre velit, vnum scio, periculo meo eos in discrimine esse: nisi alia ratione Dei clementia subuenerit; quid mihi faciendum sit, constitutum habeo. Significauit sine dubio, si alij nollent; suo se ministerio voluisse miseris opitulari. Ac varios ille quidem sacerdotes cœpit tentare, si tam misere desertos iuuare vellent. vnuſque oblatus est; qui confessiones quidem ægrotorum audiret, & sacroſanctam Eucharistiam præberet; sed vngere tamen rite recusaret. at optimum, diuino spiritu adiutus, consilium cœpit. in eam partem dioecesis Mediolanensis misit, quæ Heluetiis in profanis paret; indeq; non modo presbyterum, qui sacra omnia præberet; sed alios quoque accersiuit, qui operā suam in tali calamitate, mortis metu posthabito, locarent. gentis enim animi ob colluusionis frequentiam, consuetudinemque firmati ita obduruerunt: vt nihil, aut non magnopere pestilentiae contagium timeant; seque inter se inuisant, curent, funera prosequantur; cautionesque fere, quasi turpe aliquid, fugiant. Cum coenobitas deinde aliquos; plurimis enim opus erat administris; ad id munus inuitasset; alij non omnino recusarunt; alij aperte promiserunt; si suorum praefectorum auctoritas accederet. Non parua erat in parochorum officio difficultas. plerique enim periculum subire recusabant; atque adeo iure cogi se non posse etiam contendebant. verum Bernardinus Figinus; commemoranda est enim singularis boni presbyteri virtus; quamquam magna vis morbi magnaque multitudo erat in Comensi porta, qua cura illius continebatur; partes suas ab initio usque misericordi, fortique animo egit.

Hæc cum ita essent; summum Pontificem sibi in primis consulendum Carolus statuit; neque enim adhuc Romæ refutabantur litteræ Mediolanenses. Quid de parochis agendum cœset, per Carniliam consuluit: quidque ipse ex piorum, doctorumque virorum sententia existimaret, exposuit. Postulauit, vt auctoritate Pontifica posset homines regulares; quos mala mente claustris suis ad tale obsequium, periculumque exire velle, verisimile non erat; alienosque clericos, etiam suorum Anti-

stitum in fluxu; volentes tamen, ad ægrotorum ministerium admittere: varia apostolicæ indulgentiæ genera, etiam quæ summa sunt, pro ratione, modoque obscuris, ministeriue, iis propponere, ac impartiri, qui ægrorum curationi, salutique animi, & corporis varic inservirent: veniam pœnitentibus quorumcumque criminum dare; & quibuslibet animæ vinculis sacros homines liberare; quorum caussa ad Romanæ Sedis auctoritatem configere necesse est: coronis, calculisq; benedicere, quibus precantes varia indulgentiæ dona consequerentur. consuluit item, an ad pauperes subleuandos, bonis ad alias pios vñsus relictis, & quatenus, vti deberet; & ea de re facultatem petiit, etiam si alienatione bonorum immobilium opus esset, litteras quoque Pontificias ad populum; quibus ad calamitatem christiana mente sustinendam; & ad charitatis officia, ægris amanter præstanda, incenderentur. Præterea, quò mortis casum omni ratione leuiorem iis faceret, quos ad ministrandum aliis inuitabat; postulauit, vt Missis in facello sancti Gregorij faciendis, ita mortuis suffragari sacerdotes possent; vt qui Romæ in insigni illo altari sancti Gregorij faciunt. Concessiones autem non sibi tantum, cui aliquid humanitus accidere poterat; sed alij quoque, qui in ecclesiæ administratione succederet, poposcit. Demum supplex petiit; quidquid in omni cura, & administratione, quam sibi proposuerat aggredieretur, & ficeret; id vt bene, feliciterque sibi, aliisque eueniret, sumimus Pater precaretur: & quas pro aliis venias, facultatesque petebat, eas itidem sibi iubere posset adhiberi. Annuit Pontifex Caroli postulatis, alia litteris quamprimum mittendis comprehendendi; alia consultanda Carniliæ mandauit. qui tamen antequam ea conficerentur, vir optimus, optimo vitæ fine, requieuit. Sed rescripsit prius Pontificis verbis; laudare se Caroli animum, tum metu vacuum; tum vero ardentius incensum charitate gregis sui, quem si cuti nullo modo deterrebat, quin præsens omnium saluti diligenter consulere studeret; ita hortabatur, ne ipse illa facile cum vitæ periculo obiret, quibus exequendis aliorum opera sufficeret, maximum cñim immensæ multitudini præsidium, in eius

*Caroli postula-
tis annuit Pon-
tifex.*

*Eius animi
magnitudo a
Pontifice lan-
datur.*

eius vita esse possum; quæ si deficeret; omnia, vt videbatur, miserrima strage perculsa, & prostrata fore. Neque pro sua tantum; sed pro aliis quoque prouinciæ ecclesiis, quibus imminebat malum, Carolus Romæ egit; vt ea item ratione Episcopos ad charitatem, fortitudinemque in eo genere adhibendam impelleret. Interea clero conuocato, animos omnium confirmauit: *Clerum ad a-*
grotes iuuando-
dos hortatur
omnium quo-
animos confir-
matus.
Vrbis regiones
distribuit.
Viros nobiles
qui alio secesserant ad se
auocas.

quæ partes essent hominum diuinis obsequiis addictorum, diligenter monuit. ad ægrotos in tanta rerum omnium inopia studiose iuuandos vehementer cohortatus est: Quibusdam ex primariis certas vrbis regiones assignauit; vt quæ opus esse videret, suo quisque loco, diligenter pro tributa auctoritate curarent, aut Carolo ipsis denunciarent. Atque cum ex vrbe in castella, viliaq; quam maxime a periculo remotas, nobiles viri, & alij quoque omnes, quicumque perfugij aliquid habebant, passim dilaberentur: plurimos ad se vocatos, qui reipublicæ vsui esse poterant, in vrbe detinere, & ad patriæ charitatem præstandam diuinis verbis incendere studuit. quosdam, vt firmius teneret, piis operibus variis in ea calamitate necessariis præfecit. Præfectos autem assidue confirmabat, stimulabatque, vt afflicti rebus melius consulerent; nunc ad se vocando; nunc ad ea loca adducendo, vbi præsentes mala, miseriaisque cernerent; frequenter etiam ad eos mittendo. Clericum in consultationibus eorum semper adesse curabat. qui sanitati præsunt publica auctoritate conservandæ; vt potestatis vtriusque gubernatio apte ordinata conueniret; & ad subueniendū esset accommodatior. Hi magistratus, *Magistratus*
perturbatio.
& prefecti, tum qui ciuitatis in consilio erant, primò quidem inuisitata, & tunc inexpectata tempestate perturbati; simul ea re impediri; quod, Regis ne, an ciuitatis sumptu, qui maximus futurus erat, tanta prouidentia essent, disceptatio erat; officij sui partes non satis, vt diximus, agere potuerunt. at cum sese colligentes, negotium serio susceperunt; rem omnem ipsis quoque magna diligentia, vt inferius apparebit; magnaque prudentia gessere. qua de re qui eorum negligentiam, & tarditatem, primò de suggestu religiosi viri grauiter increpauerant; atque adeo crudelitatis nomine dure accusauerant; postea mirifice laudarunt;

Mediolanenses runt; prædicaruntque, Mediolanenses tarditatem magno vir-
laudantur. *tutis cumulo compensare. Gubernatorem præterea ipsum Ca-*
Gubernatorem *rolus grauiter monebat; vt in tanto amplissimæ ciuitatis pericu-*
monet Carolus. *lo, & pene imminentि exitio, quæ opus essent, prouideret; ci-*
uium fugæ modum poneret; egenis curaret subueniri, nam in
dies morbus magis ac magis cum ingrauesceret; eorum numer-
rus, quos ex vrbe quotidie magistratus educi, & in sancti Grego-
rij locum coniici iubebant, præter modum augebatur, & cum
eo maxime rerum omnium egestas crescebat. Conquiri etiam
Veterum ex- studiose veterum scripta curauit; quibus degregea Pastoribus,
empla conquisti- & præfectis in calamitate non deserendo, præsertim pestilenti
curat, qui in calamitatibus tempore, disputatur: exempla item eorum profecti, qui tali tem-
gregem non de- pore curam ægrotorum, contempto mortis periculo, suscep-
erunt suum. *erant. atque omnia libello comprehendendi, edique iussit; vt præci-*
pnuus aliquis pietatis ardor in hominum, præsertim sacrorum
mentibus, Dei spiritu in primis agente, concitaretur; & ad con-
temnenda mortis pericula pij mortales acrius inducerentur. ha-
buit in hoc genere ab Episcopis suis Mediolanensibus exempli
aliquid ad imitandum. sed iis præcipue delectatus est; quæ, vt est
apud Eusebium, Dionysius Alexandriæ Episcopus narrat: ægros
grauissimo pestis tempore, ab christianis omni charitatis officio
adiutos; non solum presbyteris, & diaconis; sed laicis quoque:
qui quidem iacentibus affidentes, hilare ministrabant, & mor-
bum etiam contrahebant: ipsa cadavera lauantes, ornantes, &
funebri linteo inuoluentes, immo etiam humeris portantes, li-
benter vnâ cum fratribus suis mortem oppetebant: cõque li-
bentius, quò genus mortis a martyrij laude nihil abesse existi-
mabant. cum interim gentiles homines miserabiliter se inui-
cem desererent; vir vxorem, vxor virum; filij parentes, parentes
ipſi natos suos.

Mendicis, de-
stutitisque aliis
subuenit.

C A P. III.

C v m essent omnium animi tam tristis euentus expectatio-
 ne suspensi; nullusque iam esset mercaturæ, artificiue quæstus:
 suam quisque domum ad quam paucissimos redigere studebat,
 quia & sumptus diutius ita suppeteret; & in minori numero, mi-
 nus

nus periculum futurum erat contagionis. Itaque & patritij famulos, famulasque; & mercatores, artificesq; operarios, quotquot poterant, missos faciebant. illi autem, neque suo labore, neque aliorum liberalitate viuere poterant: prouincia decedere, nisi certo vitæ discrimine, per finitimos non licebat; tecto etiam ipso carebant. Atque alij quidem, vitæ periculum contemnentes, vt vitam tuerentur; aut si minus possent viuere, honeste saltem occumberent; operam suam ægrotis, cadaueribus que deducendis; rebus quoque igne, & aqua purgandis, publice locauerunt. alij agmine facto, ad Carolum, tamquam egenorum patrem, omnes communi consilio configurerunt. quibus item se socios addiderunt mendici multi, qui ostiatim queritare vi-
etum solebant. Carolus, quamquam de tot hominum inopia iam solitus erat, quod humano iudicio diu sustentari posse nullo modo videbantur; egregia tamen illa sua fiducia confirmatus, de iis subleuandis animo cogitare cœpit. post multa ver- fata, cum in primis tecto, eoque amplio opus esset; venit in men- tem magnarum ædium quas in via Romana, septimo ab urbe la-
pide, Franciscus Gallorū Rex ante annos circiter sexaginta con- struxit; victoriæ illius monimentum, quam de ferocissima Hel- uetiorum multitudine, pro Mediolanensi Duce Maximiano pu- gnante, reportauerat: qua de re eas Victoriarum etiam nomine ap- pellauit. quas quidem ædes, cum adiuncto agro, Carolus olim, cum nescio qua ratione obtinuissest, pro ea parte, quæ ad eū per- tinebat, primario pauperum hospitio donauerat. eò igitur gre- gem miserabilem misit; supellecilem ad vitæ necessitatē sup- peditauit; mares a fœminis disiunctos haberi iussit; certas pre- candi exercitationes, horasque præscripsit: religiosos viros laicos, & sacros, præsertim quos vocant Capucinos præfecit; qui eorum res curarēt; & multititudinem malis fere artibus assuetam in officio continerent. vt autem facilius, & otij malum arcere- tur, & vnde viuerent suppeteret; ad vicos, villasque, quæ circum essent turmatim eos educi quotidie præfectorum cura iussit; & eleemosynas passim queritare. ordine autem quæq; turma cru- cem sequebatur, & litaniæ in via operam dabat. ac, tametsi in-

*Multi famu-
los, & opera-
rios missos fa-
ciunt.*

*Ad Carolum
configuranti do-
minorum sub-
sidia destituta.*

*Caroli con-
silia pro bis
misericordia
charitas,
et prouidentia.*

Quaratione in officio continuo annis. credibile visum fuerat, de tali hominum genere; sine flagitio ferre, toto pestilentiae tempore, quietam in eo loco vitam egerunt. id fecit indigentia; fecit eorum, qui praeerant diligentia; & poenæ item metus: nam ad eos, qui delinquissent, puniendos, iudicem suum mittebat Carolus, quemadmodum cum Senatu conuerterat; qui homines castigari, & virgis etiam cædi iuberet. Ipse quoque præsens interdum eorum res cognoscebat: tum ex Archiepiscopali domo, licet inopi iam, peneq; exinanita, eleemosynarum subsidio deficiente, quæ opus essent, & suppeditabant, petere, atque asportare iubebat. Fuerunt autem ij circiter trecenti. Verum cum hyeme ingrauescente homines semiuersitati maxime algerent; memorabile fuit Caroli factum; qui cum aliud non haberet; velaria, quibus ex simplici laneo panno, nulla textili pictura, ad parietes vestiædos vtebatur: item conopea, veila, stragula; quibus ex eadem materia, & opere, operiri lectos, ostia obtendi, mensas sterni opus erat; omnia concidi iussit; & ex iis duplices vestes quamplurimas cum caputio fieri, singulisque tradi. vt iucundum, pietatisque plenissimum spectaculum, multitudo pauperum, marium, foeminarumq; præberet; purpureis, violaceis, viridibus, pullisque vestibus, olim ad amplitudinem comparatis, varie induita. scio ex eiusmodi supellecili nihil reliquum in Caroli domo fuisse, præter vnum viride, & vile conopeum, nescio quo casu omissum: & cannabinum item stragulum viride, quod laneo panno fuerat subsutum; quod in ea ipsa mensa stratum Carolus habuit, qua legendo, scribendoue vtebatur: neque vñquam postea mutauit; sicuti neque pannos parietum, neque stragula ostiorum vñquam restitui, vsq; ad mortem passus est. Sed ne aliis quidem rebus ullis tali tempore percit. vestes, caligasque, necessariis tantum retentis, aut donauit; aut vendidit, vt pretium pauperibus daret. pelliceas vero vestes ita alienauit; vt vsum eiusmodi sibi in perpetuum interdicteret. omnino domus tota rebus iis omnibus exhausta est; quæ sibi, familiæq; prorsus ad vitam necessariæ non essent. nam Carolus ipse cellas ingressus, ne quid forte contra eius voluntatem reseruaretur, inspectis receptaculis, omnia extrahi iussit. pecunia

*Caroli factum
memorabile
in vestiendis
pauperibus.*

*Iucundum pie-
tatis spectacu-
lum.*

nia quoq[ue] multa mutuò accepta; quæ non nisi ex sequentium
annorum fructibus solui posset. quin ea ipsa quandoque penitus
defuit; cumque nihil suppeteret, vnde necessaria emerentur, &
nox iam esset; magnum pecuniæ numerum, pro consueta in ele-
emosynis dandis magnificentia, Cusani fratres Pomponius, &
Augustinus misere: vt ob illam, præclarasque alias virtutes, Au-
gustinum in sacro sanctum Ecclesiæ catholicæ Senatum coopta-
tum, non solum Mediolanensis, sed Ecclesia quoque læetur v-
niuersa. ac non ciues solum, sed exteri etiam multi quæ pauperi-
bus dare statuebant, eaque magni momenti, mittebant ad Ca-
xolum, quem optime omnium distribuere sciebant.

I A M pluribus locis tacta morbo ciuitas, in tantum pericu-
lum adducta erat; vt quasi multis partibus iniecto igne, subito,
atque horribili incendio conflagratura videretur. prudentes cer-
te, patriæque amatores viri summopere dolebant; breui fore, vt
amplissima ciuitas, morbo, luctuque confecta miserrime conci-
deret; & ciuium internectione vastata, in solitudinem propemo-
dum, vt antea simili ex morbo, redigeretur, multitudo namque
populi maxima est: insigni numero plebs, & vulgus; genus homi-
num ad contagium maxime accommodatum, ob confertissi-
mam habitationem, & fordes: qui si non pestilentia, fame certe
breui interituri videbantur. solent enim ex quotidiano quæstu
viuere; cui tunc locus non erat. & si quid supersit; in vestimenta
potius, etiam quæ longe eorum statum superant; quam in res ad
paulò diuturniorem viatum parandas, malūt insumere. Is cum
esset prudentium virorum sensus, ne Carolus quidem, nisi Do-
minus præcipua aliqua, atque admirabili ratione subueniret, a-
liud fore existimabat. Attamen litteris a Pontifice interim, &
concessionibus allatis; alaci, promptoque animo, Deo fretus,
& charitatis stimulis concitatus, ad reliquam afflictæ ciuitatis
curam aggressus est. Atque Parochos, quamuis de eorum debi-
tis populo officiis adhuc definitum non esset; grauium tamen
scriptorum sententiam fecutus, iussit consistere; ægrotis suæ pa-
roœiæ adesse; sanctaque, pœnitentiæ saltem, & Eucharistiæ

S 2 sacra-

*Sacmenta
peste corruptis
ministrari cun-
rato.*

sacmenta ministrare. qui resisteret multauit; quosdam etiam in carcerem coniecit: quamquam plerique minime coacti, ac satis fortiter in vrbe, totaque diœcesi, officij sui munera tandem obierunt: quidam etiam sponte extremam vñctionem moribundis adhibuerunt. Cum autem artifia varia, mortis metu industriam acuente, quidam inuenirent; quibus sanctissimam Eucharistiam, vel longe, vel teœti morbo affectis præberent: nullum adhiberi Carolus passus est; sed manu libere porrigi sacro-sanctum cibum omnino statuit. At etiam decentes cautiones & probauit, & docuit: veluti, vt contra ægroti spiritum sacerdos vultu non consisteret; sed eum commode semper declinaret: vt inter eum, ægrumque poneretur ignis, cuius vi, que in aëre esset, tabes absumeretur: digitos statim post ministerium, vel aceto, vel accensi cerei flamma purgaret: indumentorum suorū, ægrumque contactum stadiose caueret; sua etiam statim mutaret, purgariue curaret; & alia eiusmodi: Baptismum quoque, non merrando, vt Ambrosiani ritus est, sed aquā infundendo ministrari concessit. Impetrata deinde Apostolica præmia, vt iam inciperet impartiri, populumque iam totum ad diuinum auxilium implorandum, Deumque in primis placandum conuerteret; publicas supplicationes indixit. Litteris editis populum vehementer cohortatus est, vt vere iam, totoque animo ageret; iejunium cum supplicatione coniungeret; quam frequentissimus conueniret; & quæcumque posset, etiam extrinsecus, abiectionis, & pœnitentia indicia ex animo daret: tum vero pauperum misericordiam quantum posset, quisque subleuaret; & proximo die dominico, postridie nonas Octobris, sanctissimam Eucharistiam, peccata confessus perciperet. qui id facerent, iis auctoritate Pontificia plenissimam peccatorum veniam concessit. monuit diem illum sacrosanctæ communicationi dictum, diuino beneficio, eoq; singulari insignem esse; in quo ante annos septem Dominus admirabilē contra Turcas victoriam ad Echinadas largitus erat: proinde noua quoq; sperarent diuinę clemetię beneficia. Quoniam vero supplicationum gratia magnū esse conuētum oportebat; verebantur maxime qui humano iudicio ducebantur, ne pestifera

*Publicas sup-
plicationes im-
dicavit, populum
vt ad Deum
ex corde con-
vertatur, sedu-
lue monet.*

*Indulgencias
auctoritate
Pontificia qui-
bus impertia-
tur.*

pestifera contagio, morbusque magnopere augeretur: Ideoque Magistratus rem minime probabant; neque tamen, tanto immi-
 nente diuinę animaduersiōnis periculo, magnopere resistebant.
 & vero etiam rebus iam in summum pene periculum adductis,
 non valde periclitari ea in re ciuitas videbatur. Carolus igitur in
 eo perstitit, vt ad supplicationes conueniretur. tēpus enim iam
 tandem videbatur; cum ab humanis consiliis, diligentiaque mi-
 nime penderent. vim publicæ, ac coniunctæ precationis non ig-
 norabat; populo præsertim afflito, salutariterque commoto:
 simul exemplis maiorum confirmabatur, tum domesticis, tum
 externis. nam & in simili causa S. Gregorium ita suassisce scie-
 bat. & ciuitatem Mediolanensem, acceperat, cum olim triennio
 peste laborasset, neque liberationis spes ostenderetur; ad extre-
 mum omni multitudine conueniente, religioseque ter suppli-
 catum ad statas ecclesias eunte, subito, mirabiliterque liberatā.
 minus vero erat incommodi, quia fœminæ, puerique incautio-
 ra capita, domo prodire iam edicto vetiti erant. Feria quarta
 cum cleris, populusque frequentissimus in maiorem Basilicam
 conuenisset; vt ad sancti Ambrosij supplicatum iretur: priusquā
 in viam se darent, Carolus cineres, stata pœnitentiæ significa-
 tione, singulis imponebat: capita vero plerique, & ipsi quoque
 Magistratus, lachrymantibus submittebant. Iuit Carolus cappa, vt
 appellant, funesta vestitus; cuius caputio caput induerat; postre-
 mamque partem ex instituto prolixam, nemine sustinente tra-
 hebat. nudis erat pedibus: funem collo, vt damnatis mos est,
 circumdederat: magnam Crucifixi imaginē cerebat; quam fixis
 oculis progrediens perpetuo intuebatur. omnino veluti reus
 sordidatus, supplex veniam pro suis charissimis filiis petebat. ne-
 que dubito quin iam tum initio pro eorum salute, vitam suam
 obtulerit: qui postea publice verbis, & factis declarauit pro eis
 se deuouisse: vt illius boni Pastoris fungeretur officio, qui ani-
 mam suam dat pro ouibus suis. simili habitu fuerunt canonici.
 immo plerique sacri viri, plurimi etiam laici, cum de eo, quod
 Carolus facturus erat, fama percrebuisse, nudis pedibus vene-
 runt; cūm funibus item collo aptatis; paruisque crucibus, quas

*Magistratus
publicas sup-
plicationes non
probavat Caroli
sic senten-
tia.*

*Cineres singu-
lorum capi-
bus imponit &
lugubrem ve-
stem induit
aliquae pani-
tentia signa
obendit.*

manu tenebant. In Ambrosiana Basilica concionem de sugge-
stu habuit; in qua themate illo ex Ieremia proposito, Quomodo
sedet sola ciuitas plena populo; ex tanta, tamque repentina am-
plissimæ ciuitatis mutatione, rerum humanarum inconstantiâ,
cœlestiumque irarum vim ante oculos ponere; populumque ad
errata, sceleraque sua deflenda, & calamitatem salutariter feren-
dam; tum vero virtus rationes melius instituendas, incitare cura-
uit. Antea sœpe ille quidem ad populum verba facere solitus fue-
rat; sed licet religiosi viri quandoque suasissent, suggestum con-
*In dīni Am-
brosij Basili-
ca suggeſtum con-
ſcenderat ad po-
pulum concio-
nem habebat.*
ſcenderat numquam; concionemque habuerat ad altare fe-
dens. at tali tempore fecit calamitatis, periculique magnitudo;
tum pia, quæ animis omnium inerat, affectio, communisque
dolor; qui propius, & clarius ex superiori loco consolatione le-
niendus erat; vt eò tunc ascenderet; ac eiusmodi loco postea
pergeret semper concionari. Itaque tunc modestissimo habitu di-
cens, Dei spiritu in primis incitante, concionem adeo commo-
uit; vt omnes fere in fletum adduceret. & cum initio plerique
separati, ab aliis tangendis cauerent; postea nulla periculi habi-
ta ratione, confertim ad suggestum propius accedere, audiendi

Exdem alia die studio conabantur. Feria sexta ad sanctum Nazarium litanie
in ecclesia san-
cti Nazarij
prefas officia. fuit; vbi eodem modo, ex illo Chaldaei Regis somnio, de proce-
ra, pulcherrimaq; arbore; cuius copiosissimis fructibus, ramis,
vmbraque commodissime animalium genera omnia vtebatur;
quæ mox ita succidi, & dissipari iussa est, vt radices tantum ma-
nerent: populum suum ad vitia recognoscenda impulit, quibus
in sua maxima opulentia seruierat; vt ea ratione quemadmodū
par erat, improbata; noua iam, & utiliora sibi consilia propone-
ret, quibus a Deo veniam posset impetrare. Sabbato itum est ad

*Ad dīni Ma-
ria qua eft ad
sanctum Cel-
sum eadē ter-
eo prefato.* celeberrimam beatissimæ Virginis ecclesiam, apud alias veterem S. Celso dicatam. pia sodalitia tunc ex instituto veteri, contra quam Gubernator olim iusserat, opera facie conuenerunt. illud etiam amplius factum; vt ex omnibus ecclesiis, quæ com-
mode potuerunt, sacræ reliquiæ elatae cum luminibus portaren-
tur, ad animos magis commouendos. Tunc quoq; de sacrofan-
cti illius clavi memoria renouanda Carolus constituit; quem ab
S. Helena

S. Helena in frœnum redactū fuisse, tum alii narrant, tum S. Am- *Def sancti Clas-
renouanda me-
moriam statuer.
Quonodo in
Basilicam ma-
iorem sit trans-
latum quone lo-
co collocatus sit*
brosius in primis: Eum clauum Carolus alter Mediolanensis Ar-
chiepiscopus, vniuerso clero comitante, maximaq; populi fre-
quentia, se ad maiorem Basilicam anno M. CCCC. LXI. **XIII.** Cal. Aprilis, ab antiqua ecclesia S. Teclæ, transtulisse testatur. de
qua ecclesia tollenda, eiusq; clero, rebusque in ipsam maiorem
Basilicam transferendis, idem ipse sententiam tulerat. Fuit cla-
uus ad hoc tempus excelsō loco in summo fornice, ad ipsius ec-
clesiæ caput collocatus. & quamuis lampades quinq; ante illum
perpetuō collucerent; non satis tamē decore affixus, paucorum
etia veneratione, memoriaq; tam sancta res, tamq; insigne Chri-
sti Domini sanctissimæ, atque acerbissimæ passionis instrumen-
tum, colebatur. Clavum igitur per sacros homines machinis in *Clavum am-
sublime tractos, sabbato abstulit; & amplæ cruci apte insertum pla cruci inser-
portauit, summa populi totius approbatione, religioneq;. eo die supplicatione
occasione ex clavo accepta, de clementissimi Domini erga mor- poras Carolus.*
tales benignitate dixit; & propositis, quæ pro eis acerbissima
percessus est; ad diuinam misericordiam implorandam vche-
menter eosdem excitauit; & ad omnia bene speranda confir-
mauit. ferrum sacro sanctum non statim ad locum suum referri;
sed omnibus propositū esse constituit, in altari quadraginta ho-
ris venerādum: vt ad salutis suæ negotium procurandum tota ci-
uitas eo spatio conueniens; proximo rei sanctissimæ aspectu ve-
hementius afficeretur. Deinde antequā reponeretur, aliam cele-
brauit litaniam; eumq; longissima via tulit, cum vniuerso itidē *Aliam cele-
brando processio-*
clero, & populo ad celebriora loca sex, quæ Pontiū nomine præ- *nem clavum
cipias ante portas ex veteri vrbis situ, appellantur. Mirum fuit, codem modo
ciuitatem vniuersam, quasi contagij metu solutam, libenter, stu-
dioseq; omnibus iis diebus ad supplications cōuenire. q; ei tam* *Vniuersa ciuit-
tas simul ad
hac supplica-
tiones conuenie-
ritur.*
feliciter euenit; vt in tanto hominū conuentu, eoq; sæpe repeti-
to, cum etiam cœlū humidum esset, & graue: non modo nemo
in ipsa via ceciderit, sed nihil acciderit omnino, ex quo auctum
esse cōtagium appareret. quod magis mirū videatur, si cum illius
litaniae euētu, quæ S. Gregorij suau Romæ, vt modo tetigimus,
habita est, cōferatur: quæ quidem cum non vna, vniuersæ cœtus,

sed

Supplicationū finem non facit Carolus, & alia pia inspi- tuss exercitia. sed septemplicis fuisse tradatur: vnius tamen horæ spatio octo-ginta homines in ipsa via interierunt. Sed Deus perpetuò clemens, ex caussis, quæ nobis ignotæ sunt, non eadem semper tamen vtitur miserendi ratione. Diuinorum autem supplicatio-num finem Carolus minime faciens, præscripsit præterea colle-gio maioris ecclesiæ, vt secunda quaque hebdomadæ feria ad Ambrosianam Basilicam supplicatum iret: reliquo clero vnu-uerso; vt præterid, quod in ecclesia sua facere quisque debebat, quotidie in certas partes distributus, vna cum populo, veniret supplex ad ecclesiam maiorem. In ecclesiis itidem externis ad eandem rationem precationes varias mandauit: vt in vrbe, & foris, mane, meridie, vespere; neque solum in ecclesia, sed domi, vel in via propter eos qui inclusi erant, perpetua fere esset sup-plicatio. quæ quidem exercitationes iubebat fœminis a maribus separatis, vbi opus erat, haberi: fœminasque semper velato ca-pite conuenire. formulas etiam precationum ad eam rem, tum alias, tum in Missæ sacro adhibendas edidit. quæ omnia singilla-tim persequi nolumus; ne cui forte narratio molesta sit: præser-tim cum libellis tunc Caroli iussu editis cōtineantur. Hæc pub-lice per vrbum siebant; præter ea, quæ per religiosa virorum, fœ-minarumque collegia, partim ex Caroli præscripto, partim ex Antistitutum religione, proprie, non solum in ecclesiis palam, sed etiam priuatim, pie, sancteque agebantur, ad diuinæ misericor-diæ opem exposcendam.

Votum ciuita-tis: ædium cu-stodia: & ali-menta inclu-sorum.

C A P. V.

Pestilentia ad buclariorum gra-
fatur.

S U P P L I C I S E C C L E S I A E, Sacerdotisque sui preces non statim audire visus est Dominus. quin pestilentia latius in dies cœpta progressionē manās, iam totam occupauerat ciuitatem. Sed liberatione dilata, eam mentem, eaque consilia, ad ciuita-tem sacra, ciuilique cura tali tempore gubernandam, eius recto-ribus diuina clementia dedit: vt nihil umquam præclarus in eodem genere factum videatur. Carolus autem ita se gessit; vt li-cet fatendum sit, antiquæ pietatis, & lumen, & vim ad maiora facienda valuisse: exemplum tamē ipse, memoriar, quod sciam, aut litteris adhuc minime proditum, gregis pestilentia tempore gubernandi,

gubernandi, curandique Pastoribus reliquerit. Eam rationem, quantum potero, breuiter exponam: dicam vero prius, quæ Mediolanensis ciuitatis consilium, reliquis etiam, qui in vrbe erat, consentientibus, Deo, eiusque martyri Sebاستiano vount; quem & propter similia beneficia per eum quandoque impetrata; & quod matre Mediolanensi natus, Mediolani quoque eruditus esset, sibi deprecatorem aduocarunt, voverunt igitur, nouam martyri ecclesiam, vetere diruta, ædificare: conferre, vnde sacram in ea fieri quotidie posset: diem martyris festum, etiā cum diei antecedentis ieiunio colere: ecclesiam ipsam, cum solemnibus donis, quotannis in die voti, hoc est Id. Octobris, & festo item martyris adire: vas pretiosum offerre, quod eiusdem martyris ossis decorum esset receptaculum. alia addiderunt, quæ hic explicare necesse non est. Carolus vero, vt voto rite, decoreque soluendo quam maxime faueret; quibus diebus populo conueniendum fuit; vna cu[m] clero ecclesia adita, sacrificisque apparate peractis, religiosissimam effecit celebritatem. atque anno post, cum ciuitas ex diuturna afflictione recreata esset; ædificij forma probata, primū ex ecclesiæ statu ritu lapidem posuit. Cum igitur ægroti vna cum rebus suis, vt quisque morbo inficiebatur, pro iam instituta gubernatione foras educendi essent; tam magnus erat numerus, vt Gregoriana loca exigua eorum partem caperent. Ideo extra moenia ad vnamquamque portam, agro conducto, casæ quædam ex lignis, paleaque constructæ sunt; vt portæ singulæ quasi vicum quendam casarum circiter ducentarum haberet. de earum autem opportuna, & salubri ædificatione Carolus, qui nihil ad se non pertinere arbitrabatur, quod ad ægros, egenosque suos iuuandos spectaret, plurima monuit; & parochis etiam suis libello edito præcepit, at multi etiā, quibus non deerant facultates, eas sibi, cum egredi necesse esset, ampliores, & commodiores ædificarunt. De iis vero, qui in vrbe manerent singularis quædam ratio, ne malum serperet latius, neq[ue] tamen sine aliquo exemplo, inita est. Publico interdicto non pueri somnum, & foeminae, vt antea; sed quicumque in vrbe essent; rebus, vt quisq[ue] posset, ad eius temporis victimum, comparatis, iussi sunt

T

quadra-

*Extra mania
ad unamquam
que portam,
casæ ex lignis
construuntur
ad ægros excus-
pendos.*

*Omnes qui in
Vrbe erant sus-
sisunt quadra-
ginta diebus
domi se conti-
nere.*

quadraginta diebus domi se continere. grauissimæ pœnæ iis, qui non parerent, propositæ: publicæ custodiæ constitutæ ad populum continendum: furcæ quoque per urbem pluribus locis, ad terrorem iniiciendum erectæ. certis tamen hominibus concessum est, ut exire, necessariaque, domum quisque suam, referre

Res miseratio- possent. Miseranda sane res erat: quæ ad rerum humanarum nobilitatem, diuinæq; animaduersionis scueritatem aliquo modo contemplandam, magnopere valeret: amplissimam ciuitatem paulo ante admirabili ordinum omnium frequentia celebrissimam; ciuium, externorumque splendore ornatissimam; nobilium hominum, curruum, equorumque pompa, & concursu passim fulgentem; publica quadam lætitia, atque opulentia semper florcentem: quæ vtinam extra christianæ modestiæ fines tantopere non prodiissent: tunc in solitudinem propemodum esse redactam. Sacræ ædes vacuae; fora derelicta; negotiatorū mira multitudo, atq; assiduitas tota sublata; notariorum, omnisq; iudiciorum prope infinita turba disiecta: in viis furcæ pro ornamenti, nemo fere obuius, nisi funesta carra; quibus vel cadauerum acerui, vel ægroti semianimes, & squalidi, efferatorum hominum opera, suis a sedibus, rebusq; charissimis auulsi, quasi proiiciendi, foras asportabantur: quorum non aspectus solum, sed ipse rotarum stridor, ad obuios longe monēdos comparatus, etiam a remotis auditus magnum iniiciebat horrorē. Quanquam autem maximus ciuium numerus, immo ex tribus, duæ propemodum partes ab urbe iam discesserant: maxima tamē remanebat, ut in urbe frequentissima, egenorum multitudo: nam & qui se periculis subducentes exierant, ex locupletioribus fere fuerunt. ut autem res ad viëtum cuiq; reposita quotidie minucabantur; ita numerus in dies augebatur regentium. cum igitur ex tāta inopia,

Civitatis consi- & ipsis egenis interitus, & reliquis non paruum periculum immineret; consilium ciuitatis egregia sane prouidentia, & huma-
silium pro ege- nitate, iis omnibus statuit subuenire; & domo inclusis quotidiana cibaria ostiatim ministrare. quam ad rem cum aliud consequi
nū alendis lau- non posset; cōmunia ciuitatis vestigalia venalia præposuit; ma-
darißimum. gnamq; pecuniæ vim ex ipsis confiscit, memorabile fuit, homi-

num

num circiter quinquaginta millia de publico mensibus amplius *Quinquaginta*
 sex fuisse sustentata; quamquam multæ etiam eleemosynæ in id *hominum mul-*
 collatæ sunt. sed neque illud vulgare: quæ ad viðum necessaria *la multis me-*
 essent, gratuita piorum, nobiliumq; virorum manu, operaque *fiber de publi-*
 quotidiana per singulas domos tradita fuisse. quotum egregiam *co sustentan-*
 erga patriam, pauperesq; pietatem, hic nominatim commenda- *tur.*
 rem, nisi nimis longum esset, ob magnum numerum; confide- *Nobilium vi-*
 remque, cœlestia potius ab eis; quæm caduca hæc, qualiacumq; *orum opera*
 sint, laudis humanæ præmia expeti. Ea tempestate multorum in- *ad viðum ne-*
 anis elatio, improvidumq; cōsilia correctum est: qui magnos *cessaria distri-*
 quæstus in epulas, vestitumq; immoderatum insumentes, splen- *buntur.*
 dorem stulte retinere conantur; qui tum conditionē suam lon-
 ge superat, tum subito aliquo impedimento, verti potest in sor-
 des. In ea publica egestate, vicorum, oppidorumq; multorū offi- *Vicorum oppi-*
 cium liberalisq; obseruantia erga urbem, tamquam matrē suam, *dorumque er-*
 extitit: nam triticum, & alia, quæ ad egenorum multitudinem *ga & urbem libe-*
 alendam vñi esse possent; vt inter se corrogare, colligereq; po- *ralis observan-*
 tuerūt; sponte Mediolanensibus misere. vt etiam Casalense op- *zia.*
 pidum, quod in Cremonensi dicecesi Mediolano distat millibus
 passuum amplius septuaginta, munera præclara miserit. qua de- *Quid cum Ca-*
 re Consilium ciuitatis & gratias egit, & grati animi significatio- *salensi oppido*
 ne, quosdam ex eius oppidi primariis ciuitate donauit. *faciat Ciuitas.*

QVONIAM vero plurimis ad tantam multitudinem curan-
 dam, iuuandamque, opus erat administris: qui vero præmiis du-
 cerentur humanis; ij neque ita multi reperiebantur, vbi maxi-
 me vitæ discriminè non dubie versaretur; & minus amanter, imo
 plerumque odiose officium tribuebant: Carolus pro Pontificia
 auctoritate, Apostolica dona singillatim, distincteque propo-
 suit iis, qui variis officiis, muneribusque ægros iuuarent; medi-
 cis, præfectis variis, chirurgis, obstetricibus, nutricibus, famu-
 lis, aliisque quorum industriae, atq; operæ in ægrorum, egeno-
 rumque cura, posset esse locus. maiora vero grauioribus, cumu-
 latioribusque officiis, ministeriisque assignauit. Cum autem
 nulla in re consilium, laborem, vigilantiam, auctoritatemque

Carolus mini-
 stros ægrotis
 suppeditat.
 CAP. VI.

suam afflictæ ciuitati deesse pateretur; iis de rebus erat maxime
solicitus, quæ ad animas expiandas, saluandasque pertinebant.
*Sacerdotes de-
siderantes Carolus
qui in spiritua-
libus ægrotos
innent.*

sacerdotes desiderabat in primis, qui sacrosanctis rebus iuuaret
ægrotos. ac Gregorianæ quidem turbæ, priore mortuo, alium
itidem ex Helueticis regionibus presbyterum dederat. in quo
tantus fuit morbi contemptus; vt locum ingressus, statim se in
eodem lecto collocarit, in quo alias mortuus erat: posteaque li-
cet pestilentia bis affectus, numquam deterrei potuerit ab ægris
assidue, non solum adeundis, audiendisque; sed quocumque
modo opus esset, tangendis; atque tractandis, usque ad pestilen-
tiæ finem. dederat item Paulum Belintanum Brixensem, ex Ca-
pucinorum ordine: qui sacramentis exceptis, non enim sacris
erat initiatus; rebus omnibus multitudinis salutem curabat; ac
Præsidis cuiusdam eo loco personam, partesque sustinens, & pe-
stilentiae nomine inclusos, & eis inservientes, etiam auctoritate
Senatus in officio continebat; puniebatque delinqüentes. At
iis item quasi valetudinariis castris, quæ extra mœnia posita
erant, consulendum erat; sacerdotesque dandi, qui sacra præbe-
rent; ne flagitia committerentur curarent; & ipsorum quoque
præfectorum actiones obseruarent. Ad cœnobia igitur regula-
rium hominum conuersus; eorum Præfectos vocauit, qui alias
quoque sacerdotes audiendis sacris confessionibus destinatos
adducerent. eos in huiusmodi fere sententiam est allocutus. Mi-
seram, ac luctuosam ciuitatis nostræ conditionem, si vobis ex-
plicare coner; ineptè faciam fratres. nemo est enim, cui non an-
te oculos perpetuo tantæ miseriæ versentur: immo neminem
tam durum arbitror, cuius non misericordia iam disrumpatur
animus. charissimorum capitum præsentia, omniumque subsi-
dio homines destitui; ex proprio, dulcique domicilio, rebus
suis reliquis, ægros, & semianimis extrahi, funestis, sordidisque
carris in ea tecta duci, quæ stabulis, quam ciuilibus ædibus mul-
tò similiora sunt; vnde redundi vel nulla, vel exigua spes ma-
net; in mortis quasi fauibus assidue teneri: haec vt humana fert
imbecillitas, prorsus misera sunt: sed quoniam tamē sunt huius
tantummodo vitæ, & temporis; videri possunt tolerabiliora:
maxime

*Ad regulariū
Cœnobia con-
uertitur, sacer-
dothes acquirit.*

Pius Caroli fer-
mo ad viros re-
gulares.

*Quæ religiosos
animos ad mi-
sericordia fle-
ttere possunt,
proponit.*

maxime si quis futurorum spe fese erigat. At iis quoque subsidiis, atque opibus deserit, quæ ad alterius vitæ felicitatem, bona que æterna maxime conducunt; ut cum præsentia quis amittat, in discrimen quoque veniat futurorum, quæ perpetuo manent: id vero, & iis, qui patiuntur, miserrimum est; & nobis, quibus eorum rerum cura, potestasque diuinitus data est, graue sane, & periculose. Scientibus nobis, ac videntibus, ut pestilentia corpus, ita pij fratrum nostrorum animi rerum diuinarum desiderio contabescunt. semiuiuis vocibus sæpiissime, vel obtutu ipso sacra postulant; misericordiamque implorant: nos autem duri cunctamur, aut despicimus. Parochos in officio, ut scitis, continemus; sed non sufficiunt multitudini, quemadmodum notum est; ne si quidem eorum quisque plurium vires haberet. Omnino qui ad casas educuntur, multò sunt remotiores, quam ut iis, suis possit parochus subuenire. quin etiam parochi sæpe ab suis refutantur, cum ægrotis ministrauerint, donec tempus comprobauerit sanitatem: ita ut ipsis etiam vicinæ incolis aliorum opera necessaria sit. Externos sacerdotes quæsiui, neque frustra: sed plurimis adhuc opus est: ad casas educta multitudine certe destituta iacet. alios qui operam dare velint, non reperio; cogere non possum, nec debeo quemquam. Configio ad vos, quorum conditio, & status, ita rerum omnium humanarum contemptum præsfert, ut vnam diuini cultus, humanæque salutis curam intueatur. si vitæ periculum pro aliena salute adire, Dominumque in hoc genere imitari, cuiusquam est; vestrum esse videtur in primis. Non ita egent ægri subsidiis nostris, fateor, ut sine iis spes salutis nulla maneat. verum sæpe necessaria sunt; ceterum quantum semper prosint, non solum malis, sed etiam bonis; clarus est, quam ut disputetur. vel de sensu nostro nosmetipsi conjecturam faciamus; quantum afferre soleantum ægroti corpori, tum maxime animo de salute sua solicito leuationem. sed quibus tam profusa liberalitate misericordia tributa est, quomodo ipsi suam tam anguste circumscribunt; & necessariis, extremisque rebus metiuntur? Qui omnium, etiam inimicorum, impiorumque salutis caussa, Dei filius sumus. Pro impiis Dei filius cum de-

decore crucifixus. mo dedecore, cruciatuque acerbissimo, fixus in cruce mortuus est: idem nos, qui tantum ab eo beneficium consecuti sumus, inuitat; vt quietæ, gloriösæque mortis periculum pro piis fratribus adeamus. cui tantum debemus, quantum millies moriendo sine dubio assequi non possumus; is ne vilem quidem vitam hanc, sed eius tantummodo periculum poscit. in his periculis ita versari plurimos videmus, vt mortem tamen effugiant: immo etiam multos metu solutos eadem subire. sed si nos non effugiemus; hoc mori non erit, sed eam potius, quæ vere vita est, citius consequi. omnino quid habet in humanis rebus summa nostra tenuitas, in quo pro summis, & immortalibus Dei beneficiis vere gratum animum præstare possit; si occasionem amittamus huiusmodi? quid autem? vi-
 tæ parcimus, post paucos tamen annos, aut dies, aut vero ho-
 ras vt humana conditio est, necessariò amittendæ. quin hoc
 ipso ciuitatis casu, quam periclitationem fratrum charitas a
 nobis non impetraverit, eam facile iam iam extorquebit con-
 tagionis necessitas. facile, quemadmodum alij fere innume-
 rables, licet omni sibi diligentia caueant, moriemur. quæ
 pulchrius est, hac quidem in re, necessitati nos anteuertere,
 gratissimamque Domino pro peccatis, proque eo, quod eius
 immensa benignitati, maiestatique debemus, hostiam præ-
 bere? videmus heu quotidie plurimos hæc eadem adire peri-
 cula, mercede vilissima conductos; qua sæpe ne fruantur qui-
 dem: nos tantis de cauiss, tam amplis propositis præmiis, mo-
 ramur. si respicitis obedientiæ legem; cuius virtute vestras a-
 ctiones ad salutem roborari recte vultis: illud, sicuti vos non
 latere iam arbitror, in manu nostra posuit summus Pontifex,
 communis omnium Pater, atque Antistes: cuius etiam lit-
 teras recitari audistis, quibus ad præclarum nos sanctum-
 que iuuandum fratrum munus vehementer cohortatur. non
 est, quod Antistitis ibi quis, aut respiciat voluntatem, aut in-
 terdictum vereatur; vbi Antistitum omnium Princeps, & velle
 se declarauit; & suas addidit cohortationes. Deo vos hoc tri-
 buere munericolo, fratres, quod, quemadmodum spero, sus-
 cipietis:

Pro hoc chari-
 tatis officio
 prestando,
 mortem non
 effugere, non
 est mori, sed
 Cuiamcessus
 consequi.

Quodcharitas
 non impetrat,
 sæpe necessitas
 extorquebit.

Pontifex suis
 litteris religio-
 sis & peste la-
 boratis opem
 ferant horta-
 tor.

cipietis: sed maximo nos quoque beneficio affeceritis, quod *Caroli gratia-*
 nulla vñquam delere poterit obliuio; si huic summæ solicitu-*nimi significata-*
dini, dolorique meo, vestra virtus hoc attulerit leuamenti; vt^{110.}
hic aliquot videam ad opus sanctissimum paratos, vltro vitam
suam in hoc beatum discrimen Deo, mihiq; offerre. non dubi-
to, quin aperto semelab nonnullis vel paruo aditu; plurimialij,
qui nunc grauiori quadam insolita rei opinione deterrentur,
quasi lata via introeuntes, exemplum hilare sequantur. ita qui
prior id fecerit, is se aliis auctorem, ducemque præbuerit; ma-
gnoque pondere auxerit meritum suum. Neque vere nouum
ad vos nunc offero charitatis ardorem. ita Patres nostri Dei *Tale erga ægros*
spiritu incitati in re simili fecerunt; ita faciendum docuerunt: *tos charitatis*
*quemadmodum ex veterum scriptis iussu nostro collectis, edi-*officium pre-**

tisque satis appetet. immo opus eiusmodi ita extulerunt, quod *ficerunt antea*
ad animos nostros stimulandos maxime valeat; vt martyrij ge- *qui patres.*
nus esse confirmarent. optabile sane tempus, quo absque ty- *Pro innundio.*
ranni crudelitate, sine eculeis, sine ignibus, sine bestiis, omni- *Laboransibus*
no sine illa cruciatum asperitate, quaæ humanæ imbecillitatí *peſſilentaſſe mor-*
maxime solet esse formidabilis; martyrij palmam consequi *ri martyrij gen-*
possumus: immo, & sine ea acerbitate possumus, quaæ solet
semper cum huiusmodi morbo esse coniuncta; vt ægroti desti-
tuantur ab omnibus, nulliusque ope subleuentur. quod ægro
cuicunque dabitur, id multò minus negabitur ægrorum Pa-
tri; nobisque imitatio proderit illius exempli, quod per nos
proditum fuerit. sperare quisque potest, in columem se fore; id
multò maiori ratione, quam alij fere innumerabiles; quos vi-
demus, nulla cautione, nulla etiam temperantia, in medio pe-
ſilentia æstu affidue versari: sed si morbum quis contraxerit;
quando alij deficient, ego ipſe, qui egenorum cauſa inter vos *Caroli mira-*
quotidie versabor, adero; mihi curæ erit vtraque salus vestra; *benignitas.*
ego libenter subueniam; ego me, si opus fuerit, sacrorum mi-
nistrum iam nunc vobis offero: qui quidem diuina ope fretus,
neque laboribus, neque periculis vllis parcere decreui, vt Pa-
ſtorali officio meo satisfaciam, & quibuscumque rebus pote-
ro, gregis mihi commissi ſaluti ſeruiam. Huiusmodi Carolus:
cuius

cuius orationis vim, scio me tamen his verbis non esse consecutum: tales enim se auditores sensisse testati sunt; ut ex ea sibi a culcos, & vincula iniici viderentur; & humana quidem facultate nihil efficacius fieri posse iudicarent. Res ipsa declarauit, quid Caroli oratio diuina vi roborata posset: continuo enim sacerdotes circiter viginti octo sese ad ægros sacris rebus omnibus subleuandos, promptos esse professi sunt. quo quasi fundamento iacto; alij multi præstò fuere: neque umquam postea defuerunt, toto ipso pestilentia tempore, qui mortuis succederent; & vbi Carolus iuberet, operam suam libere ponerent. quorum o-

*Caroli oratio
ad regulares
quid efficerit.*

*Laici regulare-
rium exemplis,
& Caroli hor-
tationibus in
misericordia
officiis exer-
cent.*

mnium paratum hospitium erat Caroli domus. laici præterea multi exemplis huiusmodi, Carolique adhortationibus excitati, atque incensi, iisdem misericordiae officiis, obsequiisque, sese quamdiu pestilentia fuit, exercuerunt: & variis ægrotorum commodis amanter inseruientes, in pestilentia discrimen christianè se libenter obiecerunt. Pulcherrimum visu erat, mares, fœminasque frequenter ad Carolum ipsum accedentes, operam in eo genere suam fidenter polliceri; cannabinamq; vestem quandam fuscicoloris, quam is tradere ad id solebat; hilare, quasi insigne aliquod magni honoris accipere: tum salutari signo, preicationeque optimi Patris confirmatos, ad assignata munera conuolare; nulloque mortis metu, mortis pericula, quasi rem iucundam, adire. Ex omnibus propemodum religiosis ordinibus sacerdotes fuere, qui ad eam se piam curationem offerrent: sed plurimi ex Capucinis. Memorabilia ubique fuere christianæ charitatis exempla; quorum vel exiguum partem persequinimis longum esset. liceat tamen aliquid domesticæ pietatis ad posteriorum exemplum tangere: cum unum, & alterum ex nostro S. Barnabæ collegio pestis attigisset; certatim petebant multi, vt inseruire fratribus liceret: neque id mirum; cum ad extraneos quoque iuuandos multi se paratos ostenderint; duo certe vitam in eo munere profuderint. Singulis igitur casarum vicis, si ita volumus appellare; quamquam eos etiam a parocho suo quandoque lustrari iubebat; unum, duosue ex sacerdotibus, qui se obtulerant, prout necesse videbatur, Carolus præposuit, & ubique

*Quomodo re-
gulares distri-
buerit, eorum-
que munera.*

que peccatorum confessione, diuino Eucharistiae pabulo, vnitione extrema, ægrotos ita fere iuuādos curauit; ac si non multitudo maxima pestilenti morbo affecta; sed mediocris numerus in hospitio aliquo congregatus fuisset. immo alios illi ægrotos in eo superabant; quod a quocumque sacerdore, morientes plenam peccatorum veniam, ex concessione Pontificis accipere poterant. Satis autem diuersos sacerdotes, ad sacra præbenda destinauit; ne timentes ab iis, qui tetigissent infectos, rebus forte salutaribus abstinerent. Illud quoque solatij Carolus iis, qui in casis detinebantur dedit; vt Missæ sacram, si non audire, saltem videre omnes possent. iussit enim tabernaculum extabulis ita alte extrui, vt sacerdos in summa parte faciens, ab omnibus casis conspici posset. Licet autem aceruatim fere, ob multitudinem, carris imposita cadauera ad sepulturæ locum portarentur; sacros tamen homines, apto loci interuallo comitari; preces, lumina, & alia quæ in funere esse solent, adhiberi iussit. immo neque sacram sepulturæ passus est officium, ritumue prætermitti. nam ad posteriorem Gregoriani valetudinarij partem, ex aliis locis cadauera plaustris afferri solebant: cumque magnus esset congestus numerus; tum sacerdotibus rite precantibus, ecclesiasticisque cœrimoniis adhibitis, in ampla fossa ad id facta, consecrataque, omnia simul ad sepulturam quotidie dabantur. quo loco mirabile quiddam euenit; quod Carolus ipse tum de suggestu, tum libello de pestis memoria edito prædicauit; mihiique prætereundum silentio non est. summo mane Gregorianus presbyter sacramentum sanctissimum ad ægrotos suos afferens, non longe ab ea quam memoraui parte forte præteribat. tum ex magno corporum aceruo; quæ proxima nocte illata fuerant, vnum sese attollere conatur, genibusque consistere; ac simul voce, inquit, morienti, verbisque interruptis, Per Deum obsecro Pater, mihi quoque. cumque a sacerdotis clementia statim omni pietatis indicio sacramētum accepisset; eodem loco procumbens, nullo præterea motu iacuit. quod quidem singularis beneficij loco animæ illi, ob religiosum, & ardens illius diuini cibi studium, tributum credibile est.

Inclusis con-
sulit.

Cap. VII,

A d inclusos redeamus. Carolus, cum & ipse clerum suum domi se continere iussisset; iis tamen exceptis, quos ob pia ministeria, diuinaque officia, foris, & in ecclesiis versari oportebat: inclusionis vniuersae diem litteris editis praevenit: quibus quadragenarium illum numerum pie, sciteque ad sacram rationem conuertens; omnes monuit; vt cum is numerus ieunio, atque afflictionibus iam inde ab antiquissimis temporibus consecratus esset; Mediolanenses quoque eo tempore, quo per poenitentiam Deum placare debebant, oportune illud temporis spatium in custodia traducendum religiose acciperent; & ad poenitentiam salutarem accommodarent. præterea hortatus est, vt ante constitutam diem peccata quisque confiteri, sanctissimamque Eucharistiam accipere studeret; prompteque deinde Magistratum edicto pareret. Curauit item, vt inclusi, cum adire sacra loca, rerumue sacrarum fructum percipere nequirent; diuinis tamen subsidiis, quantum fieri posset, ne carerent; custodiaque illa, atque otio domestico ad exercitationem precandi frequentiorem vterentur. Itaque per urbem aptis, conspicuisque locis, vt quam maximus numerus de fenestris, ianuisque, spectare posset; altaria constitui iussit; quantum potuit, ad rei sanctissimæ decentiam composita, & circumunita. presbyteros elegit, qui in eis quotidie Missam facerent. sanctissimam Eucharistiam, rite scabellis ante ianuas apparatis, itidem distribui permisit; ipseque sæpe distribuit. sacerdotes mittebat, qui cum sarcis indumentis, & scamnis ad ferendum accommodatis, domos obirent; vt ad ianuas sedentes, eorum qui inclusi erant, aliquo interuallo disiuncti, sacras audirent confessiones. Præterea septies die, nocteque maxima ecclesiæ maioris campana signum dari iussit; quo ciuitas auditio, ad litaniam, psalmosque ex editis libellis recitandos vniuersa consurgeret. singulæ autem plateæ, aut vici quasi choros singulos efficiebant: nam ad fenestras, ianuasque per diem, magnamque item noctis partem habitatores veniebant; & uno qui voce excelleret, præeunte; qui sæpe etiam erat presbyter, ad altare in via consistens; reliqua multitudo omnis vndique respondebat, quæ res erat tum admirabilis, tum etiam,

Per urbem cer-
tis locis altaria
constitui sube-
in quibus quo-
tidie Missam
facerent sacer-
dotes.
Sanctissimam
eucharistiam
distribui per-
missit, & alia
curat.

etiam, vt in magna calamitate, piis omnibus sane iucunda: cum totam viderent maximam ciuitatem, ex libera cuagatione, ac licentia, in cellas quasi redactam, & in monasterium quoddam conuersam; imitatione canonici instituti, septem temporibus noctu, atque interdiu publice precari: & vno tempore, vias omnes, teataque vrbis vniuersa sacris vocibus audirent personare. Hæc omnia cum ita instituisset Carolus, loca omnia obibat *Loca omnia
Iubrat.*

frequenter; quotidianaque opera præsens de omnium rerum statu cognoscebat: hortabatur, iubebat, quæ fieri oporteret: per vicos, & plateas mira humanitate infimis hominibus precationis ritum tradebat; rediens rationem poscebat; qui præcinerent ipse deligebat: cum multos simul videbat ad ianuas congregatos; eò veniens religiosis, piisque verbis apposite monebat: omnes consolabatur; & ad otium illud sancte accipiendum, consumendumque inducebat, omnino tanta erat Caroli mansuetudo; vt quilibet ex infimis ordinibus libere alloqueretur; eius se *Caroli man-
suetudo mira-
bilis.*

precibus, domumque suam commendaret; & tamquam patri, quæ sibi opus essent, quæque vellet, familiariter exponeret. multi, qui pudore quodam impediti præfectis, aut aliis quibuslibet inopiam suam patefacere non audebant, aperiebant illi multò facilius; illeque egenos eiusmodi iuuare præcipue studebat. mulierculæ etiam annulos, & alia eiusmodi in manum tradebant; quibus venditis, pretio pauperes subleuaret. tantam autem in eo sibi spem cunctus populus posuerat; vt eius aspectu primo, vicinia tota frequenter edito clamore, misericordia, vocem mitteret. Gregorianas item ædes sæpe circuibat, casasque lustrabat. ac ad singula consistens domicilia; singillatim de iis quæ ad animæ salutem primò; deinde quæ ad corpus pertinerent; item de opera ministrorum, diligenter inquirebat: quod erat prouidendum, curabat diligenter; & memoria gratia, quod factò opus erat confessim in libello notabat ipse. pecuniam quoque manu sua large dabat egenis. eius erat consuetudinis; ex hæc domadæ diebus, duos ijs dare qui in ciuitate manebant; reliquos iis, qui extra moenia erant educti: domo exire numquam, nisi suorum *Charitas eius,* salutis gratia. mittebat etiam aliquos ex primariis suis presby- *Ei pater-
dentiis.*

teris; qui in equis cistas tenentes, ægrotis ostiatim tribuebant exquisitiora quædam, quæ languentibus stomachis essent leuamēto. Ægrotos, qui ob dignitatem in vrbe relinquebantur, ipse visebat; consolabatur; indulgentiam tribuebat, cubicula ipsa ingrediens; ad ipsos quoque lectos accedebat. In primis curabat ecclesiaasticis viris subueniri; iis præsertim, qui ægris deseruerāt: ideoque iusserat, vt sine mora, de inferiorum morbo gradatim certiores fierent superiores. ipsis parochis in vrbe, si pestem cōtraherent, iuuandis, se ipsum offerebat: in diœcesi vero vicinos parochos, tum Præpositos, aut Vicarios hortabatur, vt subuenerent. atque his non solum iacimenta ministrari decreuit; sed etiam religiosæ consolationis leuamen, quamdiu animam agebant: missis ad id quocumque oporteret sacerdotibus, adhiberi. Atq; huiusmodi Caroli instituta, quotidianam præsentiam, cohortationesque, cum eximia charitate, & suauitate coniunctas, plurimum valuisse dubium non est; vt tanta ciuitas, carceris genus eiusmodi tandiu facile toleraret: quod initio vix sperabatur: quodq; ab aliis ciuitatibus fere non potuit obtineri. Quamquā autem ab initio Carolus, vt demonstratum est, consilio fauit de populo in custodia habendo: cum intellexit tamen plus ei remedio tribui, quām ad diuinam misericordiam agnoscendam opus esse videretur: ideoq; præscriptum quadraginta dierum tempus produci; ita vt ipsis natalitiis Domini festis populus ad ecclesiás conuenire; ipseq; Pontificiam indulgentiam, quæ ad ferendum Italiae peste laboranti auxiliū, Pontifex in vniuersum proposuerat, promulgare, liberisque conuentibus celebrare non posset: cum Gubernatore, qui Viglebanum secesserat, grauiter expostulauit; vixque se continuit, quin omni suo conatu resisteret. Tantum tribui Carolus humanis rationibus volebat; vt spem suam omnes in diuina clementia præcipue sese collocare, re ipsa palam profiterentur. ad id suadendum recens conuentuū illorū cœntus; quando frequentissimus populus ad ecclesiás supplicatum ductus est; graue argumentum suppeditabat: præter ea, quæ ex veteri memoria suppetebat; demonstrabantque, supplicatiōnum conuētu potius, quām solitudine, veniam a Domino fuisse impe-

*Quomodo cum
ecclesiasticis
virus se gerat.*

*Vrpopulu in
natalitiis Do-
minis festis ad
ecclesiás con-
uenires, opa-
bar.*

imperatam. Cessit nihilominus Carolus; credo ob sacras pre-
cationes, diuinaque officia; quibus tamen assidue populus intra
domesticos parietes exercebatur; & in instituta vigilantiae pasto-
ralis opera perseuerauit.

H E C ita cum ageret Carolus; quæ quidem, his præsertim ^{tis Sacramen-} Præbet ægro-
moribus, & hac remissiore Pastorum cura, magna merito, atque ^{ta.}
adeo maxima iudicabantur: sibi tamen parum facere videbatur; C A P . VIII L
quia tangere, tractareq; pestilentiae nomine suspectos, aut etiam
infectedos, sibi quoque pro suo munere non contingeret. Apud
se igitur primo cogitauit, esse in vrbe, atque in tota dioecesi plu-
rimos, qui confirmationis sacramento muniti non essent: hos
ex hac vita pati sine tali sacramento decidere; quo salutis immi-
nente certamine, diuina firmitas, & robur animis adderetur: ne-
que satis animarum charitati consentaneum; & sibi qui solus
posset, etiam quodammodo turpe; omnino sibi minime com-
mittendum existimabat. id eo magis, quod ab hæreticis sacra-
mentum illud hoc tempore grauiter sciebat impugnari. Itaque ^{Confirmationis} indista chrismatis sacri per vrbe administratione; quam potuit ^{sacramentum} confert multis
decore, per vias Episcopali illo munere diu satis functus est. licet ^{estiam peste la-}
enim quotannis, stato tempore per vrbis ecclesias idem faceret; ^{borantibus.}
multa tamen adhuc hominum millia inuenit, qui nondum sa-
cramentum illud acceperant. atque ipso initio, licet de morbo
suspectos, & a reliquis segregatos minime vocasset; dubium ta-
men non est, quin affectos peste quam plurimos inter eos con-
firmauerit. fieri namque non poterat, vt omnes simulatq; con-
tagione infecti erant, a ministris deprehenderentur, & a ceteris
separarentur. verum ipsos quoque palam infectedos, ægrotosque
postea libere, sicuti dicemus, admisit. Vrbis cum tantummodo
rationem sibi non esse habendam statueret; vicos etiam, castel-
laque totius dioecesis, quæ morbus oppresserat, mira celeritate
omnia adiit; & in iis eiusdem chrismatis sacrostantum remedium
passim adhibuit. Postea vero; vt quemque locum recens infectū ^{Ad alia loca in}
audiebat, ita eò statim solebat aduolare; ac eadem ratione cala- ^{fecta contendo}
mitosis consulere. Eadem vero via, occasioneq; ad alia quoque ^{eadem qua in}
^{vrbe subsidia} vtebatur præberet.

vtebatur gregibus suis salutaria: nam parochos, aliosque sacerdotes ad ægrotorum curam studiosius suscipiendam excitabat, confirmabatque: quosdam etiam compellebat. ægrotos ipsos consolabatur: precationum publicarum rationem præscribebat: omnem populi gubernandi, custodiendi, eleemosynis iuuandi rationem recognoscet: cœmeteria consecrabat, quo rite multitudo cadaverum inferretur. Præfectos item, ministrosque ciuiles iuuare studebat; monendo; ad officia commissa inflammando; mercedem promittendo. sacros ministros pluribus locis ab eorum vi, atque iniuria defendit; qui sacrorum munierum liberam functionem; ecclesiasticamue administrationem, siue in sepultura corporum, siue in distributione piorum emolumenterum, quandoque in oppidorum ingressu, & egressu, vel in segregatione sacrorum hominum, & huiusmodi aliis, impe diebant. populos ad ecclesiarum ædificationem; ad festorū dierum integrum cultum, chorearumque refutationem, & alia pia opera publice vouenda, perduxit. Cumque ita frequenter, vt necessitas ferebat, ipse loca omnia obire non posset; suos cum potestate sæpe misit; qui loca reuiserent, easdemq; res recognoscerent. quibus si Præfcti locorum exquisitæ custodiæ gratia restitissent, & locorum ingressum prohibuissent; anathematis pœnam adhibuit, & ea ratione aditus omnes suis patefecit: quos tamen certa sanitatis testimonia volebat a Vicariis suis afferre.

Itineribus in i-
nervis labores
perficiens.

Atque iis itineribus Carolus incredibiles plane suscepit corporis, animique labores, non primis iis solum mensibus, sed sequentibus quoque omnibus, quamdiu morbus viguit; vt neque cibi, neque somni, neque longinquitatis asperitatise ullius habita ratione, omnia loca celerrime adiret, & perlustraret; sacrisque officiis, & munib; assidua contentione operam daret. Foris ad sacram chrysomatis confirmationem etiam infestos ipsos hoc modo cœpit admittere. cum ad vicum in via Mo-

An quibusdam
civis sacra-
mentum con-
seruare debet,
preferatur, con-
seruandus.

doctiensi venisset, qui sexto ab urbe lapide positus, Sextus appellatur; & ad sanctam confirmationem conferendam ibi para ffirmatus est: animaduertit, morbos quoque magno teneri eius sacramenti desiderio. cogitauit apud se; neque tunc primum; indigeret

Indigere illos magis, quam alijs, vtpote morti propinquos, eiusmodi salutis adiumento. itaq; diuinum libi lumen, ea in re precatus, Monetam interrogat; censeretnc, miseros etiam illos admittendos. neque affirmare ille, neque negare audet; tantum si admittere vellet, operam suam pollicetur. Ecce autem dum cōsultat; ex iis circiter duodecim adueniunt, & se diuinæ vñctioni offerunt. satellites, & præfecti conuiciis increpare, repellere, minitari, nisi statim ad locum reuertantur. Carolus vero; iam nihil, inquit, dubitemus; neque enim casu omnino venisse iniussi existimandi sunt: & præfectis abstinere, silere que iussis, eos, aliosque rite confirmauit; idemque passim postea, & foris, & in vrbe fecit. accidit autem in vico Tritio, vt ægrotus quidam, vix Caroli manu peruncta fronte, mortuus caderet ante illum. Obtulit se præterea occasio; vt quod erga parochos, & alios presbyteros animis curandis præfectos, de infectis iuuandis, tangendisque facturum se pollicitus erat, re ipsa præstaret. In quo quidem consilio, ac voluntate; quamuis ei multi contradicerent; persistendum sibi iudicauit; affirmans, parochum se esse parochorum: absurdumque videri, ac turpe; si ipse, qui parochos hortaretur, & impelleret, vt curæ suæ commissos, sacris rebus iuuarent; quique eis non semel eam operā pollicitus erat; quam ipsi aliis tribuissent: nunc cum opus esset, abstineret; periculumque fugeret. & qui aliis omnibus persuaderet, vt metu mortis abiecta, deseruiren tægrotis; oblatam occasionem aspernaretur, aut dissimularet: offensioni id multis futurum; cuius cauſa vel in eo charitatis officio frigerent, vel penitus abstinent. Ac primò quidem in vrbe parochum ecclesiæ sancti Victoris ad theatrum, item sancti Babylæ, & plures alios ex pestilentia iacentes, pie visit, ac amanter consolatus est: nonnullos eorum sanctissimo Eucharistiæ cibo refecit: qui paulo post vi morbi interierunt. Illud vero fortius, illustriusque factum. Qui parochiam sancti Raphaëlis curabat, ex quorundam consuetudine, quos incaute in domum admiserat, morbum contraxit: adiit illum statim Carolus, & ægritudinē pia consolatione leniuit. cumque valde oppressum aduertisset, sacris muniendum iudicauit. posterq;

*Quidam Cœs.
li manus fronte
peruncta ante
illum cadere
mortuus.*

*Multos ex pe-
stilenta iaceb.
tes visit.*

postero die, mane ad eam ecclesiam venit, ut Missa facta sanctissimam Eucharistiam ad parochum deferret; eique extremamunctionem adhiberet. Post Missam, in quo illius clericum morbi nomine suspectum sacro sancto cibo pauit; dum se mutatis rite indumentis, ad reliqua pararet; clericis, & administris, qui astabant, & inseruiebant, ob periculum expallescentibus: ad ec-

*Nobiles & rici ci-
uitatis nomine
Carolum con-
ueniunt, obse-
crant ne se in
essa periculum
obiciat.*

ccliam venerunt, Ioan. Baptista Capra ciuitatis Vicarius, & Alfonius Gallaratus designatus, nunc Senatores; vnaque patritij multi, ex ipsius ciuitatis consilio: qui neque loci, neq; sacri munieris ratione deterriti, prostati, ac supplices a Carolo ciuitatis nomine cum lachrymis petierunt, ne in tantum se vita discrimine vellet obiicere. aliorū ministerio presbyteri saluti consuli posse. si forte contracto morbo ipse ex hac vita abiisset; res ciuitatis, totiusque dioecesis; quæ, vt in maximo periculo optime tamen se haberent, & feliciter gubernarentur; in summam confusionē, desperationemque adducendas. omnium animos eo duce, & præside sustentari. diuini propemodum, & humani subsidij spē in eo uno esse collocatam. Constitit Carolus ad amantissimas ciuium, filiorumque preces audiendas, quibus, cum, eo uno excepto præsentes omnes lachrymas funderent, respondit: Gratiias se agere de tali amore, pietateque in Pastorem suum: sed ne ægre ferrent, si munus illud obiret: suum id esse officium, suasq; partes: in quibus etiam si vitam amisisset, recte id factum omnes iudicare deberent. neq; ipsis ideo desperandum; sed diuinæ bonitati, sumnæque potentiae magis confidendū; cui facillimum erat sine ipso ciuitatem seruare; aut aliud Pastorem meliorem dare. Cum aliud impetrare non possent, illi magno affecti mœnore tacuerunt. Carolus vero primò Eucharistiam ad presbyterum iacentem, & iam tabido corpore æstuantem attulit, præbuitque: deinde etiam, eius cubiculum ingressus solus, ministro Bernardino Taurusio in limine consistente, extremum unctionis sacramentum rite contulit: & piis, suauibusque verbis confirmauit. Parochus ita confirmatus paulo post accepta sacramenta, pie mortem obiit. Ad alium parochum sancti Petri, ad se veniente ad caminatellam appellat, expeste iacentem iuit, animo itidem

sacra

*Parochus qui-
dam peste in-
fectus Carolo
ad se veniente
ad caminatellam quid faciat.*

sacra ministrandi: sed cum aduenisse Carolum bonus presbyter
 audiisset, ægre ferens tanti viri vitam in suo capite periclitari;
 quantum potuit conatus, surrexit et lecto, & in ecclesiam venit.
 concessit Carolus, vt Eucharistiam ibi acciperet; sed iussit deinde
 ad cubiculū redire, & in lectulo se collocare: quo statim eum
 secutus est, vt extrema muniret vñctione. recusauit ille, periculum
 adhuc quidem tanti esse non concedens: sed postero die,
 cūm de morbo ingrauescente accepisset, reuisit eum Carolus,
 riteque vñxit. qui postea vi morbi oppressus abiit ex hac vita. Ex
 his actionibus omnibus, contactibusque nullam sensit Carolus,
 Deo in primis bene iuuante, contagionem. quod eius fiduciæ
 fuit valde consentaneum. confidebat enim maxime, solo actu,
 contactuue ad rem sacram necessario, morbum a nullo presby-
 tero contrahendum. atque ita toto illo tempore euenisce prædi-
 cabat. qui interierant, pestemque attraxerant, eos sibi non ca-
 uisse in ceteris, vt oportebat. Fiebat reuera, vt cum quis ad agro-
 tos iuuandos animum induxisset; quasi se ipse abiiceret, & pro-
 derelicto haberet; omnem omittenter cautionem; & non nece-
 ssaria iuxta, ac necessaria pericula adiret. Ipse autem quilibere, &
 absq; vlo metu sacra omnia peragebat; in reliquis omnibus ex-
 quisita cautione vtebatur, vt contagionem vitaret; idemq; sum-
 ma diligentia iubebat a suis obseruari. maxime autem curabat in
 iis sacris officiis indumenta sua ita collecta, & contracta esse; vt
 ne modico quidem alieni panni tactu, quod facillime fit, infici
 possent. Initiaci, qui vicus omniū miserrime tunc peste afflatus
 est; ecclesia, coemeterioque iam completo; quamplurima in cā-
 cum cadauera illata erant, quotidieque inferebantur. locum re-
 ligiosi ritus gratia sibi Carolus consecrandum statuit. terra iam
 ob anni, dieique tempus calefacta, magno tabidorum cadaue-
 rum numero humato, fœtoris, corruptique vaporis multum
 emittebat: vt eius ministri, clerici de vita sua tūc maxime dē-
 sperasse affirment. eo loco Carolus, quantum ad actionem con-
 secrādi, quæ longa est, opus erat, cum sine sollicitudine villa mo-
 raretur: in ceteris ita cauebat; vt ne ipsos quidem viatorios fac-
 culos, perasue; opus enim faciebat ocreatus, & ex itinere; humili

*Cause se age-
 bat in omnibus
 ne inficeretur.
 praterquam in
 sacris peragen-
 dis.*

*A loco conse-
 crando ob tabi-
 dorum corpo-
 rum fætorem
 non deterre-
 tur.*

X ponit

poni pateretur. Ibi tamen plurimos sacra vñctione confirmados, cum reperisset; ecclesiae, cœmeteriique fœtentis periculum deuitans, in platea sacramentum administrait, primò valentibus, deinde reliquis item vniuersis. Quamuis autem ita cōfideret; quotiescumque morbo infectum tetigerat, separatum se se habebat ab aliis. ex familia eos tantum sibi proprius inseruire patiebatur, qui necessarij essent, & id facerent libenter, & ex animo. ea re interdum accidit, vt cum alius esset nullus; sibi ipse, vt quilibet priuatus homo, quibuscumque rebus opus esset, ministraret. Qui adibant, eos interposito longurio audiebat. per vias aliquem anteire iubebat, qui virgam, periculi indicium, ferens, tacite obuios moneret, vt cederent. In ecclesia procul a canoniceis sibi assistere solitis, & a ceteris clericis congruo interuallo se continebat. cumq; passim homines cōtagionis causa suspectos humano iudicio quadraginta diebus segregarentur; ipse sibi, sacerdotibusque aliis, qui sine magno ægrorum damno abstinere diu non poterant, septem tantummodo præscripscerat dies. Cum ita suis caueret; euenit tamen, vt tres ex familia, & ex corum numero, qui ad Carolum tangendum non accedebant, morbo contra&to, interirent; vnu ab epistolis, alter a pedibus, tertius stabularius. Fuisse non ignoro, qui Carolum seruatum eo tempore dictitarent, ex variis medicamentis, quæ multa sunt illi, etiam a Principibus viris, Italiæque Regulis misfa. sed ego ipsius verbis affirmo, ea contra pestem, periculo facto, minime valuisse: scioque nihil ab eo adhibitum fuisse, præster spongiam aceto imbutam; quam, vt alij passim, in pila lignea perforata inclusam manu ferebat; & aliquid etiam aromatum, quod ore solebat interdum tenere.

*Contra pestis
periculum nul-
lum sibi adhi-
bet medicamen-
tum.*

*Nonnulla e-
menda vigen-
te peste, ipse
progreditur in
via salutari.
Cap. IX*

O B L A T V M est ex ea plaga Carolo tempus, ad multa reprehendenda, multaq; efficienda, quæ alioqui multos aduersarios, magnamque habuissent difficultatem. est enim animus in periculis ad pietatem, & emendationem propensior. & qui eò se loco esse sentit; quamquā eo sumus semper mortales omnes; sed qui tamen ex manifestis periculis, ea se conditione esse videt, vt facile

facile iam iam ex hac vita sit ad diuinum tribunal rapiendus; meliora fere, sanctioraque consilia eligit. Ita cum etiam optimates in publicis concionibus Carolus liberius increparerat; plerique ne dum indignarentur, potius ad errata dolenda, publiceque deflenda pie mouebantur. Sed habuit etiam tempus illud sua vitia, criminaque permulta: plurimique fuerunt duri, ac pene ferrei homines; qui nullis calamitatibus, periculisue flexi, peiores etiam, quam antea euasere. In assiduo mortis discrimine, & fere inter ipsa cadauera erant, tum qui aliena surriperent, tum qui effrenate luxuriæ seruirent: ut qui valetudnariis praefecti erant, illud non in postremis curare oporteret, ne libidinosis criminibus daretur locus: eueniretque interdum, ut cum illud vehemens admodum sit contagionis genus, miseri in ipsa propemodum peccati actione interirent; & uno tempore corpus, & animum pestilentia duplex interimeret. In castellis frequens erat, & maior etiam quam consueuerat, aduersus sacra quædam instituta contentio; ab iis maxime qui nobilitate, opibusque præstant; quosquidem; bonos excipio semper; Ormanetus ille, paruos ecclesiarum tyrannos quandoque appellabat. tūc autem ob commercij communis impedimenta, magis ab Antistitum correctione remoti, maiori licentia, atque audacia vtebantur. Itaque affirmabat Carolus, suis extra urbem administris numquam maiores obiectas fuisse in munere suo exercendo difficultates. addebat se tunc re ipsa perspexisse, quod fertur; bonos meliores, malos peiores animaduersione fieri. Sed Carolus dati temporis beneficio vtens, nonnulla sibi aliiisque facienda suscepit, quæ ad augendam religionis, sanctitatisque disciplinam pertinerent. Ignis beneficio cœpit, leuationeque hyeme sibi interdixit; ut frigoris asperitatem die, nocteque ferret. abiecta culcitra paleas elegit ad cubandum. carnem a mensa sua repulit. modicum illud, quod ieunii diebus vespere, medicinæ potius, quam cibi caussa sumitur, reiecit. quæ omnia ita in posterum retinuit; ut in dies etiam, quemadmodum suis locis dicetur, augeret. Cumque Arimennensis Episcopus, olim eius Vicarius, amantissimis litteris,

*post tempore
euasa, & cri-
mina permul-
ta.*

*Seu rationem
institutæ Care-
tum.*

*afflictiones
renuntiat mo-
net episcopus
Ariminensis.*
*Alia sibi agen-
do statuit.*
*Yt: clericis bar-
bam sibi praci-
dante perficit.*

ciuitate liberata, vehementer rogasset; vt quando iam Deus pe-
 stilentia poenam remiserat; ipse itidem remitteret afflictiones,
 auertendæ poenæ caussa susceptas: augendi potius esse caussam
 ille respondit; cum moribus minime emendatis, duriora perti-
 mescenda esse viderentur. Concionari quoque festis, & præte-
 rea duobus aliis in Quadragesima hebdomadæ singulæ diebus,
 instituit: & canonicorum funera prosequi. Cantores a se non
 approbatos, aut clericali vestitu non indutos, ab ecclesiasticis
 officiis, quæm antea diligentius exclusit. Ianuas, quæ in lateri-
 bus eccliarum erant, obstruxit. In vniuersum autem, quæcum-
 que antea decreta erant, vt omnia perficerentur; & per diœcesis
 quoque loca, quantum posset, res omnes componerentur, per
 id tempus studiosius curauit: nouosque præfectos elegit, quibus
 ad ea curanda diœcesis regiones separatim distribuit. Illud etiā
 perfecit, quod difficile omnibus videbatur; vt clerici omnes
 barbam sibi præciderent. Iam dudum id se cupere ostenderat;
 tum vt corruptelam sacrorum hominum tolleret; qui profanas,
 militaresque barbarum formas, & earum frequentes, leuesque
 mutationes indecore admodum imitantur; tum vt vetus cleri,
 præsertim Mediolanensis institutum renouaret. plurimi enim
 superstites illud viderant in ecclesia Mediolanensi seruari; non-
 nulli adhuc seruabant. Verum cum ea de re Carolus agere cœ-
 pisset, sermoque percrebuisset in clero; fuere, qui eius non mo-
 do iussum, sed etiam exemplum præuenerunt; barbamque sine
 mora posuerunt. cum autem ipse raus in publicum prodiisset;
 litteras etiam ea de re ad clerum proposuisset; quibus factum
 potius laudabat, quæm faciendum hortabatur; argumentaque
 explicabat, quibus id fieri deberet; clericales item virtutes com-
 mendabat, quæ eiusmodi pilis abrasis significantur: omnes
 fere paruerunt. qui difficiliores tunc fuere; postea maiori vrbis
 celebritate, cum multo magis erubescerent, euitare non po-
 tuerunt. illud vero institutum decreto, deinde in synodo diœ-
 cesis sancto, confirmauit. dictum Caroli hoc de genere venit
 in mentem: qui cum collegium canonicorum recognosceret;
 quandam, qui adhuc non paruerat, reprehendit. eius nomen
 erat

erat graui de crimine delatum. homo respondit, pudere se, rassique clericos remigum sibi similes videri. tum seuere Carolus, At, inquit, adhuc pendet caussa tua. Ita Carolus tempus natus idoneum; pietatis ardore, afflictionum quasi ventis in eius animo vehementius excitato; in omni sanctitatis laude tunc vehementer ipse progrediens, ceteros quoque ad salutem, optimamque disciplinam iuuare studebat.

P E S T I L E N T I A vis cum Octobri mense, vti demonstrauimus, valde progressa esset; minui coepit Nouembris initio; posteaque paulatim ita debilitata est; vt ex ea tamen quotidianaliqui morerentur; interdum etiam multi. quod ex vestimento-
rum tractatione fere accidebat. ob id proximus annus M. D.

L X X. VII. in timore fuit. & hyeme quidem veris, atque aestatis; estate vero autumni aduentum formidabant. quidam etiam verebantur, ne in annos plures, vt olim acciderat, illud, quidquid erat, contagionis maneret. Sed Dei clementia, sicut iam iam narrabitur, opinionem, spemque hominum longe superauit. Celebrauit Carolus post initium anni, statis precationum officiis, trinaque ad ecclesias decreta supplicatione, Apostolicæ indulgentiæ beneficium; quod superius diximus a summo Pontifice toti Italiam, ad pestis pericula auertenda fuisse propositum. Iuit ipse nudis pedibus, & codem habitu, quo initio pestis, ad ecclesias. iuimus canonici, magnaue cleri, & populi pars. con-
ciones ille habebat, magno lachrymantis populi fructu. post eas, ipso, & canonicis humi postratis, litania habebatur: Missa que a sacro maioris ecclesiæ collegio fiebat. omnino ea celebri-
tas, precatioque visa est ad emendationem morum, piisque ani-
morum affectiones plurimum valere. Appropinquante Qua-
dragesima eius primæ Dominicæ cultum ex toto restituit. Reti-
net Ambrosiana Ecclesia Quadragesimæ vetus institutum, quo dies quadraginta duo tantum numerabantur. iam dudum au-
tem fecerat immoderatum voluptatis studium, quo misere ante faci temporis illius initium, plurimi Christiani nominis affi-
ciuntur; vt Dominicum ipsum diem, qui quidem veluti sanctæ

Nouas cele-
britates, alia-
que religiose
peragit, temi-
sa peste.

C A P. X.

1577.

*Nouas celebrat
supplicationes,
codemque ha-
bitu, nudi, que
pedibus sicut
in prioribus in-
cedit Carolus.*

*Prima Domi-
nica Quadra-
gesimæ cultum
restituit.*

Quadragesimæ caput, colendus erat, ab ea penitus amputarentur, & ad voluptarium tempus sic adiungerent; vt cum ad Quadragesimæ dies sancte agendos, cuncti sese paratos ostenderent; istam tamen tamquam voluptatis extremus dies, profani totius gaudij, peruersitatisq; omnis quasi cumulus redderetur. Antea Carolus, vt tetigimus, partim quidem restituerat diei sanctitatem, magna multitudine ad Eucharistiam suscipiendam, & ad conciones, precesq; diuinæ allicienda. Sed cum Romæ, Mediolanique, multis adhibitis viris, qui religione, doctrina, iudicioque in primis excellebant, ea de re consultasset: superiore quidem anno cum Iubileum celebraret, litteris editis monuerat, docueratque populum; diem illum Quadragesimæ initium esse; omnique ratione, cohortatus erat, vt eum non secus ac alios colere vellet: clero autem idem iussérat; quod populum exemplo suo vehementius excitaret. cum autem vidisset recte populum acceptissime, plurimosque ita cohortationi paruisse, vt si decreto iam, & lege res sancta esset: hoc anno cum adhuc in morbo, luctuque ciuitas esset; edicto generali rem sanciuit; & in proximæ synodi decreta postea retulit. Vrbanarum item ecclesiarum recognitionem eo tempore aggressus: ad pleniorum ciuitatis correctionem; præter ea, quæ ad populi salutem ipsa vniuscuiusque ecclesiæ visendæ actio suppeditat; illud adiunxit; vt ædes singulæ, sacra aqua, sacrificisque precibus adhibitis ritè lustrarentur. quæ res valde accommodata erat ad domos quodammodo expandas; & a pestilentis illius vexationis vestigiis, quæ manebant, liberandas. Itaque recognitionem ecclesiarum incipiens, statu ritu primo ad ecclesiam maiorem eques, clero præcunte, Pontificalibus indumentis adductus, iucundum eo calamitoso tempore spectaculum ciuitati præbuit: iucundum, inquam, non ornamenta solum, & egregiam pompæ sacræ speciem; quæ tamen ex longo luctu lætior, pulchriorque apparebat; sed ob id quoque, quod, qui antea partim summa humanitate, & abiectione, suorum commodis seruierat; partim habitu miserabili, summoque squalore Dominum pro iisdem publice precatus erat; tunc augusto ornatu, splendidoque apparatu ingrediens;

miram

*Ad Urbana-
rum ecclesiarum
recognitionem
summo appa-
ratu se accom-
git.*

miram quandam rerum vicissitudinem cum latitia coniunctam ante oculos poneret: eodem ostendens tempore, quam ex christiana virtutis praescripto, & se scabiicere; & rursus sacram maiestatem conseruare, cum opus esset, pari animo, voluntateque nosset: Apostolo non dissimilis, qui & abundare sciebat, & penuriam pati. Expiationem aedium aggressus; ut maiorem dignitatem, fructumque res haberet, exorsus ipse, suas, canoniconumque aedes aspersit. cumque ea progredi per urbem inciperet actio; populus summa voluntate, pietateque eam expectare videretur; certatim unaquaque familia ad rerum sacrarum honorem, decore domum ornare conaretur; imagines, & libros a christianis moribus alienos deleret, abiiceretue; sacras picturas, & ad pietatem accommodatas apponenteret; aliaque eiusmodi, pro ratione Caroli litteris praescripta, atque edita compararet: cum etiam multi publicis flagitiis maculati, de ignominia vitanda deliberarent; ne sacerdos eorum domos præteriret, quemadmodum Carolus faciendum iusserat: omnino cum plurima ad corruptelas tollendas, pietatemque augmentandam instituta essent: Gubernator, aliquae magistratus, quasi in Quid Guber-
 eo ius regium laderetur, intercedere, & queri cœperunt; rem que varie disturbarunt. Populi custodiam paulatim cum morbo Magistratus faciant.
 ipso remissam, Gubernator appropinquate Quadragesima per edictum renouauit: sed Carolo conquerente euenit, ut multi tamen ad ecclesias nulla facultate exirent, & ad sacras conciones conuenirent. maxime vero Pontificia illius indulgentia caussa, quæ tota prouincia eo insigni die celebris habetur, quo cœlestis nuncius ad Mariam humanæ salutis causam venit, magna multitudo prodiit ad destinatum indulgentiae consequendæ templum. quo tempore mirum extitit afflitti populi solatium: miraque ciuitatis apparuit alacritas, in ecclesiis insignibus, quibus diu caruerant, assidue frequetandis; supplicationibus obeundis; gratiisque Deo de oblata spe liberationis agendis. tamquam ex diuturno carcere ciues ea libertate recreati, nec fatigari, nec satiari pio, assiduoque eiusmodi labore posse videbantur. quæ alacritas eò maior erat, quò ex multitudine, ac frequentia.

quentia, quæ cernebatur, exiguus eorum numerus cognoscebatur, qui peste interierant. Fecit etiam Carolus, ut sacrosanctis diebus, ante Pascham, usque ad octauam illius celebritatis diem, omnibus domo egredi, & in ecclesias conuenire liberum esset. indignum enim illi videbatur, tali tempore, talique diuinæ clementiæ pignore, christianos ecclesiis adhuc prohiberi: difficile que admodum erat, omnibus domi inclusis, ut tempus necessario postulabat, sacræ confessionis, communionisque potestatem facere. omnes autem illi conuentus adeo feliciter acti sunt; vt nihil prorsus accessionis morbus acceperit; neque opus omnino fuerit amplius custodiam imperare. Festus aduenerat dies,

In festo Inuenientia sancte crucis in solemnitate supplicationis sacramentum clavum portat. quo sanctæ Crucis ab S. Helena inuentæ memoria colitur. cumque illustriorem sacrati clavi cultum, quem superiore anno instaurauerat, annua celebritate aliqua Carolus continuare in animo haberet; eum diem ad id aptissimum iudicauit. clero igitur vniuerso conuocato, clavum a loco suo demissum publico conuentu, festoque apparatu, tulit ad ædem sancti Sepulchri nomine appellatam. Euenit autem non sine magna piorum lætitia; vt cum nebulosum cœlum, neque sine imbre esset; sanctissima re in altari deposita, subito serenum redderetur, claraque luce resulgeret, donec issent, & ad ecclesiam maiorem sacri ordinis essent reuersi: tunc enim rursus nebulæ, atque imber aërem occupauit. Ita conuenit populus ad eam supplicationem; vt unaquæque pars signum illius sancti sequeretur, cuius nomine parochiæ suæ ecclesia dedicata erat. quæ ratio, tunc primùm Caroli iussu fuit adhibita ordinis, pietatisque gratia. fuit institutum non dissimile labaris illis, quæ Constantinus in exercitu suo significatione pietatis haberi, gestarique iussit. clavum in altari collocatum, quadraginta horis coli constituit, clero, & populo distincte per collegia, & regiones, singulis horis ad precationem conueniente. Carolus autem inde numquam discedens, ut quæque populi pars adueniebat; ita primò quidem pia verba ad eos faciebat; mox de suggestu ad altare veniens beatorum inuocationi, litaniæque cum eis operam dabat; postremò antequam abirent eis benedicbat; decennemque auctoritate Pontifícia largie-

Clavum in altari collocatum quadraginta horas collocatus.

largebatur indulgentiam. dum autem alia pars veniret; alia, quæ rursus diceret, ex diuinis Bibliis, quæ ibi habebat, flexis ante altare genibus meditabatur. hoc ipsis quadraginta horis continuis facere constituerat; sed prohibuit Gubernator, post primam noctis horam domo quemquam egredi. At ab aurora nihilominus ad noctem, Carolus circiter horas sexdecim, in ea exercitatione ita permanebat, ut ne vlla quidem naturæ necessitate ab altari auelli posset; donec quadraginta tamen horarum diurnarum spatium completum est, in quo viri patientiam omnes mirabantur; eò magis, quod neque somno, neque vita comeditati propterea præter consuetudinem quidquam nocte tribuebat. Post illum horarum cursum clavis eodem modo, atque eadem celebritate in suum locum relatus est; ciuitasque ex ea re magnam visa est leuationem doloris accipere. sed clavis figuram scite prius expressam, & ipsius ferri contactu sacramtam, Carolus misit ad Philippum Regem, donum optimi Principis pietati accommodatissimum. Ea igitur anniuersaria celebritate constituta; tum clavis, tum diei cultum mirum in modum amplificauit. Pulcherrima, pietateq; plenissima certe actio illa est. In amplissimo totius cleri conuentu, maximoque totius populi concursu; musicis choris suauem concentum edentibus; populo misericordiae vocem indentidem ex animi pia commotione remittente: tres sacerdotes, ex iis, qui adsint dignitate præstantiores; in quibus non semel Episcopos vidi, sacris, splendidisque vestibus induti, machinis, quæ non apparent, in sublime sensim feruntur; in apto quodam, ornatissimoque receptaculo decore collocati, integumentis pellucidis ita circumdato, ut inclusis luminibus lucidissimæ nubis speciem præseferat. cum ad fornacem summum, locumque demum longo tractu, temporeque peruenierunt; ablato clavo, eodem modo demittuntur. cuin ad solum nubes venit, Archiepiscopus qua par est, veneratione excipit sacrosanctum ferrum; & in ampla cruce media aptè insertum, ipse fert ordinum sacrorum pompa antecedente. Inclusit autem illud honoris, commodatisque gestandi gratia Carolus argentea theca; sic, ut per crystallum perspectiatur, locum præterea

terca vbi affixus est, tum ferreis clatris, lapidibusque supra compo-
positis muniuit; tum splendide etiam ornauit.

I N T E R E A licet humanæ diligentiaæ officia, eaque exquisita non deficerent; manebat aliqua pestis tamen: neque obtineri poterat, ne quotidie nouis casibus, iisque minime contemnendis, ciues exterrerentur. Quocirca remedium rursus publicæ precationis Carolus, expiationisque animarum quæsivit. solita diuina præmia, sicuti consueuerat, a Pontifice impetravit; populoque proposuit: quæ mensc Iulio mæstis supplicationibus, concionibusque, vt antea, vna cum clero, & populo prosecutus est. Cum autem per id tempus ex peste Brixia miserrime laboraret; eò voluit Carolus aduolare; sed nescio qua ratione dissuadere visus est, impedireque Episcopus; qui quidem cum optime agroris consulere cœpisset; post interitum nonnullorum ex domesticis suis, non longe ab vrbe secessit. ex iis ille fuit, qui Carolo per litteras initio suaserant, vt propositis sibi officiis abstineret. Attamen, vt auxilium aliqua ratione Brixiensibus ferret, prater cohortationes ad Episcopum missas; eò Carolus dimisit Paulum illum, quem toto reliquo tempore Gregorianæ multitudini præfuisse diximus. Cum idus Octobres venissent, publici voti dies; Carolus ea celebritate litteris publicis ante denunciata; ciues proximæ iam liberationis spe proposita, ad veram diuinæ misericordiæ fiduciam excitauit; tam incerto præsertim humanæ industriae præsidio cognito. nouas supplicationes decreuit in vrbe, ac in dioecesi. sacris in æde S. Sebastiani celebratis, diei religioni satisfieri curauit, & voto. populus per partes de more distinctus conuenit: ciuitatis consilium, & qui in singulis paroeciis a populo mandatum acceperant, solemnia dona obtulerunt. Respiciens deinde pius Pater eorum conditionem, qui toto illo tempore in vrbe, dioecesique; immo in aliis item Italæ ciuitatibus mortui erant; quibus pro morbi eius ratione, quo cognati omnes sæpe absumuntur; deesse fere credibile erat, qui sacris officiis opem ferrent: vt suis, & alienis, omnia optimi patris officia præstaret; communes eis exequias constituit, tribus diebus

Post alias sup-
plicationes de-
mum ciuitatis
liberationem
celebrat.
CAR. XI.

Brixia peste
laborans au-
xilium fert
Carolus.

Nouas suppli-
cationes in pu-
blici voti die
instituit.

Peste absun-
ptis communes
exequias tri-
bus diebus ce-
lebrandas con-
stituit.

diebus celebrandas, qui sancti Martini diem festum sequebantur. qua in re viuis quoque ipsis consulebat; si officia illa, & sacrificia christiane prosequentes, integram sibi, atque aliis, religiosi operis virtute salutem possent impetrare. primo igitur die, vna cum omnibus presbyterorum collegiis in ecclesia maiore, funebria sacra celebrauit. altero, tertioque die in urbis ecclesiis peracta sunt, quæ collegia habent; ad quæ singula reliqui omnes regionis eiusdem clerici conuenerunt. vnumquemque presbyterum pro iisdem Missæ sacrum iisdem diebus facere iussit. ad eandem rationem sacra in diœcesi facienda mandauit. primò autem populum ad id publicis litteris cohortatus, ad alia quoque opera incitauit; quæ suffragio, salutique mortuis esse possent. Post hæc in longinquiores diœcessis partes excurrit; & ad loca venit Helueticæ ditionis; tum pestilentia cauſa; tum ut nonnullas in ecclesiam prohiberet iniurias. quibus in locis, quoniam permisti erant, morbidis æque, atque integris sacramenta præbuit. Quod iam mente Carolus de ciuitate liberata conceperat, id enunciare volebat palam; religiosoque ritu publicamea de re celebrare gratiarum actionem. sed contra magistratus dicebant: debilitatem valde, sed non extinctam esse pestilentiam: docere id, si non quotidianos, ac frequentes; aliquos tamē adhuc ex eo morbo morientium easus: vel illud valde vereri, ne potestate facta; cum ea, quæ publicis iussis recondita consignataque fuerant, depromerentur; multa pestilenti contractu affecta, rebus adhuc recentibus, reperirentur; quæ de integrō ciuitatem in easdem miseras coniicerent. si liberatione promulgata, rursus inualesceret morbus; præter calamitatem & damnum; quād id pudendum foret? Sed tenuit animo mirum in modum confirmato, propositum Carolus. de libera, integraque, non ciuitate solum, sed etiam diœcessi certum vna cum magistratis constituit. ad agendas publice de accepto maximo beneficio gratias, proxinium sancti Sebastiani festum diem anni M.D.LXXIX. delegit: vt quem patronū imminentे periculo, sibi Mediolanenses aduocauerant, eodē postea impetrata uenia, ad gratias recte agendas uiteretur adiutore: & quem initio

*In longinquo
diœcessis partes.
pestis causa
principue ex-
currat.*

*Pro ciuitate,
et diœcessi li-
berata publi-
cam ea de re
gratiarum ac-
tionem haberet.*

1578.

afflicti orauerant, eidem in fine liberati, gratos sese ostenderent. Itaque præter supplicationes, quæ alioqui ad illius ecclesiam habendæ erant; binas alias Carolus indixit. itum est ad sancti Ambrosij, deinde ut initio periculi factum est, ad vrbis compita omnia. Quæ quidem supplicationes, ut celeberrimæ, ita sanctissimæ fuerunt; ob id quoque in primis; quod sacras reliquias omnes, quam maximo ficeri potuit ornatu, clerus vniuersus, ut antea, ferre iussus est; cum vi lumen prope immensa; quæ non modo clerus adhibuit sed populus quoque frequentissimus. Assuerunt Gubernator, Senatus, & Magistratus reliqui; omnesque publice, pieque gratias egerunt, ex libello, cohortatione que, quam ad eam rem Carolus edi iusserat. Atq; dum ad compita ordines duceret; ad Cruces morabatur, quæ ibi pestis causa erectæ fuerant; & posita sacra re, quam ferebat, in mensa ibidem ad id decore constituta, rite precabatur. mira pietate clerius, & populus in ea supplicatione perseverauit usque ad noctem, cum mane cœpisset. via etenim ob amplitudinem vrbis longissima est, accessit maximus plurimorum tormentorum sonus honoris, & lætitiae gratia ex arce effectus, dum sacri ordines ea vrbis parte transirent. Cum in ecclesiam maiorem redditum esset; sanctissima Eucharistia prius per ecclesiam omnibus facrorum hominum choris comitantibus lata, in altari proposta est: cum omnia maximo, gratissimoque sono, hymnis, psalmisque, tum tubarum etiam clangore personarent. Ibi Carolus, quasi nihil adhuc fecisset, quadraginta horarum precationem ante sanctissimam Eucharistiam instituit; in qua eadem patientia, & labore, quo antea sacro proposito clavo, sese exercuit. Quo tempore cum in concione ciuitatem a morbo diuina ope liberatam diserte prædicaret; erant qui valde mirabantur, quo certo signo id posset affirmare; non nihil etiam verebantur, ut ea præstari posset in posterum affirmatio. quod ita Deo concedente, factum est tamen. Alia quoque ciuitas, consueta populis lætitiae signa multa edidit, quæ præterimus; litteræque ad exterios populos datæ, ad mutuam consuetudinem plene restituendam. Carolus Episcopos prouinciarum missis litteris monuit; rogauitque,

*Ciuitatem a
morbo ope di-
uisa liberatam
magna multo-
rum admira-
tione affimat
Carolus.*

*Vt Episcopi
prouincia Deo*

que, vt vna vellent gratias agere. atq; alij omnes per litteras gra-
tulati sunt: Nicolaus autem Cremonensis Episcopus; ex præci-
puo in Carolum, patriamque amore, gratulationis causâ Me-
diolanum venit; & dc suggestu concionem in ecclesia maiore
præsente Carolo, Gubernatore, Magistratibusque ad populum
habuit sane piam, & luculentam. Mortua fuisse hominum circi-
ter tredecim millia in vrbe; octo vero in agro, ad initium mensis Decembris anni M. D. LXXVI. Carolus litteris suis testatus est: ex quo tempore numerum eorum, qui morerentur, vsque ad morbi extinctionem, non magnum fuisse iam diximus. alij vero de vrbe tantum commemorantes, ab initio morbi, vsque ad integrum liberationem, in ea mortem obiisse affirmant hominum circiter decem, & septem millia: nata vero, vt id quoq; referamus, eodem spatio temporis, quinque millia, & tercenum. Vici, & castella, quæ peste laborarunt, fuerunt ad centum viginti. Ecclesiastici viri omnium ordinum in vrbe, & diœcesi, centum viginti diem suum obierunt: tres tantum ex iis parochis, qui officium erga ægrotos non deseruerunt: quorum nemotamen, quòd constet, ex sacris officiis, quæ cuiquam ægroto tribuerit, morbum contraxit. Illud minime prætereundum, ex Duo ex tot Vir-
quinque, & sexaginta monasteriis Virginum, vnum peste tactum ginum mona-
steriorum peste in vrbe, in quo duæ tantum Virgines; alterum in diœcesi, in quo paucæ omnino mortuæ sunt. neque in iis quidquam de præscri-
pta, & cōsueta claustrorum, custodiæue disciplina remissum est. In ecclesiis omnibus, vt ante consueuerat, statis horis, sacra of-
ficia, muneraque clerici toto eo tempore obierunt; qui congruenti ad contagium vitandum spatio, aliis ab alio consistebant.
quod vt ecclesiæ maioris collegium facilius exequeretur, sub-
terraneam viam ab ædibus canonicorum in ecclesiam ipsam co-
tempore Carolus fodi, construique iussit. Hic fuit maximi illius
periculi exitus, vnde magnam vrbi ruinam intelligentes omnes extimescebant. qua in re singularem profecto Dei clementiam perpetuò gratissimis animis erga nos agnoscere Mediolanenses debemus; neque vñquam gratiarum agendarum finem facere.
Quid in rebus tantis Carolo sit tribuendum; res ipsa loquitur.

*Quid Carolo in
his rebus tri-
buendum sit.*

Multa qua ali-
is in tali casu
proponat ex-
empla Medio-
lanum habet.

ipse vero nihil suis laboribus, studiis, vigiliis, lachrymis tribueret, piorum ciuium precibus, corum maxime, qui simplices sunt, & incorrupti, omnia facta, impetrataque esse praedicabat. Habet certe Mediolanum, quæ proponat aliis in simili casu, tum sancti Pastoris, tum optimorum ciuium præclarissima exempla: siue, quod in primis graue est, requiratur, quod ad iuuandas animas, siue quod ad corpora subleuanda; & omnino ad omnium rerum aptam, rectamque gubernationem tenendam pertineat. Quid enim magis commune, quam inuadente peste, sibi quemque, rebusque suis consulere; etiam a coniunctissimis discedere; longe, quantum potest, pericula fugere? quod magis peruagatum malum; quam infestos deserit, rerum diuinarum inopia, curationeque omni destituit; plerumque etiam famè cruciatos, interfice? quæ quidem contra diuino munere nobis euenerunt: ut vere Carolus dicere soleret, circumspexit rebus omnibus, piisque operibus ponderatis, fructum, quam damnum multo maiorem fuisse ciuitatis. Ac singularis quidem Dei benignitas; ciuitatisque, ut in malis ciuismodi, singulare bonum, per se quidem apertum sine dubio fuisset omnibus: qui modo cogitare vellent, infinitæ prope multitudinis ciuitatem, pestilentia penitus occupatam, tam exiguo mortuorum numero; tanto rerum omnium ordine; tantis, tamque promptis ad salutem subsidiis feliciter euafisse. Sed illustrata sunt hec omnia multo magis aliarum ciuitatum Italiæ casibus. quibus locis, etiam iisdem tentatis includendi populi remediis, longe maxima strages laicorum, saecorumq; hominum fuit; ipsis quoq; marium, foeminarumque monasteriis occupatis. de ciuitatibus loquor, quas vere pestis complexa est: nam verius quædam tentatæ sunt, quam occupatæ. De rerum autem prociuatione, quæ vel ad sustentandum corpus, vel ad subueniendum animæ pertinerent; de gubernatione tota; de supplicationibus aliarum ciuitatum, nihil attinet scribere: quæ quidem rebus Mediolanensibus (notam rem cōmemoro) ne minima quidem ex parte conferenda sunt. Addere huc item potest, qui velit; ut clarius, quomodo nobiscum actum sit, agnoscat, eorum recordationem, quæ ante annos circiter

circiter sexaginta Mediolanenses pestilentia vexati non semel
pertulerunt. id tantum commemorabo, quod Galeatius Ca-
pella refert; anno M. D. XXIV. cum pestis ciuitatem neq; tunc
primò, sed quartò iam per id tempus inuasisset; Dux, Senatus,
Magistratus omnes sc̄e r̄cepissent Modoëtiam; eò breui ven-
tum esse, vt res ipsæ ad viictum necessariæ penitus deficeret. tum
infectorum maximum numerum, qui è ciuitate, vt fit, emissi
fuerant, captis armis in vrbe ingressum, noua pericula intulisse.
supplicationibus demum, extrema rerum conditione habi-
tis, ita diuinam misericordiam impetratam; vt quatuor
mensibus tamen amplius quinquaginta millia ho-
minum in vrbe interirent; præter alios in-
numerabiles, qui in oppidis desi-
derati sunt.





DE

VITA ET REBUS GESTIS,

CAROLI CARD. S. PRAXEDIS ARCHI- EPISCOPI MEDOLANI,

Liber Quintus.

Quæ post pe-
stem contra
Caroli acta ge-
sta sunt.
CAPVT. I.



VM res tantas Carolus gesſiſſet;
restabat, vt iis præmiis afficeretur, quæ præstan-
tissimo cuique, ex iis, qui Christum ſequuntur,
in terris quidem ſunt expectanda. dico, vt variis
rurus moleſtiis, acerbitatibusque premeretur.
Id cum Diabolus ad impediendum commune ſalutis negotium
ſemper curet: ſæpenumero etiam Dominus permittit; ne fefe-
homo magno ſalutis periculo efferat: & eo maiore gloriæ mer-
cedem accipiat in cœlo; quo grauioribus in terra perfunctus eſt
periculis, & laboribus. Caroli res pestis cauſa gestas, præſentes,
absentesque; ij quoque qui initio in multis diſſenserant; diuinis
laudibus extulerunt: & pene ex vltimis terris, etiam regiæ miſſæ
fuerunt gratulationes. alieni homines, ac maleuoli coaſti ſunt
vel obmutescere, vel probare multa. Sed non ideo tamen non
fuere; qui proximis annis duobus, negotium ei grauius etiam,
& moleſtius, quām antea variis de rebus faceſſerent. ac ob ea ip-
ſa, quæ pestilentia cauſa fecerat, criminis aliquid inuenirent ad
Pontificem Gregorium deferendum. Igitur Gubernator, qui iam
inde

Hominem ten-
tari cur per-
mittas Deus.

Inde ab eius cui successerat tempore, alienum, a Carolo animum propter ea quæ tum acciderunt habuisse videbatur; vix morbi sublatis impedimentis, iurisdictionis ecclesiasticae negotium in-
 staurari curat: Senatus nomine Romam ea de re mitti iubet. de-
 lectus est Iacobus Ricardus iurisconsultus Laudensis; nunc Se-
 natus Mediolani Præses, cuius virtutem, diligentiam, studium-
 que, cum regij legati probarent; modestiam quoque, & aduer-
 sus Carolum reuerentiam ipsi quoque Caroli procuratores lau-
 dabant. Ac eodem fere tempore venit a Rege missus ex Hispa-
 nia Marchio Alcannisij, vir prudens, & pius; qui diu iam om-
 nium iuris ecclesiastici controversiarum caussa expectabatur,
 quæ in aliis quoque erant Regis prouinciis. de quo principe vi-
 ro silendum non videtur; licet regiam caussam caute, ac diligen-
 ter egerit; optimo tamen animo, summaque obseruantia in Ca-
 rolum fuisse: nam & a Rege plurimi illum fieri affirmare sole-
 bat: ita tumque omnino esse palam semper prædicauit, de ipsius
 mente quidquam a sanctitate alienum suspicari. Itaque Grego-
 rii Pont. iussu nonnulli Cardinales, viris aliis eruditissimis ad-
 iunctis, rem totam cognoscendam suscepserunt. Sed ad pristinas Multas scruta-
 cas addi Gubernator iussit recentem de pestilentia querelā;
 quod de sacris hominibus pestis caussa custodiendis, & liberan-
 dis Carolus constituerat: feceratque, ut omnes, quicumque ec-
 clesiasticae administrationis gratia opus fuissent, ad omnia loca
 peruenirent, suorum tantummodo de sanitate testimoniis ac-
 ceptis. eam ob rem ciuitatem scilicet in discriminem adduxisse cri-
 minabatur. Præterea Caroli administrationem, eiusque Vica-
 riorum foris, & in vrbe magno studio scrutatus est, si quid inue-
 niret errati; ut multis eum posset nominibus accusare: usque eo,
 ut si ecclesia rectore ceteret; si quid forte grauius publice peccâ-
 ti pœnitentiae nomine imponeretur; & alia eiusmodi diligenter
 obseruantur; & iis de rebus testimonia Romam mittenda col-
 ligentur. Procuratores castellorum agri Mediolanensis eius-
 dem iussu multi Mediolanum vocati; varieque de Vicariorum
 actionibus interrogati sunt: qui tamen licet minarum aliquid
 interponeretur, & ea de caussa non sine magno incommodo,

Gubernator in-
risdictionis ec-
clesiasticae in-
staurari curat
negotium.

Marchio Al-
cannisij cōro-
uersiarum cau-
sa ex Hispania
institutus.

Quid de Regis
mente referas
Marchio.

Multas scruta-
cas Vias Gu-
bernator se
Carolum apud
Pontificem ac-
cuse.

pluribus diebus in vrbe detinerentur; adduci non potuerunt, ve contra Vicariorum ipsorum sacram gubernationem quidquam dicerent; aut vero, quod magis cuperetur, litteris consignarent. Quarum rerum idoneos quosdam Gubernator nactus videbatur administros; ex quibus nonnulli Carolo plurimum ob eius merita debebant. Ciuitatis consilium in ea caussa, sibi adiungere curauit: adduxitque tandem, ut primò litteras; deinde etiam, vti dicetur, nobiles legatos ad Pontificem mitteret; & de multis, quæ ipse iniusta iudicabat, populi nomine conquereretur.

*Accusationis
capita.*

Accusationis vero capita erant; de ludis publicis, saltationibus quæ prohibitis; de festorum dierum integro cultu vindicato; de peccatorum quorundam absolutione, ob frequentiam, licentiamque nimiam, reseruata; de primo die Quadragesimæ in antiquum statum restituto; de seruitute, atque iniuria sacrarum ædium, ianuis a lateribus clausis, sublata; de marium, & fœminarum ad honestatem, decusque sacrum conseruandum in ecclesiis separatione; de beatorum patronorum Protasij, & Gerasij festo die, cultuque veteri redintegrato: & si quid simile forte nobis excidit. Quæ quidem, quoniam fieri non poterat, vt duriuscula quibusdam non viderentur; qui per se iis rebus commoti essent, eos tali auctoritate contra Pastorem suum multò gravius incitari; qui vero quieti, tentari magna ex parte, & non mediocriter commoueri, necesse erat. Interim vero si quid ipse horum posset, id re ipsa, factisque disturbare, rescindereque studebat. quæ Carolo displicerent, ea studiose conari videbatur. nam saltationes instaurauit; hastiludia etiam alieno prorsus tempore exerceri iussit: quæ olim de sodalitorum cœtibus habendis turbata erant, renouauit. Ad hæc quæ collegia, monasteria, quiue priuati vellent ex sacris, profanisque ordinibus, Caroli iussis, decretisque resistere; iis omnibus Mediolani, Romæ, auctoritate, gratia, suorum opera sc̄e præbuit adiutorem: omniaque regij nominis integumento studuit honestare. Quæ Carolus melioris disciplinæ gratia faciebat; ea s̄epius in personæ suæ sine caussa vertit iniuriam; & ea de re magis etiam sese commotum præbuit. Neque, licet Carolus cum quandoque paterno mone-

*Quæ Carolo di-
splicens reno-
was Guberna-
tur.*

ret

ret officio; qua de caussa, quoue animo faceret, simpliciter aperiret; rerum quas contra is tantopere laboraret, fructum ad Dei cultum, salutemque hominum demonstraret; acquiescebat vlo modo tamen. Huiusmodi Gubernator per eos annos magno studio, vehementiaq; & sua sponte incitatus, & ab aliis, vt ferebatur, instigatus egit: & in ea contentione tamdiu perseuerauit, quamdiu licuit in vita commorari. At sacri quoque ordinis homines in multis ad rem perficiendam, Caroque solicitudines, & curas augendas, ex altera parte non defuere. quod quidem earum rerum, quæ contra sanctitatis excellentis viros inse-
Ecclesiastici or
dinis homines
quidam, Caro-
lo curas au-
gent.

stanto fiunt, plerumque solemnis accessio quædam, atque cumulus esse solet. Cœnobitæ magna ex parte, propter ea, quæ circa suam, virginumque sibi creditarum disciplinam, eo quoque tempore Carolus agitauit, illi sese infensos admodum præbuerunt; præsertim ob eas hospitalæ ædes, quæ virginum cœnobiis ipsorum commodo sunt adiunctæ: quarum corruptelas quædam tolli studebat. itaque Romæ quidam eorum, occasione ex ceteris, qui aduersabantur, arrepta, in eum, eiusque existimationem acerbe, quantum potuerunt, inuasere. Religiosioris item ordinis nonnulli, aliqua ex parte consenserunt; Caroli studiis, atque operibus non obscure detrahentes; & caussam aduersariorum probantes. ac inuenti sunt, qui de suggestu celeberrimis in concionibus, id facere non vererentur. quorum dictis, Principis, ac omnium, qui cum eo Caroli oppugnandi negotium suscepserant, animis acuebatur: alebatur multarum rerum licentia, quas iamdiu Carolus communi bonorum consensu, tollere contendebat: offendentes omnino publice ac priuatim extabant graues, & multæ. Quod libertatis genus, cum tacitus mira patientia, bonis indignantibus, diu Carolus tulisset: priuatisque tantum admonitionibus temperari benebole curasset: demum iustitiae seruandæ necessitate, gregisque sui charitate coactus, remouendum esse, coercendumque statuit. ac ea concionandi ratio reprehensa Romæ grauiter, & punita est. Fuisse autem ex iis quoque, qui præcipuo religionem studio colere profitentur; qui diuersum a Carolo sensum habcent; haud

scio mirandum ne sit. nam vt quisque varie affectus est, ita varie sentire oportet. non est erga Deum par omnibus pietatis ardor. neque omnes ex iis, quæ proponuntur, optima sequuntur perpetuo. humanæ prudentiæ rationibus interdum, quam religioso, diuinoque lumine, quidam magis ducuntur. Diuersa etiam sunt eorum, qui religiose viuunt. instituta; immo diuersæ ipsius sanctitatis viæ: hic ad seueritatem, duritiemque; ille ad comitatem, suauitatemque procliuor. Intra fortitudinis, temperantia, omnium denique virtutum gradus, alias ad summos nitiuntur, alias inferioribus contentus est. Quæ quidem hominum varietas ferenda est; si modo ipsi se inuicem ferant: ac non alter alteri, quia diuersam sequatur rationem, detrahere velit, & obtreccare. id enim non admiratione solum, sed castigatione dignum videtur; præfertim si in Præsulem fiat, & publico loco; quod nominatim sacris sanctionibus vetitum est. quod quidem vitium in tantis humanis perturbationibus studiose cauendum est, ac diligenter. impulsus enim, quo ad aliena reprehendenda mortales feruntur; vehemens plerumque est: ac vt quisque ingenio, doctrinaque maxime valet; ita solet acerrime, nisi magna virtus resistat, ad id incitari; libentiusque in excellentes, & speciatissimos viros: quòd vel ad gloriā illustrius id videatur; vel ad excusationem commodius, si quis ea non assequatur, quæ non excellere, sed extra virtutis modum prodire iudicat. Interdum ex hominum existimatione; immo ex ipsa religionis exercitatione, atque etiam ex aliqua diuini luminis illustratione, se se homines infirmi efferunt; sibique de ceteris iudicium arrogant. Vrget etiam maxime principum virorum auctoritas, & gratia: qua non moueri, & a recta mente non deduci, solidæ pietatis, & constantiæ est.

De Oblatorum
Congregatio-
ne, & reliquiis
ecclesiæ mai-
oris.
Cap. II.

IN T E R eas accerbitates, quarum exitum postea expone-
mus, Carolus nouas querere non desistebat salutaris vitæ progressiones. etenim ex præterita pestilentia calamitate, quemadmodum aliis mortiferiæstus venenum in membra iniectum; ita illi pietatis, & charitatis ardor in animum immissus videbatur: tuncque

tuncque magis quam vñquam antea erat ad summós sanctitatis, perfectæque disciplinæ gradus erectus. Illud inter alia, sublatto statim pestilentiae morbo, curauit; vt cœnobaricam vitam vna cum clericis suis institueret. de qua tamen antequam narro; de sacris reliquiis dicam, quas ille sub altare subterranei facelli; quod veteres Confessionem appellantur, in ecclesia maiore recondidit. Sacellum hoc ipse perficiendum curauit, in primisque coluit; in eo Missæ sacrum frequenter facere solitus fuit; non semel integrō noctis spatio pie vigilauit: in suo denique testamento sanctis reliquiis, sacraque, & pretiosa supellestili locupleta-uit. tunc autem ibi condidit corpora sanctorum martyrum Cantij, Cantiani, & Cantianillæ; & item Maximi militis Thebæi: sanctorum Episcoporum Mediolanensium; Monæ, quod ab ipso Carolo antea è Fausti ecclesia translatum diximus; Dionysij, quod vna cum Aurelij itidem Episcopi reliquiis, olim ab ecclesia Dionysiana translatum fuerat; & Galdini, quod Pontificiis insignibus, vel eorum saltem vestigiis ornatum, ita in arca marmorea inuenimus, vt primo fuerat sepultum. cincres sanctæ Pelagiæ; vnum ex ossibus sancti Juliani Episcopi Cenomanensis. ex iis autem corporibus cū non modica pars ossium desit; quorundam etiam capita: crediderim ea esse in aliis ecclesiis, quæ eadem se habere corpora prædicant. Ea igitur omnia Carolus ad id tempus alieno fere loco habita, summa diligentia, decentiaq; condidit. & in cellula sub terrâ fabricata, testudine super eam ducta, insculptisque litteris firmiter clausit, mense Ianuario anni M. D. LXXII X. Capita vero martyris Thebæi, Monæ, & Galdini & item martyrum fœminarum principis Teclæ minime condidit; vt thecis argenteis includerentur; & celebritatis cauſa in altari de more proponi possent. Redeamus nunc ad cœnobaricam institutionem. Cum pro Episcopalis vitæ statu, qui religiosos ordines quo scumque perfecta, optimaque vitæ institutione antecellit; & vtinam re, factisque semper antecelleret; humana studia Carolus, resque caducas animo iam penitus abicisset: ad rem perficiendam, aliosque exemplo commouendos, illam animi conformationem, re ipsa præstare, factisq; exequi cupiebat.

Z 3

quod

quod quidem ad imitationem eorum veterum Episcoporum
valde pertinebat , quos in primis sancta colit Ecclesia. Egit pri-
mo ea de re cum canonicis maioris Basilicæ; quos ea cōiunctio-
nis accessione, vti vere fratres arctius complecti volebat; & tam-
quam ecclesiæ senatum , vt veteres dixerunt , in ecclesia guber-
nanda coniunctè magis adhibere. neque vero id a superiorum
instituto valde aberat ; nam inter se olim eiusmodi vitæ ratio-
nen Mediolanenses canonicos , collatis in communem usum
fructibus, sub Archiepiscopo Oberto habuisse, testantur Euge-
nij tertij summi Pontificis litteræ; quas aliud agentes nos eo ipso
tempore forte reperimus. volebat vero ipse quoque Carolus
reditus suos omnes, vt alij, conferre : vt qui ei curæ præfectus es-
set, habita ratione dignitatis, officij, & eorum omnium, que Ca-
roli persona, sancte tamen, postulabat; prout cuiq; opus fuisset,
distribueret. & omnino quantum pro ratione dignitatis posset,
pari conditione cū suis fratribus viuere, in animo habebat. Sed
quamuis ex eis nonnulli consentirent, quibus vitæ ratio ad diui-
norum consiliorum præscriptum proposita erat ; ceteri tamen
adduci non potuerunt. Id cum minime successisset; aliam socie-
tatem instituere constituit, clericis omnibus communem. qui
cœnobiticæ disciplinæ imitatione viuentes, ecclesiæ Mediola-
nensi multò magis, quam ceteri clerici mancipati, Archiepi-
scopoque addicti, sacra munera , quæ pro tempore , usque ec-
clesiæ oporteret, prompto animo ex Archiepiscopali iussu obi-
rent. In eum numerum plures canonici, vna cum aliis presbyte-
ris , & clericis nomen dedimus.. vitæ conditiones post multa,
Romano Pontifice consulto, hæfere eo quidem initio consti-
tutæ sunt : vt Oblati S. Ambrosij ij dicerentur ; quod non cer-
to homini, sed ecclesiæ Ambrosianæ sese addicerent; vtque Ar-
chiepiscopo semper obedire promitterent, voti vinculo astricti.
Hæc vero eorū munera fere commemorata sunt ; ecclesiæ per-
lustrare , ac recognoscere ; parochi munus , vbicumque necessæ
esset, ad tempus sustinere; sacras habere conciones; mulieribus
cœnobiosis sacris ministeriis inseruire ; christianæ doctrinæ rudi-
menta per ecclesiæ docere; collegiorum a Carolo institutorum
guber-

*Alliam societa-
tem erigere
constituit, no-
men danti mul-
ei, & Oblati
sancti Ambrosij
nuncupatur.*

*Huius societa-
tes munera
que sint.*

gubernationi operam dare: Archiepiscopalis etiam domus ministeria obire. quibus quidem in rebus ita Carolus iis vti constituit, vt tamquam Apostolicos viros, quocumque opus esset, mittere; tum ad arbitrium suum reuocare, posset; vtpote iis vinculis solutos; quibus clerici passim detinentur, haud penitus Deo, Ecclesiæque traditi; sed arbitratu suo viuentes; & commodis, vtilitatibusque suis, suorumque s̄æpe seruientes. quòd si qui magis ad vitæ perfectionem accedere, rebusque suis omnibus, quæ possideri possunt, per votum se vellent abdicare; aut vero facultates suas retinentes, earum tantummodo potestatem ad Archiepiscopi arbitrium deferre; eos admisit. Laicis item locum dedit, qui ~~sine voto~~ operam suam facultatis, artificiue cuiuspiam nauare vellent. Vota eius conditionis esse statuit, vt ea posset Archiepiscopus remittere; & iis astrictos, cum opus esset, liberare. societate non exclusit, qui certis ecclesiis addicti essent: quarum beneficia tamen dimittere, sicuti neque accipere, sine Archiepiscopi consensu non possent. Ita cum multi separatim per varias ecclesias, aliosque locos viuerent: certa quoque collegia constituenda decreuit, vbi clerici simul, tamquam in cœnobio vitam agerent. quam ad rem idoneos societati redditus assignari Pontificia auctoritate postea curauit: negotiumq; totum confecit; quemadmodum institutionibus eo de genere editis fusius continetur. Eiusmodi societatis institutionem visus est studiosissime Carolus, si quid vñquam, suscipere, & prosequi: vt in alliciendis ad eam clericis, humanitate, officio, familiaritate, oblitus interdum fere videretur grauitatis, amplitudinis que suæ. erat enim ad animarum salutem omnibus viribus quærendam tanto ardore incitatus; in quo congregationis illius summa consistere debebat; vt nihil in eo genere facere se posse, existimaret, quod minus non esset, quam res ipsa postulabat. Plurimis id persuasit; maxime tunc oblata diœcesanæ synodi occasione; in qua tribus de more concionibus; propositis Dei ministrorū officiis; contra vero eorundem negligentia ante oculos constituta, licet modico admodū spatio ad meditandū dato; clerum adeo commouit; vt multæ lachrymæ profunderentur:

presby-

*Quibus modis
ad hanc socie-
tatem ingredie-
endam clericos
afficiat.*

*In Diocesana synodo dū concionatur, la-
brymantur multis.* presbyterique; quorum alioqui plurimi diuturna quadam con-
suetudine ad res eiusmodi obdurescere solent; ad munera sua
diligenter, sancteque obeunda mirum in modum accensi disce-
derent. præsertim vero tertio die, visus est multis diuino spiritu
afflatus, inusitatam quandam, diuinamque dicendi vim adhibe-
re. Vnum ipse collegium constituit, ad ecclesiam sancti Sepul-

*Inchoata a se societatis colle-
gium ad ecclesiā sancti Se-
pulchri insi-
tuit.* chri: quem locum boni presbyteri nonnulli, Monetaque inter
eos, etiam ante Carolum Archiepiscopum colentes, antiquam
Mediolanensium clericorum disciplinam, in maxima ciuitatis
corruptela retinebant. In ea igitur ecclesia societatem, actis in-
teruenientibus, instituit XVII. Cal. Sept. & primos sese offe-
rentes celebri ritu, apparatuque recepit. quos alij magno nume-
ro secuti sunt: quamuis Caroli præsentia per mortem de medio
sublata, locum multi deseruerunt; beneficiaque, aut alias vitæ
conditiones quæsierunt; iis ad S. Sepulchrum relictis; qui vere
sese Ambrosio, ecclesiæque Ambrosianæ tradiderant. At colle-
gium, societatemque, quoad vixit, Carolus numero, sacrisque
muneribus florentem conseruauit: Oblatis ipsis multum usus
est: in eo semper perseuerauit, vt eius ordinis clericos benigne
admodum tractaret, charosque haberet. collegium frequenta-
bat; sacra munera in eo, sacrasque & pias exercitationes publice
instituebat: tum vero priuatim communicationes, consultatio-
nesque rerum ad eam disciplinam, & omnino ad clericales virtutes
pertinentium, certis temporibus cum eis familiariter habe-
bat, imitatione regularis instituti. Cum in eo collegio grauissi-
me presbyter ægrotaret, & mediocrum sententia morti proxi-
mus crederetur: ibi Carolus ipse humilia fraternæ charitatis of-
ficia captans, tanta assiduitate, die, nocteque ei affuit, atque e-
tiam saepius ministrait; vt singularem benignitatem, eximiamque
tanti Præsulis humilitatem omnes obstupescerent: neque vero
deseruit; donec post dies multos, quibus ille semper fere æ-
nimam trahere visus est, mortis periculo liberatū reliquit. quod
Caroli sanctitati, precibusque a Domino quasi per miraculum
concessum esse, plerique crediderunt.

*Presbytero in
collegio agro-
tanti mini-
strat sepe.*

ANIMI

A N I M I diuinitus ardantis indicium, præcipuique res ex- Taurinensis
 empli visa fuit omnibus Taurinensis peregrinatio. Habet Sab- peregrinatio.
 audiæ Dux, magno Dei beneficio, Sindonem illam, qua sanctis C A P. III.
 simū Iesu Christi corpus olim pij viri de cruce sublatum inuol- Sindon qua
 uerunt. eam Carolus cum visere iam antea optaret; tum a pe- Christi corpus
 stis calamitate magno eius rei desiderio cœpit teneri; neque am- fuit inuolutum
 plius illius explendi tempus sibi differendum statuit. Ea re acce- apud Sabau-
 pta, Dux Emanuel, qui alioqui, & sacrum linteum ab oppido dia Ducem.
 Camberio, quod vltra Alpes situm est, Taurinum transferre iu- Camberio
 stis de caussis in animo habebat; & Caroli præsentia, consuetu- Taurinum
 dineq; frui pro sua pietate, & in eum obseruantia cupiebat; oc- Sindonem
 casionem arripuit; Carolum inuitauit; & linteum transferri ius- Dux transferit.
 fit; Iter pedibus facere Carolus constituit, quod est passuum o- Ad sacram Gi-
 ñoginta millium. ex plurimis, qui libentissime profecti essent, sendam Sindo-
 idoneum comitatum, sacrorum, piorumque hominum dele- nem pedibus
 git. itineris, exercitationumque rationem ordinauit. dictus est robus. interfacit Ca-
 profectioni dies. Pridie vero eius diei, comitibus conuocatis,
 exposuit quid in itinere fieri vellet. mane a sacerdotibus missa Quid in itine-
 facta; accepta ab aliis sanctissima Eucharistia; omnes affuerunt referari ve-
 cum baculis, & indumentis; quibus solent pia de caussa peregrinantes vti. Quibus ex ecclesiastico ritu, cum Carolus benedixis-
 set, discesserunt. clerus maioris ecclesiae usque ad portam ciuitatis comitatus est. ibi Carolus breuiores vestes, baculumq; sum- Quo apparatu
 psit. tum canonicos pie admodum, atque amanter singillatim ad iter se ac-
 complexus, magna cum multitudinis quæ secuta erat, piaque cingat, quo or-
 iucunditate dimisit; & iter ingressus est. Itineris ratio fuit: sum- dine procedere
 mo mane, sacris procuratis, aderant omnes; & ab ecclesia initiū quibus ex ex-
 ercitio occu-
 erat proficisciendi. bini ibant; & horis certa ratione distributis; pentur pere-
 nunt grini.
 nunc ei rei a Carolo præfctus, salutarem meditationis mate-
 riā tradebat; nunc taciti, & meditantes ibant: pias animorum
 conceptiones postea conferebāt: aliàs alternatim psalmos pro-
 nunciabant; interdum ex calculorū corona, quam manu tene-
 bat quisque, precationē Dominicā, & Angelicā salutatio-
 nem inter se repetebant. ambulantibus denique nihil otij reclin-
 quebatur; totum viæ tempus salutariter consumebatur. Cum

meridie, vesperique ad oppida hospitij causa venerant; adibant ecclesiam primo; ibique Carolus more suo genibus flexis, cum suis canonicarum horarum preces obibat; licet corpore de via saepe non mediocriter languenti. ~~dum manebant~~; mensa, quæ semper moderationem, ne dicam inopiam præferebat, sacra lectione, pioue sermone minime vacabat: reliquum temporis, quod erat exiguum, rebus corpori necessariis dabatur. Mirificus erat toto itinere concursus ad vias, quibus pius comitatus transibat. in oppidis, vicisq; in quibus fortuitum semper hospitium eligebatur; vt mira omniū commotio; ita singularia erant christianæ benignitatis officia. certatim omnes honoris, & reuerentia significationes dabant. certatim etiam quandoque ad domū quisq; suam rapiebant peregrinos; vbi pie admodum, amice que eos tractabant; pedesque lauabant. alias vero, si aduentus differretur ad noctem, lumina ex cunctis ædibus proferebātur. comites in itinere multi sese offerebant. Ioannes Franciscus certe Episcopus Vercellensis cum viris religiosis numerum peregrinorum auger.

Maxima alacritate incommoda sustinet Carolus.

Episcopus Vercellensis, vna cum aliis viris religiosis, ab urbe sua numerum auxit. Quamquam autem ipsa tota actio ita ordinata, plena optimi, & inusitati exempli erat; quædam in Carolo tam præcipue licebat passim obseruare: singularem quandam hilaritatem, quam ex incommodis hospitiis capiebat: non patientiam solum, sed gaudium, quo pluuias, lutum, alias viæ difficultates, corporis etiam defatigationem perferebat: ex qua ægre admodum sæpenumero membra trahere videbatur. interdum etiam antequam cibum sumeret, mira humanitate, & modestia ieiunus adhuc aliis prandentibus legebat. Toto iucunda res fuit itinere; amplissimi Pontificis personam videre cum inopis peregrini humilitate coniunctam. sed iucundissimum omnino spectaculum; cum eo quarto denique die Taurinum approachinante, qui fuit V. Id. Octobris; post Archiepiscopum, nobilesque viros multos, Dux ipse cum Principe filio; tum Cardinalis Vercellensis, multique Episcopi, qui conuenerant, obuiam humili, atque abiecto peregrinorum numero; cum nobilissimo comitatu, armatorumque militum ordinibus processerunt; faustisque salutationibus, cum magno tormentorum bellicorum

Dux cum principibus viris cum ecclesiastico ordine, tum secularis peregrinus obuiam procedit, magnoque cum honore illos exit. per.

licorum sonitu exceperunt; seque socios itineris modici, quod restabat, in eum numerum intulerunt. Ventum est primò ad maiorem ecclesiam precandi caussa; postea in palatium ad sacerdolum sancti Laurentij, vbi sacra Sindon erat; maxima cum hominum multitudine; non solum ex vicinis locis, sed Mediolo-
no, & ex aliis ciuitatibus, regionibusque, qui rei fama permoti, cupide conuenerant. Ibi Carolum quasi factum subito ex egen-
te ditissimum, non sine delectatione obseruabant multi, ma-
gnificentissimo, planeque regio apparatu, quem præcipuo stu-
dio Dux adhibuit, ita plane vti, vt tuguriis in itinere vsus fuerat.
Ac licet ob exorta itineris labore sub pedibus tubercula, ita la-
boraret, vt incisione etiam opus fuerit; noluit iacere tamen, &
munera sua libere semper obiit. posterio die priuatim peregrinis *Peregrinis pri-
uatis sanctum
Linteum ostendit.*
sanctum Linteum ostensum est; Carolique iussu multa de eo di-
cta sunt ad animos, ex tali specie per se maxime commotos, ma-
gis etiam excitandos. publice deinde spectandum in amplissima
platea, præsente, tenenteque Carolo cum Episcopis omnibus,
Pontificiis vestibus indutis, Duce, nobilitate, omniq[ue] populo
stante, propositum fuit. Mox ante illud in maiore ecclesia de-
center, cum perpetua sacrorum virorum, & religiosæ militiæ
custodia, collocatum; quadraginta horarum supplicationem *Quadrageinta
horarum sup-
plicationem in
maiori ecclesia
instaurat Caro-
lue.*
de more Carolus instituit; horis clero, & populo ad continenien-
dum, precandumque distincte distributis. quo in supplicationis
munere partes suas minime desiderari Dux ipse passus est. sin-
gulis horis, singulas conciones viri sacri, suam quisque, Carolo
de more id exigente, habuerunt; etiam Episcopi, & Cardinalis
ipse Vercellensis. Carolus vero plures habuit. Cumque pluri-
mos aduenisse ex propinquis vallibus haereticos animaduersum *Huius rei can-
ta Heretico
Taurinum
concedunt.*
esset; tum ad eos sanandos conuersæ sunt conciones; tum tem-
pus supplicandi etiam prorogatum. Octauo demum die Caro-
lus, cum toto eius temporis spatio in ecclesia, intra parietes, in
mensa, & vbiique salutaria dicta, exemplaque, vt cuiq[ue] coniicere
facile est, abunde protulisset; iam iam discessurus, longos habuit *Discessurus
Caroli cum
Duce longos
habet sermo-
nes.*
cum Duce de imperio pie administrando sermones. tum vero surrexit amplissimus Princeps; & ad Caroli sese pedes abiicit;

*Ducis filio-
rumque humili-
tatis erga
Carolum ob-
seruantia.*

*Quid Principi
filio inbeat
Dux.*

*Nobilis Cimira-
tis marrona
baculū quo in
scinere & sus est
Carolus con-
quisitus ac pie
seruauit.*

*Ad Varallium
montem duxer-
unt Carolus, pse-
riualibus ex-
ercitationibus
occupatur.*

idemque Carolum Emanuelem filium, nothumq; Amadeum facere iussit. ac supplex, vt sibi, filiisque benedicere vellet, postulauit. recusabat Carolus, suum id eo loco non esse dicens; & quantum poterat, eum erigere conabatur. instabat vero Dux, seque, nisi sacri signi expetitum munus accepisset; negabat surrectum: cum lachrymas neque Dux ipse, neque astantium quisque tenere posset, in tam præclara, atque illustri singularis pietatis, religionisque specie. cum impetrasset tandem, quod postulauerat; iussit Principi filio, Carolum obsecraret, vt se filij loco semper habere vellet; ipse perpetuo tantum virum coleret, eiusque præceptis studiose obediret. tum ipse quoque Carolum eadere vehementer oravit. Id re ipsa effectum est: nam paulo post Emanuele mortuo, Carolus Emanuel Dux factus, Cardinalem Patris loco semper habuit: illeque Ducem quibus rebus potuit semper ad salutem, imperiique prosperitatem amantissime iuuit: neque tempus ullū prætermiserunt, quo simul esse possent; quin eo studiose vterentur. Ita se habuit peregrinatio illa, pietatis fructu sine dubio in omnes partes vberima; Caroloque ipsi ob sanctissimi Lintei in primis cōtemplationem diu expetitam, deinde etiam ob perspectam Ducis singularem pietatem, Principisque optimam indolem, iucundissima. Non est prætereundum; nobilissimam ciuitatis matronam, baculum, quo ille in itinere vslus erat, magno studio conquisitum apud se pie seruasse, atque inter res charissimas habuisse. vt videatur Dominus eiusmodi honores prorsus inusitatos Carolo tunc eo loco haberri constituisse; cum alibi sollicitudines, & molestias inusitatas sustineret. Inde Carolus accepta ecclesiarum quarundam visendarum occasione, diuertit ad Varallium montem, vt propositis per loci illius imagines Domini perpessionibus; ipsam rursus quodam modo sacri Lintei miserabilem speciem, quæ ciuius vulnera, cruciatusq; omnes acriter admodum refert, absens renouata meditatione contemplaretur. Ibi animum diuinariū rerum cogitationibus, corpus vero pane, & aqua tantum sustentauit; noctem totam ad ædicolam quandam, ex iis, quas mons plurimas habet, vigilias egit, vñacum Francisco Adorno societatis

I E S V;

I E S V ; quo s^epe sacrarum exercitationum adiutore vtⁱ solebat : dénum Mediolanum rediit.

IN T E R alios salutares fructus , quos ex ea diuina pestis ani- Contra vitio-
maduersione populum suum percipere Carolus volebat , erat las voluptates ,
integra morum conformatio illius temporis , quod a festis Na- spectaculaque
talitiis ad Quadragesimam interponitur . cum enim superiori- pugnat . Finiti-
bus annis , corruptelas eiusmodi non mediocriter moderatus es- mas ecclesiás
set ; cupiebat , sperabatque , eas omnino tunc demum tolli posse . iuuat .
animis enim periculis , afflictioneque deterritis ; verisimile vide- C A P . I V .
batur fore , vt consuetum illum ad voluptates impetum homi-
nes remitterent ; & ad diuinum cultum attentiores in posterum
redderentur . Atque anno M. D. LXXIX. hoc est extincta
vixdum pestilentia ; ita prorsus euenit , vt ille cupiebat : quam-
quam , quod ad Principes viros attinet ; non tam fecit recens
morbi , periculorumque memoria ; quam pietas optimæ fœmi-
næ Annæ , Gubernatoris vxoris ; quæ rebus diuinis , salutaribus-
que dedita , Carolique studiosissima , virum quantum poterat ,
in eo genere moderabatur , adolescentesque filios refrœnabat .
ceterum reliquo anni tempore , quamuis a spectaculis , ludisque
alieno ; maxime vero iisdem proximi anni M. D. LXXIX.die- 1579.
bus , nihil ad moderationem valuit ; non recens castigatio ; non Multos habeo
vxor ; non Caroli studium ; non rei frumentariae inopia , quæ pe- Gubernator
stem consecuta est ; non Belgica pericula , armaque Regi catho- quibus resipi-
lico , & Ecclesiarum sanctæ infestissime illata ; quæ quidem vitiorum scat impulsu ,
detestationem , supplicationesque exposcebant ; non autem vo- sed frustra .
luptates , & vitia . non Regis ipsius denique , regiæque familie
luctus ; immo neque ipsa etiam regia mandata valuerunt : cum
tamen eorum quodus per se valere debuisset . luctum regium
intelligo , ex filij adolescentuli Ferdinandi Hispaniarum Princi-
pis obitu , adiuncta præsertim etiam Ioannis fratris nothi , quem
Belgicis rebus præfecerat ; Vincislai Mariæ Imperatricis eius so-
roris filij ; & Sebastiani Lusitaniae Regis eius propinquai , morte .
quibus de rebus , quæ quidem trium mensium spatio acciderat ,
Regem & in mœrore esse , & nouarum curarum accessione val-

*Ob filij obitum
pias ad Prouinciarum Praefi-
des litteras dat Rex.* de premi credibile erat. Atque Ferdinando Octobri mense ante mortuo, cum ad Praefides prouinciarum Rex pias admodum litteras dedisset; Carolus iis vti commodum putauit, quæ Gubernator Mediolanensis acceperat, ad malas proximi temporis cōsuetudines excludendas. scribebat Rex, magno se quidē ex obitu filij dolore affectum, tum quod optimæ esset indolis, optimæque spei; tum quod ei se, vt primogenito, & Principi hæredi iureiurando regna Hispaniarum obstrinxerant. se tamen eiusmodi a diuina manu æquo animo vulnus accepisse; imo gratias egisse; quod innocentem adhuc puerum a terreno, ad cœlestē regnum transtulisset. proinde omissis luctuosis officiis, supplicationes publicas, ad impetrandam flagitorum veniam, magnaq; reipublicæ incommoda deprecanda, decerni curaret. id quò facilius obtineretur; daret operam, vt quatenus regio ministro conueniret, flagitosi mores qui calamitates inuehere solent,

*Carolus Regem
Reginamque
per litteras cō-
solaratur.
Populo Regis
epistolam suis
inclusam littera-
ris proponit.* studiose corrigerentur. Carolus igitur Regem, Reginamq; prius religiose per epistolam consolatus; eas litteras, suis ad populum litteris inclusas, proposuit, atque edidit: populumque grauissime monuit, vt Regis sui fortitudinem obseruaret, & in aduersis imitaretur; incommoda maxima precando subleuare studeret; auctoritatem, iussumque abstinentendo, beneque agendo exequeretur; idque in iis præsertim vitandis malis, quæ solebant ex publicis voluptatibus proficisci.

*Varias suppli-
candi rationes
infusus.* Varias autem supplicandi rationes, iis litteris, per ecclesias urbis, aliasque præscripsit, atque instituit; pro catholica Ecclesia; pro regia prosperitate; pro salute mortuorum Principum: quibus etiam in sequentes menses populi pie, festis præsertim diebus occuparentur. quod vt alij quoque prouinciæ Mediolanensis Episcopi facerent, litteris ad eos datis, admonuit. Instituit eo tempore, quod postea fructuose publicis de caussis retinuit: vt parochi post vesperinum officium, certa capita populo in ecclesia congregato singillatim, tamquam precandi materiam, denunciarent; vt congruo tempore cuique capiti attributo, horæ spatium, tum mente, tum voce etiam, simul precando consumerent. Hæc Carolus cum prouidisset; quamuis supplicationes quidem non omitterentur;

terentur; in ipsis interdum plateis per religiosos viros de rebus diuinis sermones haberentur; indeq; ad ecclesias, & diuina officia homines cohortationibus inducerentur; ipse iam consuetudo ritu totos dies inter populum, & altare perseuerans precatio operam daret: consuetas tamen voluptates Gubernator excludi non est passus. qua de re commotus Carolus alteras litteras edidit, in quibus grauiter eos obiurgavit, qui calamitatum publicarum, Regis, salutisq; suæ obliiti, tempora sacris pretibus destinata vellent adhuc violare. sed nihil amplius effecit obiurgatio, nihil aliena tamen a sanctitate moderate commoti Patris; quām vt eam Gubernator in maledicti loco haberet; & quasi crimen quoddam, vna cum aliis Romam deferret. immo cum superiores dies in spectaculis, publicisq; voluptatibus consumpsisset: rebus omnibus rursus ad insignem equestris ludi apparatus dispositis; ipsam quoq; diem Dominicam sibi violandā putauit; quam esse Quadragesimæ caput, atque initium Carolus antea declarauerat; iamque vniuerso populo ita persuaserat, vt eam sancte obseruaret. quod idem facturus deinceps Gubernator in aliis sacri illius temporis Dominicis dicebatur. Sed Carolus cum id resciuisset, editio subito promulgato, grauissimaque anathematis proposita poena, ludos illos prohibuit, & sacram institutum defendit: neque enim Gubernator sanctum Antistitis iussum, terribilemque poenam ausus est contemnere. Multa quoque per ea tempora Carolus egit ad finitimorum utilitatem; quorum erat illi, cum ecclesiæ suæ recta administratione, cura coniuncta. Provinciæ suæ ecclesiis partim ab ipso, partim ab aliis perlustrandis, atque ordinandis consuli curauerat. Nostra ecclesia uariensis visitationē, quæ restabat transtulerat in Ioannem Franciscum Vercellensem Episcopum: Laudensem vero in Franciscum Episcopum Nouariensem: Viglebanensem ipse hoc eodem anno, quippe paruam, paucis diebus recognouit. sed Nouariense negotium differendum putauit; quod aliam grauiorem provinciam, necessitatisque maioris Episcopo Vercellensi potius dandam iudicauit. A rebus Helueticis, Rhæticisque prouidus De Helueticis, Antistes oculos non deliciiebat. videbat enim quām miserabiliter statu cogitat.

Ad populum iterum das litteras.
Quo sensu hec omnia accipias Gubernator.

Ne in prima Quadragesima dominica die ludi fiant editio promulgatur Carolus.

Vt Provincia sua ecclesia perlustretur curat.

statu essent ecclesiasticæ res in multis earum regionum locis; quamque earum malum vicinum nobis. miserebatur imperitæ multitudinis, cuius perniciem, vaftitatemque augeri, pestifero hæresis morbo videbat. cura erat omnino Mediolanensi Archiepiscopo, sed magis tali Archiepiscopo digna. Atque in Heluetiis ad religiosiorem gubernationem adducendis, quatenus ad ea, quæ curæ sunt Archiepiscopalibus, pertineret, multum proficerat: in aliis sèpissime gentem iuuerat. & cum ab eis plurimi fieret; si quando se in eorum negotiis pacis communis, salutisque caussa interposuerat, fructum tulerat laboris sui non mediocrem. nouerat vero ex longo vsu, iam inde ab eo tempore, quo Heluetios habuit in clientela, quibus viis ad eos aditus esset; quae ratione cum eis agi oporteret.

*Populus Rhætorum imperio
subiectus in spiritu
ritualibus fere
opera.*

Telinam vallem, quam Volturæ nam alij dicendam putant, omnesque populos, qui Rhætorum in imperio sunt, variis item rebus tueri, adiuuareque solitus fu-

erat. Omnes ij scilicet, modo catholicè sentirent, si quid opus erat ad res sacras, animisque salutares, configiebant ad eum; deveniis Romæ impetrandis; de presbyteris, & concionatoribus adducendis; de religiosis collegiis constituendis, ad eum referebant. nonnumquam etiam litteris Principum ad Rhætos impetratis, piorum hominum libertati in religione tuenda consule-re studuit. quibus rebus eorum calamitates, & periçula melius

*Vt Vercellensis Episcopus ecclesie Comensi recognoscenda
preficiatur.*

cernere potuerat. Curauerat inter alia, eundem Episcopum Vercellensem Comensi ecclesiæ recognoscendæ, & ordinandæ Romanæ auctoritate præponi; quæ Mediolanensi finitima per easdem regiones late patet. idque magis faciendum iudicauerat, quod Episcopus Comensis officio suo, catholicis hominibus earum partium subleuandis, nescio quomodo impeditus, parum fungebatur. Id muneris obiit Ioannes Franciscus egregies, & per ea loca, etiam in hæreticorum imperio, catholicis sèpè functus officiis, non sine vita periculo, plurimos ad salutem iuit; catholicos confirmauit: ecclesiæ Comensi in vniuersum, rebus multis pie restitutis, multis canonice conformatis, utilissimam operam præbuit. Cum autem hoc tempore, vix id negotiij ille absoluisset; rursus Carolus consilium iniit, vt in præclarissimo

rissimo opere per eundem Episcopum progrederetur. itaq; ne-
mo cum esset in regionibus illis , qui Romana auctoritate chri-
stianas res , catholicasque procuraret ; & magna esset sacrarum
rerum confusio ; eum in Helueticis , Rhæticisque ecclesiis Visi-
tatorem, & Internuncium Apostolicum Romę decerni curauit.
Idoneum eiusmodi prouincia putauit virum illum ; qui non tā-
tum sibi proponeret publicam amicitiam tueri ; Romanamque
dignitatem conseruare ; quamquam & hæc studiose , atque dili-
genter; sed in primis diuino cultui restituendo , augendoque in-
seruiret. cuiusmodi nuncios Carolus desiderabat ; præsertim ad
nationes hæretico malo corruptas. Id vt perfectius ille conse-
queretur, consilio , studio, cura que sua præsto fuit, quibuscum-
que rebus opus esset. dedit etiam ex numero suorum admini-
stros; M. Antonium Bellinum iurisconsultum in primis; qui nu-
per operam suam Carolo, atque ecclesiæ dicauerat. Ad easdem
iuandas nationes aliam quoq; iniit Carolus rationem : vt Me-
diolani collegium constitueretur , in quo earum nationum cle-
rici piis moribus educarentur; catholicaque doctrina instituc-
rentur. qui deinde sacerdotio initiati in patriam reuertentes,
Ecclesiæ statum tueri possent. qua in re, licet Heluetiis , Rhæti-
que opem ferre vellet; Telinae tamen valli cupiebat subuenire;
& ei vicinitati omni, quæ est citra Alpes; tum propter loca nobis
propinqua; tum ob ingenia quoque , non ad eruditionem tan-
tum, sed etiam ad probitatem accommodata; quæ Carolus so-
lebat non mediocriter commendare. negotium igitur iam mul-
tò ante propositum, & deinde intermissum , rursus suscepit; &
quæ fuit Gregorij Pontificis pietas, etiam confecit. Assignata est
collegio ecclesia, & ædes sancti Spiritus Mediolani, in qua olim
Humiliatorum Præpositura fuit; tūc vero erat Cardinalis Alex-
andrini. cumque nihil tunc quidem suppeteret, quod perpetuò
posset ad sumptus necessarios assignari; tribuit liberaliter Ponti-
fex magnam pecuniæ summam, donec aliquid occurreret per-
petuò tribuendum. Iacta sunt hoc anno Calend. Iunij collegij
fundamenta. Carolus deinde diligentia , atque attentione vsus,
stabiles facultates ab eodem Pontifice impetravit ; fructus Præ-
b . . posituræ

*Vt idem Ver-
cellensis Epi-
scopus & iurato-
Internunciis-
que Apołols-
cus ad Helue-
tios, & Rhaetos
deligatur effi-
cie.*

*Ad istarum
Nationum cle-
ricos p[ro]e infor-
mandos Medio-
lani collegium
confitens cu-
ras.*

posituræ Modoëticensis sanctorum Iacobi , & Philippi; sanctæ Crucis Nouariensis; S. Antonij Papiensis, ad aureorum num-
mum fere duo millia : atque ædibus illis alienatis, ampliores,
commodioresque comparauit; in quibus pro facultatum modo
magnus clericorum numerus, quos Archiepiscopus approba-
ret, educaretur, ad salutarem earum nationum utilitatem. Insi-
Cardinalis Altaëmpsis Pre-
posituram qua
Mirasolis dici-
tur Collegiore-
signat.
gnes quoque Præposituræ, quæ Mirasolis dicitur, fructus obti-
nuit, cessione Marci Sittici Altaëmpsi Cardinalis, anno M. D.
LXXXI. ad aureorum fcre tria millia, si integri percipientur.
quam piam, præclaramque liberalitatem suam Marcus in Con-
stantiensium suorum in primis, sed Altaëmpsianorum quoque,
& aliorum quorundam cōmodum redundare constituit; quem-
admodum actis ipsis latius continetur.

De concilio Episcoporum quinto; & con-
stitutionibus clericorum re-
gularium san-
cti Pauli.

CAP. V.

Q V I N T U M consueto anni tempore celebrauit Episcopo-
rum suorum concilium; in quo multa decreuit ad fidem catho-
licam a vicinis hæreticis tuendam; ad christianam doctrinam
tradendam, & in populo conseruandam; ad sacros dies, sacraq;
tempora recte colenda ; & ad alias christianæ disciplinæ partes
tuendas, spectantia. præcipue vero de Episcopi, & presbytero-
rum officiis pestis tempore; & de omni cura, & gubernatione ad
Dei sacerdotes tali tempore pertinente, ex iis, quæ experiendo,
& perficiendo cognouerat, multa constituit. in quo nouam, &
pulcherrimam Ecclesiæ Dei parauit supellec̄tilem. quintum ce-
lebrauit quamquam quarti decretorum volumnen Romam an-
no ante probationis caussa missum, vt absolucretur, nondum
impetrare potuerat: inciderat enim in eisdem scopulos, in quos

ve tantam vi-
ta asperitatem
remitteret Epi-
scops qui quin-
so interfuerat
ponit. als Co-
ciliorum sex impe-
trant.

Quam austro-
ritatem Con-
gregationis cle-
ricorum regu-

res eius reliquæ. Illius concilij Episcopi, cum aduertissent inter
alias corporis afflictiones, illam quoque Carolum suscepisse, vt
super asperibus cubaret; quod quidem ad salutarem, & quietam
tali tempore gubernationem gregis sui a Domino impetrādam,
tunc fecisse credibile est: etiam, atque etiam ab eo postularunt,
tandemque obtinuerunt; vt tantam remitteret asperitatem; &
paleas saltē pro lignis substitui pateretur. Operam dedit post
concilium valde opportunam ; grauissimamque præsentia sua
tribuit

tribuit auctoritatem Congregationi Clericorum regularium S. Pauli : quæ nouas sibi constitutiones, cum ei veteres auctæ iam, & amplificatæ non sufficerent amplius, scribere, summo Pontifice approbante, instituerat. ipse enim pro sua antiqua erga eam voluntate, quod libentissime commemoro, Patrum consultationibus ea de re habitis amantissime interfuit, & præfuit ; omnia quæcumque constituenda iudicarentur recognouit, probavitque ; & Pontifícia quoque auctoritate confirmanda curauit : ut ex antiquis Episcopis vnum posses agnoscere, qui pro sui status eximia præstantia, etiam de eorum disciplina, qui excellenter rem christianæ vitæ formam propositam habent, optime iudicabant ; atq; adeo illam ipsam vitæ suæ exemplo exprimebant. est vero, cur id diuini, maximique beneficij loco, quod facimus, ducere debeamus ; quod tanti viri benigno adiumento , atque auctoritate, iacta sint nostræ amplificationis fundamenta. nam & rerum nostrarum ab eo tempore euentus ita perspicue confirmant. At Caroli quoque benevolentia, atque amori respondit semper ordinis nostri inter ceteros, vel potius, si bona omnium pace dicere licet, præter ceteros omnes, summa obseruancia, constansque ciui studiis obsequendi, atque inferuendi voluntas : vt tantum ei Patres obedire eiusque sanctos conatus iuare studerent; quantum ille eos benigne complectebatur , & nouis semper beneficiis ornabat. Studuit codem fere tempore diligenter; vt erat cœnobitarum disciplinæ iuuandæ studiosissimus; & ad eorum pia commoda, progressionesq; semper, etiam inter maximas occupationes, paratissimus; rebus ordinis illius componendis, qui sancti Ambrosij dicitur , Mediolanique, ac aliis quibusdam locis ritum seruat Ambrosianum. quibus vt res suas optime constituerent, religiosissimi Antistitis auctoritas, atque diligens opera non defuit. edidit libellum per id tempus, Libellum edi- quem Memorialem inscripsit : vt ex eo Mediolanenses afflictionis, liberationisque suæ proximæ; tum caffarum, vnde profecta dis pergitum. afflictio existimari debebat, memoria conseruata : res prosperas temperarent; gratias Deo haberent, agerentque semper; sibique in posterum cautius prouiderent.

De translatio-
ne reliquiarū
Basilicæ Apo-
stolorum.
CAP. VI.

CONCILIVM autem ornauit translatiore reliquiarum Basiliçæ Apostolorum ; quemadmodum & translatiō ipsa ex Episcoporum præsentia valde illustrata est. Mouerat eas Carolus superiore anno ; cum canonici antiquam ædem instaurare , atque ornare vellent. Sed in loco destinato non reposuerat ; vt honore , celebritateque maiore ; cum haberetur concilium , per urbē gestarentur ; & omnino earum esset translatio splendidior , & ad populum pie excitandum efficacior. Cum igitur altare præcipuum , ex media ecclesia tolleretur ; inuenimus sub eo quemadmodum a maioribus traditum erat , corpora sanctorum Antistitutum nostrorum , Venerij , Clicerij , Maroli , atque Lazari ; non satis commode tamen , aut distincte , ac in rudibus quibusdam lapideis labris posita . alia ossa incerta rudius etiam habita : in medio loco arculam argenteam ; & in ea quædam velamina ; vasculumq ; rotundum , in quo ossis frustulum itidem cum velo erat . Collocatas in hac æde pridem sanctorum Apostolorum reliquias Paulinus scribit ; ea de cauſa Basilicam Apostolorum appellatam significans : S. Simplicianum vero eas Roma attulisse quidam tradiderunt ; quem quidem multum antequam Episcopus esset , peregrinatum esse , sanctus ipse Ambrosius testatur ; perpetuò igitur existimatum est , eas reliquias sub hoc fuisse altari ; atque adeo , vt fit , etiam vulgatum , certa ipsius Apostoli Petri ossa ibi recondi . ea nos cum hoc tempore iuuenire gestiremus ; & in argentea capsula , cum ea demum apparuisset , esse crederemus : velaminibus tatum repertis , hæsitauimus tristes . Sed quod inuentum in ea est ; quidquid dubij afferretur ; Carolus , cœlesti aliquo motus instinctu , tamquam Apostolica pignora iussit nihilominus haberi ; & primo loco suis , socrorumque Episcoporum humeris in sacra pompa portari : tum eodem receptaculo recondi . At aliquot post annis memoria cum repeterem veterum Romanorum Pontificum in reliquiis tradendis consuetudinem ; recordatus sum , reliquias Apostolorum petentibus , non ossa aliqua , quæ ne aspicere quidem auderent ; sed brandeum ; hoc est velamen quoddam in pixide conclusum tradidisse . cuius consuetudinis S. Gregorius testis est locupletissimus in epistola

ad

Cursus Na-
zarij ecclesia
Basilica Apo-
stolorum ap-
pelleretur.

Veterum Ro-
manorum Pon-
tificum in reli-
quiis traden-
dis consuetudo.

ad Constantiam Augustam. & Ioannes eius vitæ scriptor, qui pluribus post eum seculis vixit, loco brandei posterò tempore, particulas vestium quarundam ex altari S. Ioannis Constantianæ Basilicæ pro reliquiis, potentibus datas affirmat. hanc Romanam consuetudinem tam sancte testatam, si quis respiciat, neque aliquid ex Apostolorum corporibus Roma potuisse affiri tempore quo Paulinus demonstrat, credibile duxerit; & hæc velamina reliquias esse a Paulino demonstratas recte, nisi fallor, iudicauerit. quæ quidem an sint veneratione digna, illud declarat; quod cum S. Leo primùm, mox idem Gregorius huiusmodi pannos incredulorum causa incidunt, sanguinem mirabiliter effuderunt. Cum autem in rotundo vasculo incisas litteras vidissim huiusmodi, Dædalia viuas in Christo; putauit a liquid ea in re esse, quod ad clarissimam quoque, præstantissimamque virginem Mediolanensem Manliam Dædaliam pertineret; quæ cum per ea tempora vixerit, earum reliquiarum partem fortasse contulit. hæc pauperum mater, ob insignem in eos liberalitatem appellata est; & annis sexaginta, quibus in hac vita fuit, sanctissime coluit virginitatem. cuius memoriam, quamvis publico non colatur honore, obseruare semper, & colere Mediolanenses, maxime autem Deo dicatae virgines debent. Sub alio item præcipuo altari ad caput ecclesiæ constituto, quod itidem tollendum, & commodiore loco constituendum fuit, celeberrimi martyris Nazarij, vnde præsens nomen ecclesia accepit, reliquias inuenimus; quæ alte sub terrâ inter tenues quasdam, & politas marmoreas tabulas conditæ erat. vidi succidum quiddam adhærere inferiori tabulæ; quod equidem vestigium esse recentis sanguinis putauit, quem a sancto Ambrosio cum reliquiis huius martyris mirabiliter repertum, Paulinus narrat. neque enim coniicere potuimus, corpus ex eo tempore motum esse, quo illud Ambrosius condidit. apud loculum sancti Nazarij arca inuenta est, duorum corporum ossa continens; que quorum fuerint, ignoramus. ex utroque autem loco magna odoris suauitas cum sepulchra aperirentur, afflata est. A latere dextro ecclesiæ, fere sub Loco Euangelij legendi, aliam arcam
Manlia Deda-
lia Mediola-
nensis Virgo
præclarissima.

aperuimus; quæ paruulo facello, altarique munita, sancti Ulrici, siue ut alij, Arderici vulgo appellata, a multis præcipuo cultu frequenter visebatur: cui loco eiusdem sancti viri statua etiam apposita erat. omnia vero erant remouenda; vt ecclesiæ apta, decensque forma constitui posset: inuenimus in arca indumentis Pontificalibus ornatum corpus; quamquam simul ac ea aperta est, eorum species tota propemodum euanuit: quisnam Episcopus ille fuerit, Mediolanensisne, an Augustanus, vt quidam putant, aut vero alias; adhuc equidem ignoror. Has igitur reliquias Carolus inuentas, pie manibus suis collegit, nobis sancto officio inferuientibus: quos iubebat eiusmodi semper actionibus adesse. Absoluto autem, vt dicebamus, ~~anno in sequenti~~, Episcoporum concilio; hæc corpora religiosa admodum, celebriq; pompa extulit; & congruo viarum ambitu, portans ipse cum Episcopis sancta feretra, populo frequentissimo ad venerationem proposuit. cōmemoratas reliquias omnes collocauit sub nouo magno altari: præter episcopales illas ab ecclesiæ latere dextro ablatas; quas ab eadem parte in extremo ecclesiæ brachio posuit, & altare super eas construxit: nam aptus ad id erat locus; quoniam in opposita ecclesiæ parte aliud è regione simile respondebat; sub quo itidem sancti Matroniani corpus alio loco antea positum, tunc retulit. at efficiebatur quoque, vt dextri latenis eiusdem ianuam, quam nuper, vt in ceteris ecclesiis claudi iusserat; nemo posthac, appositi corporis saltem gratia, esset patefacturus. Ratio condendarum reliquiarū qua Carolus vsus est, quamq; in posterum præscripsit, fuit sane magis quam antiqua, quantum perspicio, & ad conseruationem aptior, & ad memoriam accommodator; que quidem eius editis libris continetur.

De Caroli rebus inclinatis,
& profectione
ad Vibem.
Cap. VII.

IN T E R E A contentiones aduersus Carolum suscepτæ, totoque hoc temporis spatio continuatæ res eius tantum in discri-
men, & inuidiam adduxerāt; vt nihil fere amplius actorum eius Romæ defendi posse quibusdam videretur. Incommodis ser-
monibus, & rebus inuidiosis relatis iamdiu completas aures, vix
deum Ecclesiæ principes multi sine fastidio Caroli procura-
toribus

toribus dabant. Eius existimatio, quod ad iudiciū, prudentiamque pertineret, suspensa, neque mediocriter apud multos erat extenuata. Importuni rumores spargebantur, Carolum plerisq; odio esse in prouincia Mediolanensi; vix ferri posse amplius: immo ferebatur; mandasse Regem legatis suis, vt eum Episcopatu Mediolanensi moueri curarent: Gubernatori vero, vt vi contra eum libere vteretur. vulgatum est eundem Romam breui itum, neque redditurum. quæ quamuis neque vera essent, neque similia vero; magno tamen cum detimento rerum Caroli iactabantur. Mediolani nonnulla ex iis quæ pie is instituerat, iam pene lapsura videbantur. nempe inter alia, rufo ore quodam studiose per urbem, dioecesimque disseminato; chorearum licentia subito loca multa peruersit. eoque res deuenit; vt in vico quodam, Carolo prope inspectante, qui eam dioecesis tunc partem illustrabat; nonnulli temerarie cogerent ferme puellas, aliosque; ut ab ecclesia, christianæq; doctrinæ schola, discederent ad chores celebrandas. quod quantum Carolo doloris afferret, facile est coniicere. vel ipsi certe laici, vt erat bonorum omnium sensus, maxime dolebant, eiusmodi impunitatem dari. Omnino ita inclinatum videbatur totum de disciplina restituenda negotiū: vt ad felices exitus posthac erigi vñquam posse, plerique desperarent. Cum tantis incommodis Carolus conflixtaretur; animo quidem in rebus suis agendis minime deficiebat: & se tamē non mediocriter fatigatum interdum fatebatur: de quo Pontifici etiam significari iussit: non id fieri solum contumacia, insectatione hominum; sed ob eam quoque maxime caussam; quod facta sua, si qui repugnarent, quasi iudicium accipiens, litemue persequens, Romæ defendere singula cogeretur. ad retardandum Episcopi animum, qui suam ordinare cuperet ecclesiam, non parum id valere. venire in mentem facile posse; cum id fecisset, quod rectum, pliūque videbatur; demonstrasset etiam quærenti Pontifici, quid in eo spectasset: tum nihil aliud agere, curare; remque totam summis iudicibus libere permettere, siue confirmandam, siue rescindendam. prouocationes quidem omnium ecclesiarū pro summa Apostolicæ auctoritatis dignitate,

*Carolo doloris
causa non me-
dica.*

tate, iustitiaque minime debere contemni; neque eorum, quæ
vbique fierent recognitio recusari: sed ita tamen; vt omisso sæpe
iudiciorum more, Episcopo facti sui, præsertim non grauissimi,
rationem, in re comperta reddenti, fides haberetur; cui grauissi-
ma, omniumque maxima animarum cura credita esset. Specia-
nus igitur, qui solus negotia Mediolanensia tunc Romæ procu-
rabat, & præsens eorum fere animos, quorum in manibus nego-
tia erant, in contrariam partem valde inclinatos cernebat; anxie
admodum petebat, vt Carolus ipse Romam iret; cuius præsen-
tia, auctoritate, ac industria, quæ propemodum iacebant, erigi,
confirmarique possent. Carolus, qui gregi suo affixus antea iu-
risdictionis causa Romam ire recusauerat; eo tunc periculo
motus eundum sibi constituit: ne forte iis, quæ in contentione
posita erant rescissis; auctoritate, existimationeque labefactata;
præcipuis restitutæ disciplinæ fundamentis euersis; fructus, mul-
torum annorum laboribus, vigiliisque collecti perirent. habe-
bat præterea, quæ ad vniuersæ prouinciac commodum pertine-
rent, cum Pontifice agenda. Itineris consilium, prudenter secre-
tò haberi curauit; ne vehementius ad contentiones suas aduer-
sarij forte concitarentur: donec oblata mense Augusto Domi-
nici Bollani Episcopi Brixensis grauiter ægrotantis, occasione;
ignotæ quidem aptum profectioñi, sed valetudini valde pericu-
losum tempus occurrit; ob magnos calores, Romanique cœli
naturam. sed eo periculo posthabito; Brixiam statim ex prouin-
cialibus decretis, moreque suo aduolauit: morientem Episco-
pum assidua præsentia, officioque, quibus rebus oportebat, pie
iuuit: mortuo in funere, & exequiis; in precationibus, & sacrifi-
ciis non defuit: populum deinde Brixensem, in beatissimæ Vir-
ginis eius mensis festo die, Missæ solemnibus celebratis, sanctissima
Eucharistia, ad hominum sex millia, religiosissime pauit.
Inde Mantuam ob Principis sororis suæ negotia, cum ex chari-
tatis officio se contulisset; Romam direxit iter. sed vt contra ad-
uersarios, atque obtrectatores sese religiosius instrueret; opinio-
nemque de suis actis incommodam, aduersariorum opera mul-
tis insitam, posset conuellere: omnino vt sibi viam muniret ad

*Vt Romam eas
obnoxie petit
Specianus.*

*Prudens animi
suis consilium.*

*Brixiam se
morienti cpi-
scopo openfe-
rat properat.*

*Mantuam ten-
dit, Romam
deinde direxit
iter.*

ca Ro-

ea Rōmæ perficienda, quæ Ecclesiæ, diuinique honoris caussa in animo habebat: ad Deum, diuinæque exercitationes, sacraque, ac diuina loca ex itinere obeunda, mentem, animumque adiecit. Primò igitur se ad Camaldulensem eremum contulit. ea est inter iuga Apennini, quibus Tusciæ fines ab Æmilia diuiduntur, in monte magnæ altitudinis, difficilisque ascensus. Ibi in vnam ex domūculis sese abdidit, quæ multæ sunt in summi montis planicie, ad singulorum eremitarum usum; & dies aliquot solus orationi: contemplationique diuinæ dedit. Vir Deo plane deuotus, summaque in Deum fiducia, tali tempore, tali loco, quale sibi, rebusque suis comparauerit præsidium. demonstrabit euentus. Monetam, Iuliumque Brunetum, qui ei erat ab epistolis, cum ibi retinuissest, ac reliquos præmisseeat; fama in multis partibus manauit, eum rebus omnibus relictis, illius loci factum esse eremitam; propterea quod iam intelligeret post variis conatus, nihil se in iis proficere, quæ proposita multos iam annos ad christianæ disciplinæ restitutionem habebat. At ille relicta eremo, Auerniam, aliaque reuisit sancti Francisci monimenta. Deinde venit ad sanctissimam Lauretiædem. iter ad milia passuum circiter viginti sacro loco proximum pedibus confecit. toto autem itinere; quam ad eum incolæ omnes vidēdum cupide confluenter, post illud pestis facinus, quotidianasq; sanitatis accessiones; ex eo quod antea fiebat, coniicere licet, vel metacente. iter faciens vel tacite precabatur, vel psalmos recitabat; alias ex sacris litteris aliquid animo tractabat. si colloquebatur, eodem sermones referebantur tamen. Quoniam non voluntate hospitia; sed casu, & necessitate, cum tenebræ obstanter itineri, quæcumque illa inciderent, eligebat; in paruo quodam vico cuenit, vt cum ulterius progredi non liceret, aliudque hospitium non esset; ad domum presbyteri loci illius, configere compelleretur. ibi cum solum hominis lectulum vidisset, nouit illi esse incommodo; sed vili, & modico cibis sumpto, in ecclesiæ se recepit; ubi tota nocte moratus, modicum temporis somno dedit; reliquum preicationi; tum audiendis suis, quos vicissim pios, sacrosque libros iussit legere; ac secum salutariter exerceri.

Ad Camaldulensem eremum diuertit, & rerum diuinarum contemplationis vacat.

*Auerniam a-
laque pia loca
rensit.*

*In parvo quo-
dam vico quid
enierit.*

*C. sum mirabi-
lis.*

*Mula pie Lau-
renificis Ca-
rolus.*

*Magno honore
Roma excip-
etur, magnus fit
populus concur-
sus.*

*Pontifex ad suis
palatij hospitiū
accersit.*

exerceri. Earum precationum vi factum existimarentur Caroli comites; vt Iulius Homatus bonus presbyter, & eius amanuensis mirabiliter postero die seruaretur. qui ante Carolum de more contentius equitans, de celsa rupe cum forte decidisset; equus quidem, in quo sedebat, præcipitatus contractus est; ipse vero præcipiti loco magna eorum qui aderant admiratione hærens, nihil offendit. In sacrostanta Virginis ædicula Laureti tota nocte vigilauit. proximo die, qui Natalis Virginis erat, Missæ sacrū ritu celebriore fecit: & in eo concionatus est, eo pietatis ardore, vt omnes præsentes incolæ, ac aduenæ, quis autem aberat, qui quidem adesse posset? vehementer commouerentur. Ita munitus, diuinitusque confirmatus Carolus Romam venit. diceret virum Romæ prorsus contemnendum; aut eo solo honore accipiendum, qui sine manifesta iniuria pro dignitate personæ prætermitti non posset: siquidem quo statu essent antea res illius, attenderes. At contra, magna subito facta rerum conuersione, maximis, & inusitatis honoribus, maximaque publicæ lætitiae significatione exceptus est. tantus fuit populi Romani concursus; tanta eorum multitudo, qui eum, Romæ tamen complures dies futurum, videre statim cupiebant; vt non angustissimam viam mille fere passuum longitudinis a ponte miluio penitus complerent: quasi non Cardinalis unus, isque humili paucorum comitatu, sed magna pars amplissimi christiani orbis consilij uno tempore aduenisset. Ante omnia mane domo exiens, scalam illum ad Basilicam Lateranensem, quæ merito sancta dicitur, genibus, vt pie fit, obire; beatique Petri sepulchrum; moxque Pontificem adire constituerat: sed & conuenientium collegarum, principumque virorum frequentia prohibuit; & Gregorius anteuertens ad Pontificium palatij hospitium accersiuit: vbi amopatratij hospitiū accersit. honorisq; præcipua significatione eū apud se detinuit complures dies. Rerum gestarum, itinerisque religiosissimi fructum eiusmodi, tunc largita est diuina benignitas. quæ tum sæpe suos, neque cupientes, neque opinantes, efferre maxime solet, cum maxime videntur abieci. At vero non potuit eo loco, vbi posita est vicaria Christi Domini potestas, non pro merito accipi egredius,

gius, fidelissimusque Christi minister: iis præsertim rebus, paulo ante gestis, quæ gloriosum quendam triumphum de magnis calamitatibus, de immani pestilentia, deque grauissimis mortis periculis merebantur. neque potuit Roma veritatis mater, non statim fauere veritati.

T V E B A T V R ille Romæ sua instituta, domusque suæ disciplinam. Cœnaculum in ædibus sancte Praxedis ad similitudinem cœnobitici, patari iussit. mensam ad præscriptum conciliorum Mediolanensium instruētam habuit; adhibita sacri libri lectio. sanctissimis locis colendis; diuinisq; rebus contemplandis, quæ ad ea pertinerent; dum ibi fuit, pascere animum in primis studuit, ac exaturare. Basilicas insigniores, omnia sacra loca, veterisque pietatis monumenta pedibus obibat; precibusque dum iret, ut antea solitus fuit, operam dabant. Nocte Saluatoris natalitia, de Pontifícia synaxi ad maiorem S. Mariæ ecclesiam longe profectus, ibi abiectus ad sanctissimum præsepe, precando, diuinisq; mysteriis contemplandis vigilauit, donec ad eandem synaxim mane in Vaticanum reuerteretur. Die item ante S. Sebastiani festum, cum ad eius ecclesiam notissimæ religionis, sanctitatisque locum, venisset; ibi tota nocte, mansionis eiusmodi conditionem nihil veritus, in subterraneis locis, uno aut altero comite, martyrum sepulchra veneratus est. At his rebus minime vñtatis; eam tamen diuino beneficio præstigit modestiam, charitatem, & suavitatem; eaque itidem vñs est prudentia: vt etiam qui alieniores videbantur, amicos, beneulosque sibi redderet, omnibusq; satisfaceret. Cardinales, Regij legati, ciuitatis Principes, Præsules, eius consuetudinem, mensam, & disciplinam, non solum ab eo inuitati non defugiebant; sed appetere etiam, magnumque pietatis fructum inde percipere videbantur. Neque vero aditum ad multa pro se, rebusque suis confienda difficilem habuit, quæ magnis impedimentis ad id tempus suspenfa tenebantur. Decreta concilij quarto loco cum Episcopis celebrati; cum vt diximus, iam diu agitarentur; ipse rerum singularum rationem ita reddidit; ita quæ sua esset decernendi Quarti Concilij Pronuncia-
ratio, probans.

Quæ Romæ
egit de legatis
Med. Roman
missis; & de Ca
roli discessu.
C A P . VIII.

Prudensia al
isque virtutis
bu[m] multos sibi
amicos conco
liat.

ratio, quæ caußæ: quæ spes exequendi demonstrauit; vt omnia
 fuerint, & quidem amico plane animo demum comprobata.
 nec ea solum, sed quæ item in quinto nuper fuerant constituta.
 qua quidem in re confienda, rationeque reddenda Antonij
 Senecæ Mediolanensis ecclesiæ Decani, & in ea disciplina diu
 exercitati opera multum vsus est. Illud insigne fuit; Gregorium
 ipsum tanta occupationum Pontificiarum grauitate; Carolo
 tamen id dedisse, vt omnia quarti concilij decreta ipse legeret,
 atque recognosceret: cum alia præterea multa audire, iudicareq;
 necesse habuerit; de rebus ciuitatis, & prouincie Mediolanensis;
 de querelis ciuitatis nomine habitis; de administrationis, atque
 adeo vitæ ipsius ratione. omnia enim publica, & priuata diligenter
 ad eum Carolus tamquam ad patrem deferebat. Egit etiam
 de communibus sacræ iurisdictionis caußis; quas Alcānisij Mar-
 chio, cum aliis adiutoribus ex altera parte agebat: sed res cum
 esset maioris temporis, multorumq; curam, atque operam desi-
 deraret; nihil confectum est. Caroli acta Pontifex publicis que-
 relis impugnata, comprobavit. moderatione tamen nonnulla
 quibusdam in rebus demonstrata. Itaque suspensa, vel intermis-
 sa Catolus perfici, renouarie Mediolani, iussit; per Nicolaum
 Galerium Patauinum canonicum; & iurisconsultum; quo qui-
 dem graubus in negotiis muneribusque, toto ecclesiastice ad-
 ministrationis suæ tempore, vsus est. tunc autem generalem suæ
 potestatis Vicarium dederat: perque Ioannem Fontanam Mu-
 tinensem, nunc Episcopum Ferrarensim: quem Archipresby-
 terum ecclesiæ Mediolanensis fecerat, & eo tempore primariū
 suæ gubernationis habebat administrum. Ita de spectaculis edi-
 cta rursus proponi; saltationes coërceri; festorum dierum cultū
 conseruari; ianuæ in ecclesiarū lateribus clausæ haberri; alia con-
 firmari, quæ in discrimen adducta erant, magna piorum omniū
 iucunditate cœperunt. De saltationibus cum legisset Pontifex
 libellum, ab vno ex Caroli ministris eo tempore conscriptum;
 constitutionē generalem de iis vbique festo die penitus interdi-
 cendis promulgaturus erat; nisi ea iam scripta, nō nulli interces-
 sissent, quibus fidem habere Pontifex in eo rerū genere solebat.

At

Caroli acta
 comprobata
 Pontifex.

Vt Mediolani
 alias ab eo lata
 leges quadam
 obseruentur
 Carolus curat.

At Mediolani cum primum audiuit Gubernator, eiusque consiliarij, quæ antea iacere videbantur, a Carolo Romæ excitari, & non mediocrem fieri voluntatum inclinationem; enitendum sibi vehementius; legatosque tunc ciuitatis nomine mittendos statuit. cumque satis sciret, quid consilium sexaginta virorum ciuitatis iis de rebus sentiret; tentauerat enim; conuoco^{to} consilio tamen, seu quali quali Decurionum conuentu; missoq; magno cancellario, cuius præsentia, verbaque vrgerent; ægre, sed perfecit tamen, vt non solum legatio decerneretur; sed ij etiam legati, quos ipse probasset, nobiles tamen, & ornatos viros qui- bus in re tali recusandi potestas esse non solet. Ita ciues discessisse; vt palam multi, magnō dolore conquererentur; passimique testarentur, ciuitatem Mediolanensem quæ bonis Archiepiscopis numquam aduersata erat, Caroli autem optimi Pâtris semper fuerat studiosissima, coactam fecisse; vt contra tales virum legationem Romam decreuisse dici vñquam posset. Cum legati anno M. D. L X X X. ineunte Romam venissent; Carolus, qui perfectis iam rebus, & cum Pontifice constitutis, iam iam discessurus erat, profectionem tamē ideo suam non distulit, tunc omisit consuetum multi temporis officium conueniendi Cardinales, & salutandi: reliquit autē ex suis, qui singillatim vnumquemque adeuntes, omnibus ea de re satisfacerent. Sed vt aduentus antea, sic non caruit discessus egregiis ornamentis suis: nam præter plures Cardinales qui cum comitati sunt; populus Romanus summis laudibus, optimisque precationibus magna frequentia prosecutus est exeuntem. Florentiam venit ad magnum Ducem Franciscum, quocum erat illi, sicuti cum Patre præcipua quædam necessitudo: vt de rebus salutaribus cum eo, magnique momenti nonnullis ageret. Inde Ferrariam, Venetiasq; venit: quibus locis grauissima quædam ad Dei honorem, catholicam fidem, sacerorumque immunitatem tuendam, erant ei mandato Pontificis itidem agenda. Quamuis autem ille ad excludendam celerioris ingressus pompam, ignotis diebus soleret aduenire; vix tamen celari poterat aduentus: & in eo tamquam viro excellenti, & Cardinali præstantissimo honorando

Gubernator ei-
usque consilia-
rū contra Ca-
rolum multa
moliuntur.

1580.

*Caroli ex Urbo
discessus mul-
tu modis orna-
tur.*

*Florentiam,
Ferrariamque
inde, & Vene-
tias venit.*

*Magnō honore
Venetiis habi-
tare.*

*Præclaræ pie-
tatis ibi præs-
tit officia.*

Principes & ciuitates vistatis honoribus non contentæ, confuetum modum plerumq; transibant. Venetiis in Pontificij Internuncij domo, potius quām in magnificis ædibus a Senatu oblatis moratus est; quotidie tamen amplissimis muneribus de publico donatus, quæ viuendi sumptum longe superarent. Cum autem Senatores salutatum domum venissent; eumque ad Dux palatium comitarentur, vias, plateas, ædium fenestras, tecta ipsa, populi concursu, mirabiliter repleta fuisse narrant, palatium vero ipsum, ita plenum, ut nisi vi adhibita, Dux ipse non posset per gradus obuiam illi descendere. Ibi omne tempus a negotiis vacuum, in visendis, pieque venerandis sanctis corporibus reliquiisque posuit; quas ecclesia Veneta plurimas, insignesque habet: vnde complures particulas ab ædium sacrarum rectoribus acceptas Mediolanum attulit. in quo tamen ex præcipua quadam religione, etiam summi Pontificis assensum postulauit. Quotidie quidem pij quamplurimi ad eius sacrum conueniebant, ut sanctissimam ab eo Eucharistiam acciperent. Sed maxima omnium ordinum multitudo certa die ei rei dicta, in ecclesia societatis Iエs v conuenit. in ea Missa, rogatus a multis, & a Veneto Patriarcha, Nuncioque Apostolico in primis, habuit concionem; quæ salutares eius diei, temporisque fructus auxit. Præter ea, quæ proposita in primis habebat, alia multa pro sua summa auctoritate, præsentia sua salutariter effecit. nam etiam Ferrariæ, & alibi; sed quid enumero? quacumq; demum transiret, in christianis rebus plurimum proficiebat. atque tum ipse attendebat ubique diligenter, si quid Domino, cui se totum dicauerat, animaque suæ posset amplius querere: tum alij quoque, si quid esset, quod ad salutem animarum, diuinum honorem, in opere subiecutionem, pertineret, aude accurrebant; & mire tamquam patri confidentes suppeditabant: aut vero solo exemplo excitati multa ipsi pie, religioseque faciebant: quod semel dixisse sufficiat. Eius caussa clerus Venetus, qui more laico caputiis rotundis vti solebat, ea tunc quidem sumpsit, quibus crucis figura formatis, clerici reliqui vtuntur. Et eius item monitu, Episcopi, qui circiter sexdecim ad eum quandiu ibi esset, colendum, sectandumque

dumque conueniebant; & pallia clericorum communia adhibere consueerant; aliis pro dignitate personæ vt cœperunt indu-
mentis. quos etiam vt ad suam quisque ecclesiam, se conferrent,
cum diutius multi abessent, Venetiisque fere habitarent; graui-
ter cohortatus est: ac ea de re Pontificis auctoritate moneri, iu-
berique eos curauit. Eo tempore apud ciuitatis principes actio-
nibus iis viam muniuit, quantum potuit, quæ in Brixensis ec-
clesiæ rebus recognoscendis ei suscipiendæ erant. Atque Vene-
torum res, atque animos eo statu, sibi visus est reperire, vt de ip-
sa ecclesia; non ab se quidem, qui plus satis negotiis districtus
erat; sed ab alio Antistite Apostolica auctoritate lustranda, & re-
cognoscenda cogitare, & cum Pontifice agere cœperit. quod
munus postero anno Augustinus Valerius Episcopus Veronen-
sis, adnitente Carolo suscepit.

*Apud ciuitatis
Principes quid
efficeru.*

VE NETTI sum discessisset, Brixianæ recta proficisci in ani-
mo habebat, & eius ecclesiæ recognoscendæ initiū facere; quod
necessariis de caussis in id tempus distulerat: Sed erat de Domi-
nicæ illius cultu retinendo sollicitus, quam Mediolanensis Qua-
dragesimæ caput esse, postremò etiam Pontifici probauerat. quo
die item solemne illud sacræ communionis conuiuum cum fi-
liis suis cupiebat concelebrare. Itaque Mediolanum venit, sexta
ante ipsam Dominicam diem feria: vbi incredibile est, quan-
tum gaudij, & iucunditatis, inuisus ille dictus, & intolerabilis,
aduentu suo excitauerit in vniuersa ciuitate. Hora igitur qua
eum ingressurum audierant, frequentes fuere Mediolanenses in populi concur-
sus, et erga Pa-
viis, quibus erat transiturus. auditio autem campanarum sono, storem suum
qui eo appropinquante, sacri honoris caussa, in omnibus ecclæ-
siis præscriptus erat; repente concursus fuit maximus; ita vt viæ
amplæ, & longissimæ ab orientali porta ultima, ad maiorem ec-
clesiam plane completerentur. immo quamplurimi extra muros
prodiere obuiam Patri desideratissimo. Et mulier quædā pietati
insigniter dedita, moram, vt alij, non ferēs, ad passuum duo fere
millia progressa; vt Carolo propinqua fuit, muliebri verecundia
omissa, quasi mētis minime compos, sc̄e ad mulæ pedes lachry-
mans

*Mediolanum
venit. cultum
Dominicæ pri-
mæ Quadrage-
simæ tuerit.
Brixensem ec-
clesiam incipit
recognoscere
C. A. P. IX.*

mans abiecit. Igitur Carolo ingrediente, tum charissimum ab eo salutaris signi beneficium aude excipiebant; tum passim mar- res, foeminæque præ gaudio lachrymabantur: neque pias voces continebant, En venit, iam adest Pastor noster, quem negabant reuersurum. plurimi reuerentia propemodum ex abundantia gaudij, & amoris abiecta; nisi hanc maiorem ducere velimus reuerentiam; minime se a vestimentis, aut iumento saltem tangendo continebant. vt sæpe circa Carolum constipati sese inuicem comprimerent. alij non contenti semel vidisse; crucisque figura paterna manu signatos esse; præcurrebant, & rursus expetabant, vt cumulatius explerent desiderium suum: qua specie religionis plenissima, publicaque amoris præcipui significacione, neque alij multi, neque Carolus ipse, lachrymas tenere poterat. Recta venit ad ecclesiam maiorem: ibi precatus, ad altare maius ascendit; populo, qui vt in maximis celebritatibus templum illud impleuerat, celebriter benedixit; & cum gaudio, pacque dimisit. Honos, & concursus ille, totus amoris, ac pietatis fuit: nihil fuci, nihil ambitionis, aut industria. ciuitatis rectores, aut principes viri, si vnum, aut alterum excipias, non affuere; ne dislicerent in eo Gubernatori. hæc fere magnatum est miseria; vt humanis de causis, modo hac, modo illa impediti, piarum rerum sæpe sint expertes. Sed domum postea salutatum magna frequentia, quasi tunc primum venisset, non autem sex tantum menses abfuisset, sine mora confluxerunt omnes; maxime cum ipse quoque Gubernator eiusmodi minime defuisset officio. Multa Carolus, vt solebat Roma gregi suo attulit: nam præter globulos sacræ indulgentiæ nomine insignitos: alia cœlestia dona, toti prouinciæ profutura impetravit; iis qui concionibus, qui celebriori Missæ, qui vespertinis precationibus festo die interessent: qui signum parochiæ suæ, sacerdotemq; sequentes, ordine ad ecclesiæ, quando opus esset, pie procederent: alia, quæ litteris Pontificiis editis continentur. Dic igitur dominico, de quo sollicitus fuerat, summo mane, sanctissimæ Eucharistiae frequenti, populo sacræ operam dare cœpit: & in eo, quamuis adiutoribus adhibitis, continenter perseuerauit, donec tribus horis tantum nox

Frequentissimo populo in maiori ecclesia benedic.

Multa, Roma gregi suo attulit.

Primam Qua- dragesimæ do- minicam diem frequenti, po- populo sacræ ope- ras nr.

nox abesset. quo tempore ægre quidem, sed tamen innumerabiles fere sine cœlesti illo cibo dimisit; cuius gratia tota die in ecclesia manentes terreno caruerant. atqui eodem tempore in ecclesiis quoque suis parochi eodem munere perfuncti erant. Cum ad eam horam perseuerasset; quasi labore neque fractus, neq; fessus; Vespertinarum tamen precum officio carere, quod ex veteri ecclesiæ instituto, Pontificalem ritum postulabat aut concionandi munus omittere noluit. Ita diei celebritas bene, pie que admodum ei procedebat; vt sacris ab aurora ad noctem perductis; clerus, populisque toto die in templo frequentissimus, plene tempus illud animæ daret, quod penitus solebat tribuere corpori. Sed Carolo concionante, noua turba, tubarum clangor, & strepitus equitum ex propinquo palatio interuenit. Constituerat Gubernator, quamquam edictum, & poena anthematis statim post factum subeunda, iam Caroli iussu renuata erat, equestrem ludum eo die omnino committi: rogaeratque multos Mediolanenses; neque impetraverat. itaque leuis armaturæ equites ex agro Papiensi, homines aduenas, per eorum ducem, minime aduenam, & quod agebatur plane intelligentem, accersiuit: & iis adhibitis, quando alia ratione non poterat, ludos fecit. ipse cum filiis spectator fuit. Eam rem Anna vxor pro religioso animo suo molestissime ferens; cum viro persuadere non posset; filiis saltem imperauit, vt omnino abstineant: ipsa vero eo tempore ad vespertina sacra concessit. Eum postea equitum ducem primò misere vincitum; & paulo post, cum e carcere aufugisset, miseriis de improviso imperfectum ciuitas vidit. Carolus in dolore, quem ex tali facto coepit maximum; id solatij sensit, quod præclarissimam eo die Mediolanenses recti sui sensus, apertissimamque dederunt significationem. quam ciuitatem voluptatibus, & spectaculis eo tempore, dieq; in primis, nullo modo posse carere, & vsque ad seditionem propterea Carolo aduersari velle, etiam atque etiam affirmabant; ea ne regio quidem Gubernatori cōtra Caroli edictum obsequi voluit: & non modo cibis in Quadragesima yetitis abstinuit; sed ipsum diem totum in ecclesia religiosissime traduxit. quæ qui-

Carolo concie-
nante quid
Gubernatoris
operasias.

Exemplum per
timeendum.

Mediolanensi-
um virtutis &
religio.

dem laus non plebi tantum, aut foeminis tribuenda est: nam vel in ludis recusandis patritij, & equites communi patriæ religioni pulchre satisfecerunt. neque dubitandum, si ludus ipse postea repetitus fuisset, quin vel ipso exiguo spectatorum numero catusset. immo, & milites ipsi fortasse, quantum postea perspici potuit, parere libere recusassent. Ad vindicandum eiusmodi sa-

Qui ludum fecerunt ex die, auctoresque anathemate percussi, spectatores ingressu ecclesia interdicuntur.

cræ auctoritatis, vt videbatur, cōtemptum; Carolus, qui ludum fecissent, auctoresque faciendi fuissent, generaliter anathemate notatos proposuit. neq; enim facile militum nomina haberipoterant, cum ementita facie cucurrisserent; sicuti neque facile poterat probari Gubernatoris, aliorumue iussus. spectatores autem ecclesiæ ingressu interdictos ad normam edicti denūciauit.

Spectatores veniam causa Ca- rolum conueniunt idem mul- ti qui ludum fecerant, pra- stan.

Quicumque spectauerant, qui si consuetos concursus attendamus, pauci fuerunt, factum dolentes, ad Carolum statim, eiusue ministros, venia causa, etiam ex ipsa Gubernatoris domo omnes conuolarunt; facileq; impetrarunt; quod non animo edicti violandi, pœnamq; ignorantes, tantum ex curiositate quadam accessissent. ex militibus, qui ludum fecerāt, multi supplices venerunt, idemq; petierunt; quod nonnulli consecuti cum essent; alij enim edictum ignorauerant; alij minis compulsi erant; Gubernator eos in carcerem trudi iussit: immo, & typographum cum eis, qui scriptum denunciationis illius proponendum impreッserat: iratus enim dicebatur, quod de suggestu se præsente illud recitauerat concionator, harum vexationū caussam, ne res ad iudicium ecclesiasticum reuocaretur, aliam obtendebant.

Gubernatoris excusatio.

yulgò etiam ferebatur nonnulla Gubernatoris excusatio; illam anathematis sententiam valere non putasse, propter appellacionem tempore edicti renouati interpositam. at Lopus mirifico, animi ardore cōcionator Hispanus, & Gubernatorem priuatim reprehendebat; & publice magna libertate vociferabatur; nimis, indignum esse, sacram sententiam parvipendi: palamque ipsi, eiusque consiliariis, sacræque eorum confessionis ministris auctoritate diuina minabatur. Non multò post autem, tum qui

Qui in carcere erant dimisuntur anathemate percussi absoluuntur.

carcere tenebantur, dimissi sunt: tum quibus opus erat, facultate Iubilei nomine a Gregorio concessa, liberari pœnis ecclesiasticis

sticis potuerunt quam concessionem Carolus, statim supplica-
 tionibus indictis celebrauit, mox Brixiam contendit; eiusq; res
 ecclesiæ cognoscere iam tandem instituit. ac ad postremos Qua-
 dragesimæ sanctos dies, Paschalemque celebritatem cum grege
 suo, agendam, reuersus, Gubernatorem domi salutauit; ob id in Brixiam con-
tendit Carolus.
 primis, vt hominem de iis quæ commiserat patrio animo mo-
 neret, corriperetque. Fecit grauiter, vt res postulabat: ea ora-
 tione homo visus est affici vehemēter: & tamquam stupens sub-
 lati oculis, Magnum est, inquit, ea induci in Mediolanensium
 mores, quæ seruantur alio loco nullo. at eò magis lætandū erat,
 quò religiosius præcipuo Dei munere Mediolanenses, perfecti-
 usque, pro naturæ suæ bonitate, ardoreq; Pastoris viuerent. gra-
 tias tamen is Carolo egit; & abeunte honore etiā maiore, quām
 solebat prosecutus est: cuius aspiciendi potestas ci in posterum
 futura non erat. etenim multos iam dies haud bene valebat; cor-
 dis quodam cruciatu quandoque angebatur; & nonnumquam
 viribus, sensibusque destitutus concidebat. febris demum ve-
 hemens illum celeriter confecit. de quo morbo paulo post festū Infirmatar
Gubernator.
 Paschatis, Carolo Brixiam reuerso cum nunciatum esset; de eo
 coram iuuando, præsertim, si quo animæ vinculo ob superiora
 facta teneretur, amanter cogitare cœpit. cumque nonnullos qui
 aderamus ea de re cōsuleret, a tam insigni charitatis officio, mi-
 nime abducendum existimauimus. ita equis ad cursum disposi-
 tis v̄sus, quoniam summa festinatione opus erat; paucis horis,
 passuum sexaginta millium itinere confecto, Mediolanum ve-
 nit; rectaque ad hominem iacentem accurrit. cum morti pro-
 pinquum, nulloque, quod perspici posset sensu, cum offendisset;
 mansit ibi tamen, donec efflaret animam: eaque omnia præsti-
 tit, quæ tali casu ab amantissimo non dicam Episcopo, sed paro-
 cho possent expectari. vxori deinde, ob magnam præsertim eius
 pietatem, & filiis, quantum potuit, nullum a se officium ad leua-
 tionem, subsidiumq; deesse passus est. mortui animæ sanctissimi
 sacrificij, quod ipse fecit, statarumq; precū celebritate vna cum
 suorum canoniconum collegio in templo Pacis, ubi sepeliendus
 erat, suffragatus est. in media Missa, cadavere in cōspecto posito,

d 2 concionem

concionem habuit de morte; deque humanarum rerum conditio-
tione: quæ officia, & nobilissimo Principi honori, & Carolo
magnæ laudi fuere.

Pontifex lega-
tos Mediola-
nenses dimic-
tit. litteris ci-
uitatis respon-
deret.

C A P. X.

Mediolano mis-
si legati Roma-

contra Caro-
lum agunt.

Caroli respon-
sio ad libellum

Pontificis ad-
uersus se exhibi-
bitum.

Pro Carolo le-
gatis respondet
Pontifex.

C A R O Roma profecto, oblatus est rursus Pontifici libellus, in quo querelæ omnes de Caroli actis continebantur; & hoc fere tendebat, vt ostenderent, Carolum multis præscriptis, iussisque populum Mediolanensem intoleranter premere: san-
der. Ati Ambrosij instituta (diem illum primum Quadragesimæ si-
gnificabant) tollere. infamia, atque adeo impietatis notam in-
urere ciuitati, cui seruandæ tot remedia necessaria viderentur.
ad quæ breuiter Carolus, modestissimeque singillatim respon-
dit: quæ ageret, Mediolanensibus esse facilia; plurimi etiam iu-
cunda: summo studio Ambrosiana instituta sese obseruare, &
tueri: vt gregem suum, quod eius optima natura ferebat, postu-
labatque, optima disciplina institueret, curare: id non dedecori,
aut infamia illi, sed summæ laudi esse, ac saluti. omnia idoneis
argumentis demonstrauit. Sed Pontifex quoque, tota negotio-
rum eiusmodi ratione iam bene cognita, ipse pro Carolo, notis
manus sua libello appositis, respondit: neque umquam ab eo ab-
ducī potuit, quod præsente Carolo decreuerat. Cum autem id
legati sape memorarent; res Mediolanenses, aliorum locorum,
Romæ præsertim similitudine habendas: ea de cauſa existimatū est; cōsuetos cursus ad pallium quoddam consequendum;
aliosque ludos eiusmodi, qui Romæ ante Quadragesimam fie-
bant, iussu Gregorij tunc esse sublatos. quo etiam tempore Pon-
tifex ipse, dum per eos dies alij voluptati seruirent, statas septem
Vrbis ecclesias cum multis Cardinalibus religiose visit. Sed lit-
teris ciuitatis nomine Pontifici missis ita Pontifex respondit.

Pontificis re-
sponsum ad
Mediolanen-
sium litteras.

G R E G O R I V S P A P A X I I I . Dilecti filij, salutem. Ex uestris
litteris, quas ternas diuerſis temporibus accepimus, atque ex sermoni
oratorum uestrorum, cognouimus ea, qua de decretis dilecti filij nostri
Caroli Cardinalis sanctæ Praxedis, eiusdemque Pastoris uestri, nos sci-
re voluistis; queaque exponi uestra ciuitatis, ac prouincia multum inter-
esse

esse existimatis. Quod illius innocentiam, integritatem, vigilantiam,
Dei glorie, atque animarum salutis zelum in ecclesiastica disciplina re-
stituenda, & tuenda agnoscitis; recte, sapienterque facitis. sic enim de-
bitum virtuti testimonium tribuitis: dumque talibus factis letamini,
vestram quoque pietatem, ac Deitatem declaratis. Qui timent te,
widebunt me, & latabuntur, inquit Propheta, idque magno cum fru-
ctu: reddit enim hac latitia vos eiusdem cum Pastore vestro corona par-
ticipes. Sic enim Abraham pollicitus est Dominus, Benedicentibus tibi
benedicam, maledicentibus maledicam. & quamquam vestra, bono-
rumque omnium opinio, non sinebat nos suspicari quicquam a Pastore
vestro grauius, aut secus quam par esset, decretum fuisse; tamen querelas
expositas bonam in partem accipimus, laudamusque vestrum consilium
eas ad nos deferendi, nostroque iudicio standi: sic enim facere decebat fi-
lios optimos; atque huic sanctae Sedi addictissimos, quo nomine semper
vos amauimus. Ut igitur vestra postulationi satisfaceremus, considera-
uimus omnia quam diligentissime: & quia rationi maxime consenta-
nea, vobisque ad seruandum salutaria, & fructuosa esse iudicauimus;
hortamur vos, ut ea prompto, atque alacri animo amplectamini; ac non
modo nihil obstat, sed vestris etiam studiis, auctoritate, opera, execu-
tionem adiuvetis: nos enim Cardinali ipsi in omnibus mentem etiam
nostram aperimus, & declarauimus. Neque vero ignoramus posse de-
creta ipsa in hoc initio videri nonnullis paulo duriora; sed evadent sua-
via, ac facilita, si bona voluntas accesserit, quam debet quisque a Deo po-
stulare, certissimeque expectare: angusta, atque aspera via est, qua dicit
ad vitam; si corruptam scilicet naturam spectemus: at si Dei gratiam,
Iugum meum suave. Vbi vero ad obediendi voluntatem usus etiam ac-
cesserit; experientur homines leuisima esse ea, qua initio ducebant gra-
uissima. Maxime autem debet omnes consolari optima Pastoris volun-
tas: nihil enim aliud laborat, nisi de gregis sibi a Deo commissi in columi-
tate, & salute; quam etiam sua ipsius vita semper anteposuit, tanta cum
charitate, quantum omnes perspexistis. Committite vos igitur iis mani-
bus, quas vestris commodis, & saluti paratas, atque inseruientes grauif-
simis temporibus experti esitis: animumque inducite, talis, tamque. ve-
stri amantis Pastoris decretis acquiescere, inque eogratissimum vos Deo
facere, vestrog. officio satisfacte existimate; sic enim fruemini ea pace,

Legati referuntur, quam Christus tantopere commendauit. **R**E S C R I P T V M legati non reddiderunt: sed exemplum eius cum in consilio ciuitatis Carolus recitari curasset; Decuriones, quibus nihil minus cordi erat; quam ea legatio; quique acta Caroli, piosque conatus non infringi, sed confirmari volebant; neque responsum a legatis exegerant; & Pontificias litteras, vt gratas, & iucundas, qua debeat reuerentia, & obsequendi voluntate acceperunt.

Carolus ad Regem mittit, qui de suis, ministeriorumque regiorum rebus plene docet.

CAP. XL.

ER A T ea de Philippo Rege Caroli opinio; vt quæcumque a Regiis administris in Mediolanensium moribus, ad Christianæ disciplinæ normam dirigendis impedimenta, difficultatesque incurrerat; quascumque contentiones, oppugnationesq; sustinuerat; ea sibi minime euentura fuisse confideret, si cum Rego ipso nemine intercedente agere potuisset. Si quid durius ab eodem fortasse visum esset emanare; si quid minus potuisset obtineri; id aliorum vitio factum esse; qui res pro turbido suo sensu, animoque perturbato, corrupte referrent; Regisque, & consilij eius animos in Carolū incendere studebant. Ut eiusmodi vitaret incommodū, per Nuncios præsertim Pontificios, sepius, quæ accidebāt, quæ ipse sentiret, quæque fieri oportere iudicaret, ad Regem retulerat. sed quoniam publicis internunciis, aliisue agentibus, qui visitato modo negotiū procurarēt; res ipsa vti erat satis persuaderi non videbatur; & negotia semper ad consilium recidebant, ibique ciuili quodam iudicio plerumque oppressa interibant: diu in animo habuit, sacri ordinis hominem mittere; qui simplici quadam ratione, & a consuetudine ceterorum negotiorum separata vtens, semel veritatem rerū omnium sincere, ac religiose exponeret: Caroli ipsius animum; & consiliorum, studiorumq; intimam rationem aperiret: quæ item nominatim referri oporteret, quæ auxilio Regis indigerent, ea proponebat. Id genus agendi, Regi sperabat pro eius bonitate probatum iri. Huiusmodi consilium cum ad eam diem distulisset; fecit Gubernatoris noua contentio, quæ nimium iam extra modum processerat; vt aliam moram interponere nollet; præsertim quia viri sapientes ita cum eo censebant. Carolo igitur huius historia

storiæ scriptore ad eam rem vti constituit. quem ante Guberna- *Huius historia
scriptorem ad
Regem misse
Carolus.*
 toris ægrotationem ad id inuitatum ; neque mortis tempore plene instructum ; post mortem nihilominus misit : quia non huius solius , sed omnium Præsidum etiam futurorum caussa, missio illa necessaria videbatur. rem omnem secretò haberi cō-
 stituit, ne quid contra quisquam moliretur. In finibus Lusitanie *In finibus Lu-
sitanie Reg
erat.*
 Rex in vrbe, cui Pax Augusta nomen est, morabatur. eò Carolus cum peruenisset, prid. non. Augusti, Regis adeundi, & alloquendi facultatem quærerit: respondetur, nisi magna cum breuitate id fieri non posse ; Regem in possessione Lusitani regni adipiscenda die, no& teque esse occupatū. demum impetrat, vt Regi nuncietur clericum Italum adesse; qui se ad eum litteras, mandataq; habere de rebus magni momenti affirmet ; petatque vt in eius cōspectum modo venire liceat: ibi redditurum litteras, & a quo, quamque ad rem missus sit, paucis dicturum : de cetero facturū, quod iuberetur. Cum Rex consensisset; tertio post aduentū dic, clericus introductus breuiter vnde veniat, & genus mandatorū exponit: a Rege ipso audiri postulat; idque antequam nouus *Regi de aduen-
tu strati clericis
nuntiasur.*
 gubernator prouinciae Mediolanensis deligeretur. tradit litteras. capsulam offert, in qua dimidiatum corpus infantis, ex iis, qui Herodis iusu olim, infantis Christi Domini caussa occisi fuerant, Mediolano allatum, decore continebatur. Sacras reliquias Rex collaudat, flexo genu cum clero veneratur; vultuq; pie admo- *Ad Regem in-
troducatur.*
 to tangit, quasi crucem formans. tum clericum gratias agere Carolo iubet de tali munere; & in scriptis, quæ agenda haberet, afferte. Clericus quæ posset scripta sese allaturum respondit; sed plura etiam fuisse mandata, quæ referret verbis. quæ dedisset lectorum; quæque dicere vellet mox etiam auditurū, benigne admodum Rex pollicetur. post triduum Clericus quæ scribi posse existimauerat, ea ad Regem afferit. quibus ille acceptis, iubet e- *Sacras reliquiæ
a Regi offert,
ea Rex, &
commendas &
pie veneratur.*
 tiam dicere. Clericus cur eiusmodi ordinis hominē, & in eo potissimum tempore Cardinalis misisset, aperuit. nullo patrono, vel adiutore, immo nullo concilio, regiū ipsum conspectum se recta petiisse: vt ita diuina tantū spectari, Dei caussā agi, nihilq; esse in toto negotio artiū humanarū, satis intelligi posset. nonnulla de- *Clericum beni-
e Rex audie-*
 Cardi-

Cardinalis mente, consiliis, animoque in Deum, in Ecclesiam, in Regem ipsum commemorauit. tum obsecrauit, ut cum talis caussa tali ratione ageretur; ne ad publica consilia, neue ad ciuilis prudetiae homines deferri vellet; sed secum haberet, aut cum religiosis tantum viris iuberet communicari. Addidit, quæ hoc modo breuiter perstringi possunt: De iuris, potestatumque controuersiis nihil se dicturum; eas Cardinalem iudici summo relinquere, Romæ dirimendas; quibus satisfecisse crederet, cum ecclesiæ argumenta, testimoniaque tantum iussisset suppeditari. de moribus, de spirituali disciplina, de progressu pietatis populi Mediolanensis, de diuino honore, gloriaque sece acturum: horum caussa dolere Cardinalem, & conqueri: cum plurima quotidie magistratus impedimenta rebus iis afferrent; quæ salutariter, singularique adeo virtute Mediolanenses alioqui facere posse, multis argumentis, factisque ipsis clare demonstraretur. Boni plurimum illos disturbasse primò; si non de iurisdictione controuersiis excitandis; quod tamen ipsum episcopalis administrationis vim, cum multorum salute coniunctam, non parum retardauerat: at earundem certe caussarum agendarum ratione; tum contentionibus studiose faciendis; omnino iis committendis, quæ ad episcopalem dignitatem, & ecclesiasticam auctoritatem offendendam, sacrasque sententias contemnendas ex se pertinerent: quod quidem vel maximum esset via salutis impedimentum. Vi pro iure adhibita, ecclesiæ ministro manum iniecisse; inusitata asperitate publice quassato exilium denunciasse. Terribili edicto promulgato, licet aliò verba spectare videantur, re ipsa forum ecclesiasticum scribis, notariis, ministris omnibus spoliatum fuisse. Quas res facientibus immineret anathematis poena, eas saepius attigisse. eadem affectos poena; neque consuetudine reliquorum, neque rebus agendis, vt ius, fasque erat, abstinuisse: publicis factis quodammodo professos, non timere se grauissimam Ecclesiæ poenam. Multa eiusmodi narrare posse singillatim, quæ tamen putaret iam ad regias aures peruenisse. Discere superiorum exemplum nimis facile licetiam, & contemptionem eiusmodi, inferiores, ita neque improbus conti-

*Quæ cum Rege
agit clericus
brevis narra-
tio.*

contineri; neque imbecilles animo sustineri posse. Plurima facta suppeterem, quibus, vel impedito Præsulis officio, improbis peccandi licentia relicta erat; vel proposito Magistratum exemplo, ex priuatorum audacia, contumaciaque, despecta fuerat sacrosancta fori ecclesiastici auctoritas; & rebus, personisque sacris vis illata. Sed vel pauca satis, superq; esse; prorsus inaudita; & tali tempore, talisque Regis imperio indignissima. Quomodo enim remoto Magistratum exemplo, vel potius auctoritate; pauci clerici tantum animi, atque audaciæ sumpsissent, ut Antistiti suo Cardinali publice resisterent; sicarios districtis gladiis obiicerent; detruerent ecclesia, & penè præcipitem agerent: & præterea etiam publicis scriptis notare auderent: quomodo imbellies homines contra eundem coniurassent; teterimusque apostata tantum facinus suscepisset, vt sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, sacris occupatum tormento conaretur transuerberare: vt nihil diceretur de sceleribus, quæ nonnulli, presbyteris etiam in ipsa ecclesiæ cædendis, commisissent. Non longe abesse perditos mortales hæreticos; immo etiam sæpe adesse commercij caussa: quibus ecclesiasticam potissimum auctoritatem destruere propositum esset; vt eo quasi fundamento disturbato, omnis disciplina, pietasque corrueret. Quidnam caussæ tandem esset, vt tantum contentionis, & pugnæ iurisdictionis caussa susciperetur, non satis intelligi. sed tamen ita esset, vt magistratus videri volebant: quid ad iurisdictionem; nouas semper aduersandi, calumniandiq; caussas querere: sic cum sacro Pastore, patreque, vt cum aduersario, vel hoste fere se habere: regiæ rei nomen ad remotissima trahere; perturbatisque animi sui motibus semper ostendere; id quod inter alia Cardinalis non mediocriter doleret. Ita lactatum palam; Cardinalem viam sibi latenter parare ad ditionem Mediolanensem occupandam; eum scilicet, qui opibus abiectis, posthabita hominū gratia, totum se Deo dicasset. Suspicionem verbis tantummodo elatam, nimis indignum erat. at ab ipso Præside prouinciae factis fuisse confirmatam arcem Aronensem propterea Borromeiis creptam; fidelissimamique Regi familiam quodammodo nota-

tam; id vero quale esset, gratissimo Regis ipsius iudicio relinqui. Non absimili nomine piorum hominum societas esse dissipatas; quasi exercitum quandam sibi ex ea pia, imbellique multitudine Cardinalis sibi compararet. quæ cum in sacris ædibus ornandis, sacroque cultu honestandis, antea curam, operam, laborem, pecuniam pie poneret; diesq; Deo dicatos benefactis, precationibusque sacris obeundis consumeret; ad otium, gulam, luxuriam, malas omnino artes magna ex parte conuersa, & dilapsa erat. in qua quidem vastitate, cū piis omnibus dolendum esset vel maxime; dixerunt quidam tamen gaudentes; repertum tandem, quod Cardinali in corde acriter pungeret: quasi clare aperientes, quod obscurum aliqui magnopere non erat; non quæ regio imperio usui essent, curari; sed quæ Cardinali essent iniucuda. Ita choreas, & saltationesquas iam fere sacroru hominum cura, & labor excluserat, deleueratque; restitutas, & defensas: vnde rixas, homicidia, turpes amores, quotidie profici; non modo usus doceret; sed Gubernatorum ipsorum edicta demonstrarent; quibus expressa multorum, grauiumq; malorum caussa, olim eæ prohibitæ fuerant. ita sacros dies, qui ob animæ commodum, ac salutem sunt instituti; corpori, voluptatiq; datos: mares, fœminasq; innumerabiles a rebus animo fructuosis, ad perniciosas voluptates abstractas. Eò venisse postremū Gubernatorem; vt contra edictū Cardinalis, anathematis sententia munitum, ipso dominico die, & eo, qui caput esse Quadragesimæ declaratus erat, ludis equestribus operam dare Mediolanenses curauerit: cum id impetrare non potuisset, induxisse, ac pene coëgisse ad id homines exteriores: ipsum una cū filiis astitisse. Si hæc omnia fortasse publici iuris, potestatisq; tuenda sp̄eciem aliquam habete viderentur; etiam ad longinquiora multò, indignioraque Principem venisse; quæ nullo modo possent consueti nominis integumentis inuolui. Ciuitatis Decuriones nihil eiusmodi cogitantes, & ab iis contētionibus alienos, solicitasse, impulisse; vti multa quæ Carolus vitiorum reprimendorum, pietatisq; augendæ gratia fecerat; ad Pontificem deferrent; eaque veleti iniuste, vel sine causa, & cum ciuitatis magno inconimodo facta,

facta, rescindi postularent. compulsosem semel, atque iterum per litteras facere; demum pene coactos, nobilem legationem magnō sumptu Romam mittere, cum querelis, vndiq; studiosissime conquisitis. In uitatos, instigatosq; multos, vt querelas contra Carolum, eiusque presbyteros per diœcesim Vicarios afferrent. eorundem actiones examinatas diligenter; inuestigatumq; si quid aliquo modo ipsi, aut etiam urbani Vicarij offendissent. si ex clero; si ex cœnobio etiam muliebribus esset, qui archiepiscopi sui præscriptionibus vellet contradicere; eius caussam prompte suscep tam; studiose defensam. quæ omnia licet regij iuris conseruandi, defendendue specie nullo modo possent honestari: quia tamen regiorum ministrorum fuerant consilio administrata, studio procurata, patrocinio defensa; regio nomine acta viderentur; idq; è indignius, quò regia mens ab iis omnibus esset aliena; de quo Cardinalis nihil dubitaret. Ne illud quidem prætermis sū; vt concionatores, honore, gratia frequenti q; conuentu allectos inducerent; qui teste sensus hominū voluptarium defenderent, Caro lique rebus obtrectarent. Ita quantū in ipsis fuisset, omniuni ordinū animos ab Episcopo suo auertisse: acta, conatusq; omnes queruisse, nihil reliqui fecisse. magnam re ipsa, imbecillis animis præsertim, attulisse offensionem, maximumque detrimentum. si totius ciuitatis perturbator vere fuisset, vt quandoq; fuerat ab aduersariis appellatus; durius agi fere non debuisse. quid simile vñquam Cardinalis in eos; tantæ opugnationis quid culpæ sustineat, eum nescire; nisi illud vere sciret; ob vitæ suæ errata, multò se atrociora, quā ea quæ Dominus permiserat, commeruisse. quantum quidem perspicere; & à Deo assiduis precibus suis, alienisque consequi potuisset; id fieri semper, eamque rationem omnibus in rebus adhiberi studuisse, quæ Deo gratiор videretur. De eius mente, ac voluntate; de dominandi, alieniue usurpandi cupiditate; quid post talem, totque annorum Antistitis vitam, demum ad talem Regem opus esset, pluribus? De legitima, iusta que agendi ratione sua; id affirmare Cardinalem; non pepercisse se vñquam sumptibus, vt viros doctos, & grauissimarum rerū vsu exercitatos, tum pios quoque; id

quod nosc omnes poterant; apud se haberet; quorum iudicio,
 & sententia, omnia recte, casteque gererentur. De moderatione
 agendi cum magistratibus, aliisque laicis hominibus; de seruan-
 do modo, ad eos retinendos, conciliandoque accommodato:
 quantum sibi conscientius esset, id studiose curasse. at multa saepe
 non incommodè minus, quam temere iactari. si quid decerne-
 ret Cardinalis; si anathematis sententiam ferret; si paulo liberi-
 us agere videretur; id ubique dissipari, prædicari, augeri sermone:
 libere nimis, atque austere factum; subito sacræ potestatis gla-
 dium districtum. nescire autem homines, quæ, quantaque is dis-
 simulasset: quid prius priuatim rogasset; hortatus esset; etiam,
 atque etiam monuisset. quæ si palam fuissent; diuersam opinio-
 nem omnino futuram. Enumeraturum se multa, & graui facta,
 si Rex iuberet, in quibus iniuriam Ecclesiæ Cardinalis dissimu-
 lasset; hominibusque turbide commotis condonasset. quoties-
 cumque ecclesiastico gladio usus esset, eum videri sibi fecisse
 coactum; quia sine grauissima culpa ecclesiæ suæ ius non posset
 descrere; quod tueri etiam singillatim Pontificia autoritate iu-
 betetur. Non ignorare Cardinalem, multa molli potius bra-
 chio, cohortationibusque curanda, & efficienda; quam iussis;
 poenisque infligendis. at ob contumaces, perditosque, qui non
 exiguo numero his temporibus, vere piis, christianisque permi-
 sti sunt; iussis etiam saepe, animaduersionibusque agendum. Vnum
 ei modum, cum id sedulo cogitaret, tandem videri, vnamque
 rationem satisfaciendi magistratibus, pacisq; & quietis, vt vul-
 go putatur, conseruandæ: cohortari, obsecrare; si recusaretur,
 cedere; ius suum remittere. quod tamen semel factum; iterum
 paulo post, & in re grauiori esset faciendum; & eodem modo de-
 incepit: vt abiecta demum pastorali virga, celeriter ipsa quoque
 vox pastoris prorsus contemneretur. De rebus ipsis, quæ is ad
 populi salutem instituisset; partim, utrum quæ fierent ad rem
 pertinerent, & vere apta essent ad fidelium utilitatem; partim es-
 sent ne iuste, legitimeque facta, & iudicata; haud difficulter exi-
 stimari posse; primo quidem ex ratione, maiorumque exemplo,
 si locus daretur: deinde iudicio Pontificis; qui vel ipsis litteris,
 moni-

monitisque ad ciuitatem datis, satis ostenderat quid sentiret: saepe etiam ipso regio iudicio, cum vera nunciata sunt. Sed euenta quoque ipsa, & fructus ex aucta populi pietate perceptos, magno esse argumento; quæ quidem mallet Cardinalis Regem alia via cognoscere. Si in tanta Magistratum alienatione, clerus, populusque id profecisset, quod omnium bonorum opinione, prædicationeque ferebatur: iudicari posse, quid facturus esset iisdem fauentibus. Non esse inuoluendum silentio, quod plurimorum sententia fuerat existimatū: multos diuino iudicio morte mulctatos, qui sacrum anathema paruipenderant, vel Ecclesiæ auctorati studiose fucrant aduersati. quæ quidē existimatio tum numero mortuorum, tum conditione, rationeque mortis confirmaretur. Dicitatum etiam a nonnullis, qui videri vellent æquiores; Cardinalem, quamuis piis, salutaribusque institutis, nimis tamen populum vrgere; & præstantiore, seuerioreque disciplina premere, quam multitudini conueniret, sed in eo genere Cardinalem affirmare, fidemque, vt de respectata, & bene cognita facere; populū Mediolanensem a voluptatibus, & vitiis ad sanitates exercitationes, & ad alia, quæ nimis exquisita; & perfecta quidam appellarent, traduci posse; idque non modo sine publico tumultu, quem sine caussa aduersarij saepe commemo-rassent; sed magna etiam omnium ordinum consensione: si modo ij non impedirent, quorum erat officium adiuuare potius, & fauere. optime tenere Cardinalem; quid de Mediolanensibus suis posset polliceri. Quòd si ctiā aliqui se difficiles præberent, quemadmodum pro humana conditione necesse esset: propter paucorum contumaciam, non esse tamen deserendos omnes: immo conandum, vt ipsi quoq; ad sanitatem reducerentur. Cogitari posse, quale illud esset; nolle rectores ciuitatis, vt populus ultra visitatum quemdam, communemque modum in christiana disciplina proueheretur, si posset, & facile posset. vt in singulis hominibus, ita in singulis populis variam esse posse vitæ rationem, diuersumque virtutis gradum: dedisse Deum Mediolanensibus, quod aliis fortasse non dederat. Episcopi esse necessarium officium, animas sibi commissas velle, studereque virtutis,

pietatisque summis ornamētis esse instructissimas. eodem quoque rectoris laici munus referri; si modo recte, pieq; res penderetur. Petere Cardinalem a Regia pietate, clementiaq; per Christi Domini cruciatus, effusumq; ad saluandas animas in aestimabilis pretij sanguinem; prouideret in reliquum tempus, vt non solum non impediretur, oppugnareturue, sed in conatibus, laboribusque animarum caussa susceptis subleuaretur. id maxime decere tam illustrem tanti Regis pietatem: cuius nomine alio quidem loco, in perfidos catholicæ Ecclesiæ perfugas pic, fortiterque bellum geri; alio autem contra Dei ministros, actaque populis salutaria pugnari, nimis indignum esset. Mentem suam plane declarare vellet, eaque mandare; ex quibus rectores provinciæ, magistratusque intelligerent; ad regiam rem, Regis ipsius iudicio, minime pertinere; immo contra illius esse voluntatem contentionibus eiusmodi, vel quoquo nomine illæ appellandæ essent, sese dare: neque retinendi tantum imperij, vestigium conseruandorum, iuris dicendi se esse administratos; sed morum etiam regendorum; conseruandæ pietatis, & augendæ; quantum quidem tum pro sua auctoritate ipsi facere; tum in reliquis sacerdotes Dei adiuvare, eorumque studiis sauere, ac inseruire possent. Recordari Cardinalem qua conditione Dominus suos inuitaret. curas, dimicationes, perpessiones, sive etiam cruciatus iis subcundos: sequi ad id, quæ diuinæ opis robur esset, paratum esse. cupere tamen in tali Principis ditione; & ab eius administris non sustinere. quin etiam omnino sibi curandum, ne per alicuius peccatum evanquam sustineret. nemini penitus eum concedere, qui regiam potestate, auctoritatemque in imperio Mediolanensi saluam vellet. debere hoc iustitiae, Deoque; debere iustissimi Regis pietati; deberi patriæ; sibique ipsi, qui sub illius imperio natus, & ab eo varie, multumque una cum patre, fratreque ornatus; eidem se; quantum per fidem, officiaque summo terræ, coelique Imperatori debita licet; omni tempore gratum præstare vehementer cupiebat. In moribus Mediolanensium recte, pieque, ut quidem voluerat, moderandis, multò se magis regiæ rei, dominationique tribuisse quam

quām qui minuta quēdam tanto studio in lictoriis obsequiis, apparituriisque ecclesiastici fori sine causa persequerentur: qui cōtra potius tantum ex regiis rebus detraherent, quantum Dei ministris incommodarent. quō magis fideles Christo Domino, populi forent; eō fideliore etiam suo Regi iusto, catholicoque fore. Addidit Clericus, ex omnibus quæ tetigisset, alia quidem satis esse, si testata essent apud Regium animum; vt quid sibi credendum posthac, quid respondendum, quid mandandum esset, in rebus ad ecclesiā Mediolanensem pertinentibus; apud se propietate, iudicioque suo statueret: ex quibus, si quid explicatius, pleniuscē cognoscere vellet, se p̄rēto futurum; argumenta, scriptaque suppeditaturum. Alia vero, in quibus factō opus esset, quæq; a Regia benignitate opem expectarent, separatim descripta, fusiusque in oblatis libellis explicata iam tradidisse; vel ab impugnatione magistratum liberanda; vel eorundem auxilio perficienda; vel ab ipsis omnino imperanda. sese iterum Cardinalis verbis suppliciter petere, vt ea omnia, consilio, iudicio, sapientiaque expenderet, ac ponderaret sua: aut certe non vulgaris sensus, pietatisue homines adhiberet in consilium. Ea Rex ^{Regis respon-} attente cum audiisset; habere se Cardinali gratiam dixit; quōd ^{sua} ea relata illi esse voluisset: habiturum se corum rationem: quēdam plenius cognitum: communicaturum etiam quæ opus esset, cum idoneis viris: significaturum postremo, quid Clerico ipsi faciendum esset. Post paucos dies nunciari iussit, delectum a se Didacum Clavesium ordinis Dominicanī, qui ei a sa- ^{Confessarium} cris confessionibus erat; cuius opera in propositis rebus plenius ^{Rex deligit qui} cognoscendis, consilioq; in earum deliberatione vteretur: eum ^{proposita ple-} ^{niss cognoscet.} clericus adiret; & cum eo dissercret. Didacus pro sua prudentia de vnaquaque re proposita, cum diligenter dies complures egisset; & clericus esset dimittendus: interuenit Regis ægrotatio; ^{Aegrotas Regis.} quæ illum multos autumni dies, magno cum vitæ discrimine tenuit: vt vieti Antonij, receptaque paulo ante Vlyssiponis lætitiam Dominus morbi dolore, vitæque regiæ periculo compensare velle videretur. vix morbo liberatus, negotium rursus admiserat; diemque dixerat, quo die clericusabiturus in eius conspe-

Moritur Hispania. conspectum veniret. Sed Annæ Reginæ casus, quæ cum partu se-
ma Regis Exor. ptem mensium obierat, adhuc profecitionem clerici impediuit:
 non enim licebat in luctu, & quidem acerbo adire Regem. com-
 memorandam vero hoc loco arbitror huius Reginæ virtutem,
 quæ quidem in summo periculo; Regis, regiaeque domus, & vt
 existimandum est, reipublice christianæ charitate adeo commo-
 ta dicitur; vt sese pro illius in columitate deuoueret. commemo-
 randus item rei euentus; nam & in vita Regi conseruanda eam.
 Dominus audiuuit; & piam ipsius accepit oblationem; quam
 perpetuae saluti illi fuisse sperandum est. Cum primum igi-
 tur datum fuit, venit Clericus ad Regem; supplexque petiit, vt
 eius voluntate discedere in Italiā liceret. Rex humanissime

*Quæ Rex cleri-
 co ex Hispania
 discussio man-
 der.* accepit: Cardinali nunciari iussit; cupere se vehementer eius
 precationibus assiduis iuuari: & magnas ei de tali officio gratias
 agere: immo & clero ipsi de eo quod fecisset, egit ipse. Litteris
 ad Cardinalem datis ea Rex tum respondit, quæ post gratiarum
 actionem, post eius pietatis commendationem, moderationem
 etiam quandam in eo non obscure requirerent. Didacus de mo-
 derata regendi ratione fusius litteris suis, docteque disputauit.
 Duplex vero cum sit christianæ vitæ publice, priuatimque insti-
 tuendæ ratio; vna, quæ rebus ad salutem necessariis cōtentæ est;
 altera, quæ meliora semper, quantum possit, & præstantiora se-
 quitur: illam magis probare plurimi videntur. potius eligenda
 non negant, quæ præstantiora sunt: sed difficultatem semper,
 humanamque imbecillitatem opponunt. at hæc pro varietate
 locorum, hominumque expendenda; varieque iudicanda cum
 sint: probatorum virorum iudicio, qui præsentes, vsu præsertim
 diurno, omnia cognouerunt, videntur relinquenda. In volu-
 ptatibus item iudicandis plurimos vidimus rerum naturam spe-
 ctare potius, quam usum; cum saepe non malæ res ob pernicio-
 sum usum, vt malæ meritò sint reiiciendæ. Cōfirmauit vero Di-
 dacus, capturum Cardinalem magnum illius officij fructum: ca-
 ministris in posterum danda esse mandata, quæ ei valde proba-
 rentur. iam delectum Gubernatorem, qui pietate, ceterisq; ani-
 mi ornamenti gratus admodum ei futurus esset. erat is Metinæ,
 Sidoniaæ,

Sidoniz, optima pietatis opinione Dux; qui postea tamen munus dimisit. ad hæc Didacus, gratū semper Regi fore dixit; quotiescumq; vellet, eadem via cum eo Cardinalis agere. Atque re ipsa præstitum est, quod illius verbis promissum fuerat, nam ex eo tempore satis ex sententia res Carolo successerunt. maxime vero Carolo Aragonio, Duce Terræ nouæ prouinciae præfecto; pleraq; fuerunt, quod ad ciuilem potestatem attineret, populi Mediolanensis saluti facilius, perfectiusq; curandæ non medio-criter accommodata: quod ex sequenti historia perspicere licebit. Multis rebus significauit Rex, legationem eam sibi gratam Legationem fuisse: multisq; indiciis, quām bene de Cardinali sentiret, quan-
tiq; cum faceret, eo tempore demonstrauit: siquidem adeundi Rex sibi grata significat, alia potestate clericō celeriter facta; satis longum eius sermonem, li-
benter audiuit: negotium multiplex, tali tempore; id quod ne-
que facere solebat, neque fieri posse cubicularius putauerat; in
bello, quod ei maxime cordi esse dicebatur, propeq; in procin-
etu, humanissime suscepit rem suo tantum, vt postulatum erat,
& religiosi viri iudicio; qui ad consilium deferre consueisset;
existimauit: nam ita Clericus; re diligenter inuestigata, compe-
rit esse factum. præterea in maximo sui morbi periculo, cum ea
Pacensis cluitas, morbis, & annonæ inopia, caritateque valde
premeretur; de Clerico quæsiuit; si quid opus esset, subueniri
iussit. cum morbo leuatus esset; item post Reginæ mortem, ci-
tius cum, quām familiares omnino putarent, admisit; vt alij ex-
teri, qui aditum eundem quærebant, & domestici ipsi valde mi-
rarentur; quid cum Rege clerico illi esset; cui ad eius cōspectum
aditus tam facile pateret. Satis ampla quoque præmia, vt est ca-
tholicæ maiestatis liberalitas, eidem proposita sunt; Mediola-
nensis ecclesiæ sacerdotia, quæ regiæ sunt cooptationis; quæ vel
ipse per Pontificis auctoritatem caperet; vel in propinquum ali-
quem cōferret. sed ea Clericus recusauit. Hæc libenter comme-
morauimus, vt Regis maximi pietatem; & erga Cardinalem op-
timam voluntatem omnes intelligent. qui si nemine interposi-
to; aut vero priuata, & simplici via inter se maturius egissent;
multò meliora sperari posse videbantur.



D E

VITA ET REBUS GESTIS,

CAROLI CARD. S. PRAXEDIS ARCHI- EPISCOPI MEDIOLANI,

Liber Sextus.

De Brixieni-
bus laboribus:
de reliquiis ec-
clesiarum S. Ste-
phani, & S. Cel-
si, & de sacra
Sindone tur-
fusa visa.

C A P V T . I .

Bost Gubernatoris mortem , merito spes erat, in ecclesia Mediolanensi æquiora omnia, facilitiore fore. defecerat enim in Principe contentionis omnis præcipua vis , & potestas. ac licet manerent quidam præteriorum certaminū administrī; quamvis magna; non summa tamen ad voluntatem accedebat potentia. Quid in eo genere per Romanam auctoritatem effici posset , summus Pontifex satis ostenderat responso suo. Sanctius Gheuara, Arcis præfectus, & donec Gubernator eligeretur, prouincia præpositus, homo erat satis pius, & a superioris temporis contentionibus abhorrens. qui quidem illud Caroli cohortatione fecit laudabiliter , vt histriones minime ferret; genus hominum; qui turpibus plerumque fabulis ad spectatorum mores depravandos accommodatis , sordidum quantum faciunt ; impudicasque fœminas ad alliciendam iuuentutem in scenam immittunt. hos Carolus, primo quidem idoneis hominibus constitutis, qui obseruarent, ita corrigere studuit; vt nihil obscenum, aut christianis alioqui moribus alienum dicerent facerentue : diebus item festis; ac sexta quaq; feria omnino abstine-

abstinerent. postremo scriptas fabulas, ad similitudinem librorum, qui eduntur, a se prius probandas statuit, quam darentur: histrionumque libidinosa crimina, quæ fori sui essent, persecutus est: vt ij potius abire, quam ea sustinere vellent. Sed ad rem. Non modica etiam erat expectatio, de eo, quod apud Regem missus in Hispaniam clericus effecisset. Ita vero euentus se habuit, vt spes fuerat. sed non ita subito tamen aduersariorum contatus concidere. partim enim ex præteritis certaminibus multa renouare per Decuriones, perque Gubernatoris consilium quidam curarunt; quæ minime perfecere: partim etiam nouas contentiones excitarunt. Cum ad res præcipui pauperum Valetudinarij recognoscendas, a Carolo Ioannes Fontana delegatus, rationes administrationis posceret: is autem qui Regis nomine tum loci curatoribus assidebat, rationum libros negaret; munus suum prius exequi non potuit, quām assessorem anathematis afficeret pœna. qua re ad Apostolicum iudicium statim delata; multa complurimum mensium spatio incommode acciderunt: dum assessor plura pro se diceret, vehementerq; ageret; ipsamq; anathematis sententiam, quod grauius erat, rationibus quibusdam contemneret. Ea de cauſa, opportuna fuit in Hispaniis, Philippi Segæ Episcopi Placentini, & Apostolici internuncij præsentia; qui pro sua pietate, ac eximio rerum publicarum vsu, tum erga Carolum obseruantia, vt alias sèpe, quæ vera essent Regi referret, & ecclesiæ cauſam tueretur. Regius minister ille postea diu agitatus, cauſam capitum apud eos iudices dixit, quibus se, dum Carolo resisteret, gratificari fortasse summopere putabat. atque ibi demum cum in publico quadam die fuisset; domum reuersus, repente prolapsus concidit; & erecta statim loquendi facultate, amissisque sensibus, paulo post mortuus est. Dum hæc agerentur, Carolus ecclesiæ Brixensem diligenter recognoscebat. Sed hic tangendum ante alia de aucta vehementer eius vita duri tie. qui Roma cum postremò rediisset; ad aquæ vsum, relicto penitus vino, deuenire constituit; id q; multos iam annos paulatim moliebatur. Eius rei tēpus erysipelas obtulit, & febris, qua post redditum laborauit; ita vt vino cōplures dies abstinere medicorū voluntā-

*Histriones Cor-
rigit Carolus.*

*Nova excita-
tur contentio-
nes.*

*Quid illarum
contentionum
authoris acci-
derit.*

*Vini & su reli-
gio ad aquam
transit Care-
lao.*

voluntate necesse esset. eo enim quasi aditu patefacto, integrum
 in eo genere abstinentiam ingressus est. neq; ea contentus, duos
 hebdomadæ cuiuslibet dies constituit, quibus pane tantum, &
 aqua sustentaretur: ac non multò post, tres, quas antiqui legitimi-
 mas ferias dixerunt, eodem modo sibi traducendas decreuit.
 item sublato de loco suo consueti lecti apparatu, in angustissi-
 mum, secretumque locum cubandi caussa se retulit, apud alium
 similem, precandi caussa constitutum; quo intimis tantum adi-
 tus erat. cubile fuit paleæ saccus: in quo vestitus cum iaceret,
 postea Pontificis monitu, quem de viræ suæ ratione Romæ con-
 suluit; detractis sibi vestimentis, linteis cannabinis vsus est: quæ
 cum vsu, lauationeque asperitate carere cœperant, noua iube-
 bat adhiberi. nouum autem operimenti genus super lecto ha-
 buit, duplicis panni itidem cannabini, palea interposita consu-
 ti; quo etiam hyeme vtebatur. hac porro asperitate audita, mul-
 ti amice, vehementerque cum eo egerunt, ne se tantopere affli-
 geret. Augustinus Episcopus Veronensis pro suo summo in eū
 amore, ac pietate, per epistolam ei fusius eo de genere scriptam
 aquæ potum improbavit: cui Ioannes Paulus Caimus ex bono
 medico presbyter, & canonicus ecclesiæ maioris factus, respon-
 dit; rationes afferens, quibus etiam natura, potus aquæ Carolo
 videtur conuenire. Ab eo fere tempore, maiorem etiam affa-
 bilitatem, suavitatemque quasi perfectæ virtutis maturitatem
 quandam, adhibens, gratiam suam auxit cumulo non medio-
 cri. vt plerosque passim audiremus prædicantes, id quod erat;
 eo nihil humanius, nihil dulcius fieri posse. Nunc ad Brixensem
 ecclesiam; cui Carolus magna Rectorum vrbis obseruantia cul-
 tus, operam non minus laboriosam, quam utilem dedit; multis
 adiutoribus; sacrorum canonum, disciplineque ecclesiasticæ
 peritis. In ea dioecesi cum ad Telinæ vallis hæresi laborantis fi-
 nes venisset; se minime continuit; quin ad regionis catholicos
 homines cōfirmandos, millia passuum duodecim pedes in eam
 penetrans; nobilem beatissimæ Virginis ædem intusseret; ibique
 etiam concionaretur; quod pro sua modestia, religioneque mi-
 nime fecit sine Comensis Episcopi, ad quem ea pars pertinebat,
 assensu.

*Aliquot cunctis
libet hebdoma-
da dies pane,
Et aqua su-
stentari sta-
tus.*

*Qualicubili
statim.*

*Muli si sibi
parcat cum eo
amicus agnus.*

*Ex Brixensi
dioecesi quam
lustrabat ad lo-
ca hæresi labo-
rantia sc̄ con-
fert ad catho-
licos confirmā-
dos.*

affensu. Populum quendam falsis dogmatibus ob hæreticorum consuetudinem iam antea deprauatum, cum in eadem dioecesi studiose iuuare curaret; puellæ cuiusdam, insignem pietatem est *Puella cuiusdam pietas religio.* admiratus; de qua mihi tacendum esse non existimo. eam auus cum ad patrem hæreticum, qui in Telina valle exulabat, esset missurus, tanta constantia eò se venturam negavit; vt domo pulsa, potius apud extraneam mulierem duriter sustentari vellet, quàm fidei periculum adire. auo mortuo, cum frater rursus vi ad patrem duceret; aufugit illa in itinere, & in siluam sese abdidit; moxq; ad mulierem rediit. Carolo demum annos nata circiter deccm, supplex se commendauit; isque in Brixiae pio quodam pauperum mulierum collegio iussit collocari. Neque prætereunda est ipsorum sicariorum, eiectorumque, quibus Brixiensis regio tunc abundabat, erga Carolum reuerentia: cum enim alij, qui incidissent, rebus suis, sæpe vita spoliarentur, contra non ipse Carolus solum, sed eius ministri quoque, quibus illi sæpe in variis itineribus occurserunt, honore potius, quàm vlla iniuria ab iisdem afficiebantur. Venit quandoque eorum dux, nobilissimo loco natus, toti regioni maxime formidabilis, ad vicum quendam, vt Caroli sacro, concionique interesset. Carolus cum plurima in æde tormenta, telaque conspexisset; sacri loci dedecus minime ferens, ad ducem misit, vt ea exportarentur: qui suis omnibus exire iussis, tormentum quod gestabat, humi posuit; illudque pede comprimens, ad sacrum, concionemque attentus mansit. Martinengum noctu Carolus cum venisset; diuersorum extra castellum ingressus, eodem hominum genere completum offendit; qui maxime illum reueriti; domiciliis etiam, quæ iam tenebant, prompto animo cessere. ipse vero suis ad cœnam dimissis, infelicissimum vitæ genus miseratus, diu cum illis egit, vt extantis periculis, miseriisque animas, corporaque item sua ciperent; suumque ad eam rem auxilium pollicitus est: quorum nonnullosita commouit, vt pœnitentiam si bi proponerent, innocentemque vitam posthac agendam constituerent. Cum quattuor sanctorum Brixiae Episcoporum, & inter eos sancti Dominatoris corpora in arcis ædē sine congruis

Sanctorū Episcoporū corpora ex Arcis Brixensis ad ea in maiorem Ecclesiam transferunt. honoribus, cultuque haberentur, neque piis hominibus ob-
Etiam loci custodiam, aditus esset ad venerationem: ea Carolus, etiam rectorum ciuitatis voluntate, in Ecclesiam maiorem ce-
lebri admodum apparatu, conuentuque transtulit, mense No-
uembri anni M. D. LXXXI. nam ad id tempus in eo negotio
Brixiensi; longinquō itinere sāpius repetito, perseuerauit, anni
tempora inter suam, Brixiensemque ecclesiam partitus. In ea ci-
1581.

Mariam Maximiani Imperatoris vxorem Brixia conuenit. Et Laude sterum adiuit. Mariam Maximiani Imperatoris olim vxorem, Rodulphique matrem, & Philippi Regis sororem: quae ex Germania in Hispanias iter faciebat. debitum erat officium altissimae Imperatricis dignitati; non minus tamen insigni optimae foeminæ pietati: accommodatum vero ad Caroli res in Hispania iuuandas. periucundus fuit Reginæ Caroli aduentus: atque humanissime, pieque admodum accepit: Missam, ut coram ea faceret, suisque precibus iuuaret, postulauit. Carolus eo tunc salutationis officio contentus, Laude iterum adiuit, vbi eam præcipue honorare cupiebat; quod ea ciuitas prima in Mediolanensi ditione occurrebat. Sed illa Imperatorum, filia, vxor, & mater; præ summo christiana humilitatis studio Carolo dixit; pompam illam personæ Imperatoriæ perscriptâ sese ferre quodammodo non posse; in qua ipsa veheretur, clerus vero pedibus præiret. Itaque omissa pompa ingressa est. Missam Carolus illa præsente fecit. cumq; loco minime consecrato fieri necesse fuisset; eam rem, cum inter sacrum verba faceret, noluit Carolus exempli gratia silentio præterire: quin excusationem afferret, id que sibi alioqui non probari modeste significaret. nonnulla Mariæ, nobilissimisque foeminis, quae eam comitabantur, donauit religionis gratia: quae quidem illæ, vt incredibili cupiditate expetierant; ita summo gaudio acceperunt. cum autem de Mediolanensis ecclesiæ rebus eam generatim ipse docuisset; clericum deinde, quem miserat in Hispanias, Genuam versus, eam subsequi iussit; & quæ opus essent, ad ecclesiæ caussam defendendam; latius suppeditare. Ad Brixiensium populorū salutem plurima *Plura pro Brixiensium salu-* Carolus effecit; auctoritate sine dubio adiutus amplissima; sed *se efficit.* in primis sanctitate. Magnus, salutarisq; locis omnibus animorum

rum motus; magna voluntatum propensio. plurimi tali exemplo, cohortationibusque permoti; ad fugienda vitia, ad emendandos mores, ad augendam pietatem incensi; non mediocriter in salutis negotio profecere. multi diuturnis scelerum vinculis astrieti salutarem libertatem; diuino beneficio, Caroliq; opera consecuti sunt: ut eiusmodi commotiones Carolus videns maximis in laboribus maxime item recrearetur; saepiusque gentis laudaret pietatem. præcipue vero, quod ad acuendum virtutis studium dicendum est, mulierum virilem, excellentemque animum admirabatur, ad insignia quædam pietatis officia exercenda paratum. Quæ vero pro sua auctoritate decernenda, scriptisque mandanda censuit; ea si respiciamus; plurima item ea ratione, grauissimaque instaurasse, atque egisse videatur, ad Pontificiarum constitutionum, decretorumq; prouincialium præscriptum; de cleri disciplina; de cultu ecclesiarum; de recto rerum ecclesiasticarum statu; de cœnobiorum virginalium institutis; demum de iis omnibus, quæ ad vniuersam ecclesiam illam rete, sancteque ordinandam pertinerent: quæ nimis longum esset enumerare. grauissima quædam ad sacram immunitatem spestantia, quæ quis in iis regionibus emendari fortasse voluisse; non neglexit ille quidem; immo cura, diligentia, cohortatione, omniq; officio suo, neque id sine fructu, curauit: sed iudicio persequi, & corrigere, eius arbitrij, potestatisque non fuit. Commemoranda fuit eo loco Hieronymi Luciaci patricij Brixiensis pietas, admirabilisque in Carolum animus, tum assiduis, prorsusque inusitatis officiis, quæ præterimus: tum hoc maxime. cum Brixiam Carolus venit, vt Imperatricem conueniret; quoniam visitationis leges tunc non impediebant; ad eum improviso diuertit. homo incredibili gaudio perfusus; idque in felicitatis loco ponens, cubiculum, quo ille vsus fuerat, cum lecto apparato ea lege conclusit, nuncque conclusum habet, vt eo post hac vñquam sit vsurus nemo. beatum sese honestissimi vir ordinis dicebat, si per suorū necessarias rationes licuisset in Caroli domo, vel ipsius stabuli sordibus exportādis, operam dare. Vno ex iis temporis interuallis vsus Carolus, quæ Brixiente negotiū inter-

*Hieronymi
Luciaci patricij
Brixiensis
pietas.*

Ottanam die- cefanam syno- dum & sacra- rum reliquia- rum transla- tionem cele- brat.

intermittens dabat ecclesiæ suæ; octauam totius cleri sui synodum habuit: in qua mirificam illam vim ad clericos commouēdos, vt antea, magno animorum fructu præstitit. eaque vsus opportunitate, populo suo sacrorum corporū ecclesiæ sancti Stephani translationem, quò celebrior, adiuncto diœcesis clero, splendidiorque esset, exhibuit. cum enim ob ædiculam sancti Vincentij in ipsa ecclesiæ instaurandam, eæ reliquiæ mouendæ essent; sua consuetudine vsus, populi erga beatos illos pietatem translatione celebranda, studuit excitare. dies translationis fuit XII X. Cal. Maij. Reliquiæ fuerunt sanctorum Leonis, & Marini martyrum, & Arsati Episcopi: quæ in eodem loco, sed ad honorem decentius, & ad diuturnam conseruationem cautiùs, collocatae sunt. Atque eodem mense post dies quaque reliquias mouit sanctorū Cirini, Naboris, & Basilidis; quæ in altari sancti Celsi in capite sinistrę nauis, vt appellant, posito, reconditæ erāt: quod altare, ob minime congruum locum tollendum erat. celebritatem, pompamue eius rei nullam instituendam censuit; cum pauca tantum ossa, ante conspexisset. ea priuatim reposita sunt, mox in aptiorem locum referenda. Consuetum eius anni tempus dabat Carolus ecclesiæ diœcesis suæ lustrandis: cum ad venerandas S. Eusebij eius vrbis Episcopi reliquias, Vercellas venit: quarum translationem Io. Franciscus eius successor parabat longe celeberrimam; ob insignem optimi sacerdotis, & patroni difficillimo Ecclesiæ tempore præstitam pietatem, constantiam, animique magnitudinem: quæ translatio tamen quibusdam impedimentis dilata, numquam habita est. nam Io. Franciscus sanctæ Sedis Apostolicæ internuncius, apud exterias nationes moratus est usque ad mortem. Vercellis Carolus Mafinum profectus est ad Carolum Emanuelem nouum Sabaudiæ Ducem: decesserat enim ante menses circiter decem eius pater. Carolus autem per Franciscum Adornum tantummodo filium consolatus, paternisq; admonitionibus prosecutus, adhuc eum non viderat. tunc vero libenter sumpsit qblatū tempus; vt adolescentem iam etiam ad omnem regiam virtutem, pietatemque incitatum, pro suo eximio amore; pro patris fiducia, & spe; pro ipsius

Ad Generan- das sancti Eu- sebij reliquias Vercellæ ve- nus.

Carolam Ema- nuclem Saban- die Ducem, Mafinum con- venit.

ipsius studio, deditaque admodum voluntate, coram confirmaret; & consiliis, præceptisq; suis quantum posset, adiuuaret. Aduenienti princeps passus amplius ducentos pedes obuiam processit. Tum Caroli sermonum, actionumque fructu maxime lætatus; vehementer etiam ab eo petiit, vt Taurinum ad visendam iterum Sindonem redire vellet. quo profectus Carolus, in longinquiores inde suæ diæcessis partes discessit. atque ad Virginis sacra natalitia Mediolanum reuersus; Reginæ Hispaniarum ante mortuæ, non animæ solum funebris officiis, sacrificiisque summo splendore in ecclesia maiore celebratis, suffragatus est; sed laudibus quoque satis ornata concione habita, quæ edita est, tantum tribuit, quantum eius præclara virtus deposcebat.

D v o Carolus instituit primis sequentis anni M. D. XXCII. Prouincie mensibus ad populi sui disciplinam, salutemq; valde utilia, sibi- que admodum iucunda. primò quidem festos dies integre tutus est, non solum a ludis equestribus; sed etiam a personis, & lar- nis; quod antea factum non erat. hunc virtutis progressum, quæ fuit, non dicam populi; is enim semper obtemperasset; sed prin- cipum etiam virorum obseruantia; facile consecutus est; cum suum de spectaculis edictum ad id genus quoque pertinere tan- tum declarasset. Deinde cum ad sanctos illos dies ventum esset, quibus Eucharistia christiano cuiq; canonicis sanctionibus su- menda est: præcipua cura, diligentiaq; inquire iussit; qui publice in christianam disciplinam peccarent; vt eos ad sacramentum admitti minime permitteret. quæ res ad animas erigendas, quæ sordidae iacerent, magnopere valuit. multi enim, si non immor- tali sacramenti beneficio; saltem notæ, infamiaeque timore per- moti; & ea necessitate etiam adiuti; ex publicis malis, offendio- nibusque tamquam è luto emiserunt. & sacri homines, siue ad confessiones audiendas, siue ad regēdas parochias delecti; quo- rum negligentia, vel infirmitate vitia sæpius aluntur; a Carolo grauiter moniti, quod certorum hominum publica, vel etiam inueterata peccata, sicut ipse reperiebat inquirendo, tolerarent; ad officium suum, grauissimum quidem, maximique momenti

redditi sunt attentiores.in ea caussa fuerunt primarij quidam ; qui posthabita salutis, & existimationis quoque cura,turpem, & contaminatam vitam agebant : qui quidem summa omnium bonorum approbatione, libere fuerunt a Carolo correcti. Post Pascha vero duas illustres actiones sibi obeundas parauerat: sextum prouinciae concilium ; & pulcherrimam sacrarum reliquiarum translationem. Ac translationem quidem ; cū antea posset haberi; reiecit in illud tempus ; vt Episcoporum conuentu magnificētior euaderet. nam superiore anno monachi Cassinenses ecclesiam ; priscis quidem temporibus Mariæ, ceterisque beatis Virginibus dicatam; postea vero sancti Simpliciani nomine appellatam, instauraturi ; altaris locum alium designarunt. quod mouēdum cum esset; mouendæ necessariò erant reliquiaz, quas continebat. Carolus igitur, cuius auctoritate id faciendum erat, eō venit IV. Cal. Aprilis. inuenimus arcas plumbeas, vna Sisinij, Martyrij, & Alexandri martyrum: & item sancti Benigni Archiepiscopi Mediolanensis ossa habebat: caput tamen vnum, quod Benigni fuisse creditum est: martyrum vero capita Tridenti fuisse relicta, vnde ea corpora transportata fuerant, credibile videtur: quin etiam non pauca eorum ossa deesse animaduertimus. Capsa altera, duorum beatorum Præsulum itidem Mediolanensium ossa continebat, Ampelij ; & eius, quem hilare admodum, & qua possūm veneratione commemoro , Geruntij : traditur enim ex familia fuisse, cui a Basilica petri nomen est. In tertia, sancti Simpliciani itidem Mediolanensis Archiepiscopi ossa , & ex omnibus pulcherrimum caput, condita erant. Eæ capsæ, quem admodum inscriptum erat, & senes quidam memoria tenebant, eo loco conditæ fuerant anno salutis M.D.XVII. quo anno monachi ecclesiam obtinuerant : alia quoque ossa ibi reperta sunt : in illa enim ecclesia ea esse, memoria proditum est; neque alias eorum demonstratur locus. Capsæ rursus clausæ in ecclesiæ sacello collocatæ sunt; donec rite transferri, & constituto loco recondi possent. Habuerat igitur Carolus Episcoporum suorum concilium; in quo præter consueta ornamenta, ad magnificientiam ecclesiasticam comparata, tunc primū in loco vbi Episcopi con-

Aliam sanctarum reliquiarum translationem eamque solennem facere instituit.

pi congregabantur, imagines sanctorum, qui ut patroni ab singulis ecclesiis prouinciae inuocatur, apponi iussit. Plura de more variis de rebus, ad disciplinam ecclesiasticam restituendam, decreta fuerant, quamquam paruo satis volumine. continenter vero ad translationem ventum est; V I. Cal. Iunij, die dominico post Ascensionis solemnia: quae vno fere Simpliciani nomine ubique promulgata est; quia illi praecipue honos habebatur: propterea, quod non sanctitate solum, sed doctrina quoque praestantissimus vir ille fuit, quem nullus eius scripta extenterat: & quod plurimi faciendum videtur; non solua S. Augustino valde obseruatus; sed ab ipso etiam S. Ambrosio patris loco habitus est. omniū, quae Mediolani quidem celebratē sunt, ornatissima, apparatissimaque; hęc translatio fuit. præter concilij Episcopos, alij quoque multi, in primis vero Gabriel Paleotus Cardinalis, affuere. litteræ ad vniuersam prouinciam datæ; quibus omniū pietas erga beatos, optimosque illos ecclesiae Mediolanensis patres, in primisque erga illum quodammodo patrum ipsorum patrem, excitabatur. libelli psalmorū, precationumque; editi; cū hymnis multis, carminibusque, tunc ad beatorum illorum honorem Mediolani, Romæque compositis. ieinium quarta, sextaque; feria, tum sabbato quoque, præcedente hebdomada passim seruatū. pluribus ante diebus in tota prouincia, festus campanarū sonus. pridie diei translationis, nocturna lumina ad publicæ lœtitię maius indicium ex vnaquaque domo prolata. qua sacræ reliquię portandę erant, ad passuum milia circiter quattuor, egregius viarum apparatus. peristyla pluribus locis, portaque triuphales. ad Archiepiscopale palatiū, omnium Antistitū Mediolanensem, quotquot umquam fuerunt, imagines affixa. insignis porta ad locū, ubi ciuitatis consiliū haberi solet; cū victoria depicta, quam Mediolanenses olim, trium martyrum illorum auxilio, contra Fridericum Imperatorem pugnantes sunt consecuti. vbique vero elogia, & inscriptiones ad sanctorum illorum, ipsiusque sanctorum creatoris honorem proposita. Clerus vniuersus cum splendidioribus indumentis, cereisque; qui etiam longe ex vicis, & castellis ad duodecim millia passuum conuenerat: post illum Episcopi: deinde reliquiae, quas

Qui celeberrima translatio nō interfuerit

Huius translationis preparaciones, & apparatus amplissimi ordinem mirabilis.

*Maximus En-
dique Populi
concursum.*

in quattuor feretra distributa ferebant Abbates Cassinenses, sa-
cris indumentis, mitraque insigniti. Simpliciani vero caput ar-
genteo capite inclusum duo Cardinales, duoque Episcopi por-
tabant. cerei maximi vtrinque accensi. super singulas arcas um-
bracula a viris honestissimis sustentata. tanta conuenit multitu-
do, vt viæ circiter millia passuum decem ab vrbe plenæ conspi-
cerentur. at ex multis quoque prouinciæ partibus plurimi adue-
nerunt. vt tot, tantisq; rebus accendentibus, ea celebritas longe
maxima sit effecta. Carolus sacris feretris ad eandem ecclesiam
relatis, pontificale sacrum fecit, & in eo concionatus est: idque
ea facie, quod a multis est obseruatum, vt si portando, & impe-
tum multitudinis, quæ videndi, tangendiq; caussa tota via con-
currebat, per multas horas sustinēdo, nihil laboris sensisset; cum
alij tamen Præsules vultu satis manifeste defatigationem non
mediocrem præ se ferrent. In ædibus monachorum, vt commo-
ditatis gratia constitutum erat, Præsules mansere: sed priusquam
ipsi accumberent, duodecim pauperibus accumbentibus stan-
tes ministrarunt; interim eos salutaribus verbis cohortantes;
spiritualemq; cibum corporeo adiungentes. Cum denique ipsi
quoque cibum caperent, eumq; minore, quam pauperibus sup-
peditatum fuerat, copia, ex prouincialis decreti moderatione:
venia, Carolus inquit, dari potuit in opum gratia, si præscriptum
cibi modum transiuiimus; nostri vero caussa, non item.

Transfert cor-
pus S. Io. boni.
Synodus dic-
cessis habet.
rurus in Tau-
rinos, deinde
Romam pro-
ficietur.

C A P. III.

*Ambrosiana
ecclesia tridu-
ana supplica-
tiones, quaera-
tione a Carolo
celebrata sunt.*

Post concilij, translationisq; labores eæ sacrorum munc-
rum, operumq; functiones obeundæ Carolo inciderunt; quas,
ad eius virtutem ante oculos ponendam, ordine semel recense-
re, non alienum puto: vnde fieri facile poterit reliqui temporis
coniectura. nam frequenter sese offerunt, si persequi vellemus,
huiusmodi continuationes. statim igitur occurserunt triduanæ
supplications illæ, quas excellèti cultu, præcipuoq; labore cor-
poris Ambrosiana celebrat ecclesia. nā a nocte fere media, duo-
decim ipsas horas, atque amplius singulis diebus continuantur;
dū per ecclesias ex antiquo ritu, intra, extraq; vrbis moenia uni-
uersus cleru[s] sacris precibus insistit. has neq; ob superiores labo-
res,

res, neque ob id, quòd Cardinalem, aliosq; Episcopos hospites domi haberet, omisit Carolus; sed nocte post translationem proxima, sumpto vix duarū horarum spatio ad somnum capiendū, affuit in maiore ecclesia, ad sacrum cinerem capitibus omnium qui conuenerant, more maiorum imponendum. supplicationum deinceps totum triduum, pane, & aqua tantummodo se reficiens, religiosissime coluit. Primo die cum extam longa via rediisset; quietis loco, illud addidit, vt ad reliquias iam translatas de more recondendas, sancti Simpliciani Basilicam adiret. altero die itidem reuersus; in parua, & pene ruinosa æde sancti Michaëlis, quæ maiori templo subest, reliquias sancti Ioannis Archiepiscopi, cognomento boni, aperuit, collegitque postea in ipsum templum transferendas; quòd etiam parochiæ titulum, iusque transtulerat. tertio vero die vespertinarum precum solemnis in eadem ecclesia celebratis, eas in capsâ stannea, consueto ritu, diligentiaque recondidit; capite reseruato, vt argento tegeretur. ac postero die vna cum Cardinali Paleoto, cleroq; Sancti Ioannis cognomento boni corpus trans fert. vniuerso transtulit. collocauit autem in altari, quod extruxerat ad dexteram templi partem, vbi alteram ianuam occluserat. Proxima dominica, sanctissimæ Pentecostis solemnitati, Pontificalibus officiis, operam dedit. sequenti vero die supplicationi, quæ plena proposita indulgentia, cum vniuerso clero habetur ad sancti Gregorij locum extra urbem. tertio eius celebritatis die festo, sacramento confirmationis administrando, vt iis diebus solebat, vna cum Paleoto fuit occupatus. Cumque cleruni totius diœcesis ad eam diem conuocasset; quarta, & duobus sequentibus feriis synodus habuit; concionesque, vt consueverat ad clerum. Cardinalem Paleotum interea urbis ecclesiis, earumque sacras res pie visentem, passim audiebamus, Caroli singulari pietatis ardorem, intolerabilesque labores continuos summa cum admiratione extollentem, atque obstupefcentem. Impetrauit ab hoc optimo Präfule Carolus, vt in synodo ipse quoque concionem, eamque latino sermone, quòd illi per facile est, ad clerum haberet. cuius concionis locum in sequenti synodo ipse pro sua singulari modestia, ad clerum in concione attulit,

attulit, diuinitusque tractauit. is autem erat de eo, quod Israëliticus populus, dum post captiuitatem Babilonicam templum instauraret, varie sentiebat: alij namque præsentem ædificationem videntes, flebant recordatione longe pulcherrimi veteris templi: alij vehementer gaudebant, instaurationem ex superioribus ruinis contemplantes. quæ res àd præsens tempus erat valde accommodata: erat enim, si præteritas corruptelas quis consideraret, valde gaudendum, ob ea, quæ in diuino cultu, ecclesiasticaque disciplina restituta erant: sed dolendum etiam maxime, quòd omnis instauratio a vetere cultu, disciplinaque longissime adhuc abesset. Post ea quæ commemorauimus, cum iterum Carolus Taurinum petere cuperet, & sacrosanctam Sindonem visere; delegit tempus illud. vt cum Paleoto Cardinali vna proficiserentur. ea re lætatus est Dux vehementer; & sanctissimum Christi corpus iam tunc a Carolo sumere constituit, in proximo eius solemini festo. iter fuit piarum exercitationū plenum. in locis vbi manendum esset, primò Cardinales ad ecclesiam veniebant, ibiq; litaniā cum inuocatione sanctorum ex ecclesiastico ritu habebant. mane post sacrum in viam se dabāt. initinere de rebus salutaribus sermones, cogitationesque omnium erant. singulis enim curribus sacerdos erat præfectus; qui certa capita sociis ex euangelio traderet, dum iretur, meditanda. Nouariæ, Vercellisque concionibus, sacrisque aliis actionibus populorum pietatem adiuuarunt: qui quidcm licet Antistites, vt principes amplissimos honorarent; vt seruos Dei, sanctosque viros etiā obseruabant, & venerabantur. armati, qui ex vicis honoris caussa de more obuiam prodibant, noua militum specie, humi positis genibus tormentis, vt consuetum est, sonum efficiebant. mira delectione, gaudioque pulpita, dum Præsules amplissimi concionarentur, insueta purpura cōlluentia, pij omnes cōtemplabantur; & temporum felicitatem vicissim gratulabantur. Quæ Taurini, multitudinis infinitæ concursu, etiam ex corruptæ fidei locis, pie, sancteque acta sint; in sanctissima Sindone aspicienda, publice ostendenda, publiceque adoranda; in preicatione quadraginta horarum, ab vniuersis ciuitatis ordinibus

*Taurinum cū
Cardinale Pa-
leoto ad sacrā
Sindonem vi-
sendam conce-
dit in itinere
pie ambo mul-
ta praefant.*

*Mira qua in sa-
tra hac actione
Taurinifun-
gēta.*

nibus per stationes de more continuanda; in sacris concionibus ab ipsis Cardinalibus, ab Episcopis, qui conuenerant; a sacerdotibus aliis, tum per singulas stationes, tum alias quoque, ad eorum populorum salutem habendis; in Domini corpore, pompa magnificentissima per urbem rite ferendo; eiusque festo die celebrando; hæc omnia ex iis, quæ alias in hoc genere facta narravimus, existimari possunt. Inde vero per Padum discessere Cardinales. Paleotus longius delatus est, Bononiam versus. Carolus in Casalensi dioecesi naui egressus, parœciam suam oppido propinquam recognouit. inde ad montana loca profectus, usque ad Septembrem rebus sacris ordinandis, populisq; ad salutem iuuandis operam dedit. Romam hoc eodem anno redire ^{Romam ire} ~~constituit.~~ Carolus cōstituit: tum quia eius rei tempus ex ecclesiastica norma, post triennium recurrerat: tum etiam quod multarum rerū causa, quæ ad Ecclesiæ statum pertinebant, eius virtus a multis ibi desiderabatur; & erant quotidie, qui instarent. maturius autem profectus est, quām putarat; ob grauissimum morbū Camillæ sororis. de quo cum accepisset pridie natalis Virginis festi; ea ipsa nocte, dispositis ad cursum equis, Vastallam contendit. sed eò cum peruenisset, offendit mortuam: cum paucos ante menses Anna quoque ex hac vita migrasset. Commodum igitur ita arbitratus, inde Romam petere statuit: cum profectionis causam prius tamē ab Episcopo Dertonensi, vtpote ceteris prouinciæ Episcopis antiquiore, probari ad præscriptum decretorum prouincialium curasset. Romæ de iuuandis inter alia vicinis populis hæresi contaminatis, egit; de quo latius postea explicabimus. sacras Ecclesiæ sanctæ ceremonias, a certis Cardinalibus, viris doctis ad consultationem adhibitis, auctoritate Pontificia constituendas curauit: opusque iam coëptum vidit, antequam discederet. alia permulta, quæ necesse non est enumerare. Seminario suo duas Carauagenses Præposituras, quæ Humiliati ordinis fuerant, impetravit: Abbatiam vero Secedanam in agro Alexandrino congregatiōni Oblatorum. Ineunte anno M. D. XXCIII. Roma rediens ad grauissimam controuersiam inter duos Italos Duces componendam, iussu Pontificis venit. quam

*Mediolanum
reversus cur
supplicationes
obear.*

quam rem complexus, ita deinde, tamque feliciter non multo tempore confecit; vt & Pontifici ipsi, & vtrique parti satisfaceret. Mediolanum cum rediisset, tribus diebus cōsueto ritu, cum vniuersis ordinibus supplicationes obiit ad statas ecclesias, ob Didaci Hispaniarum principis obitum: ita enim Philippus pater, omissis funebrium precum officiis, pro decem annorū puer, faciendum pie iudicauit.

*Vicinarum gē-
tium fidem,
salutemq; sibi
curandam su-
scipit.*

C A P . I V .

H I N C ad vicinas gentes, hæresi, malisque aliis afflictas, iuandas, Carolus animum adiecit. Plurima fecerat ob eam causam antea; quemadmodum demonstratum est. Multis populis, plurimis etiam hominibus separatim, varia ratione saepius ad salutem subuenerat. Fecerat Carolus non solum, vt illius opem ferret; sed vt eodem etiam tempore eeclesiæ suæ, atque adeo ipsi Italiæ caueret; cui magnum ab ea parte periculum, videbat imminere. licet enim variis decretis prouidisset; ne, quod propter varia negotia quotidie accedit, vel exteri venientes in prouincia suam, quidquam sanctæ fidei, disciplinæque detrimenti possent afferre; vel sui ad loca depravata euntis, contaminarentur; & si quid ipsi labis contraxissent, cum patria communicarent: multò cautius tamen, tutiusque fore animaduertebat, vicinam partem, si fieri posset sanare; quam ne quid proximè corrumpetur, eniti. Vicinam partem intelligo non Heluetios solum; & qui primam Rhætiam incolere putantur, Grisones appellatos: sed multò magis Italos populos, neque exiguos; neque ignobiles; qui citra ipsum quasi Italiæ vallum, Alpes dico, ditionis Mediolanensis fines attingunt: & sub earum gentium imperium, ceciderunt. Heluetiorum quidem certos pagos scimus rectam apud se fidem, & in suis citra alpes adhuc conseruare. sed ea tamen in rebus ecclesiasticis disciplina vtuntur; vt maiora sint iis pericula pertimescenda. nam ceteri, post amissam disciplinæ integratem, etiam diuinæ veritatis lucem perdiderunt; miserisque sunt errorum tenebris circumfusi: tum sua in eos, quibus imperant, mala deriuarunt. at eiusmodi pericula item, vitiaque quantum posset, tollere Carolus in animo habebat. Rhæti vero illata

illata semela Zuinglio hæresi, ante annos circiter sexaginta; Episcoporum Curiensium primò negligentia; deinde infirmitate, negligentiaque simul; ad eam enim ecclesiam pertinent; in eum denique statum venere, vt ex tribus pagis, quas ligas appellant, quibus tota Rhætorum ciuitas continetur, duæ magna ex parte hæretica peste corruptæ sint; tertia, quæ genti nomē dedit, cum Grisia vocetur, & maioris videtur auctoritatis, dimidia tantum ex parte sequi videatur catholicam fidem. Cum vero non exiguae etiam citra alpes regiones occupent; quæ natura, & lingua Italicae sunt; & prouinciae Mediolanensis antea fuerunt; eandem ad illas calamitatem transfuderunt. Eiusmodi vallis est, quæ Mesaucina dicitur a Mesaucis populis, in qua castellum hodie quoque, paulum corrupto nomine, Mesocum appellatur. Eiusmodi Pesclauium cum agro, & valle, quæ ad illud pertinet. qui quidem populi, Rhætici popularis dominatus sunt participes. Sed est alia vallis longe maxima, & multarum rerum copiis abundans; quæ hominum ad centum millia, cum nobilibus familiis, variis castellis, vicisque dicitur continere. Telina illa est eius longitudine passuum circiter sexaginta millium, Abdua fluens, demum Larium lacum ingreditur; vel potius illum efficit. est & alia minor, Larium, medio quodam alio lacu pariter attingens, quæ ab castello Clauenna nominatur; cui vallis alia sancti Iacobi nomine dicta coniungitur. Harum vallium populi, dominatus minime participes, tali sub imperio, si tantummodo essent; tolerabile videretur: sed ea dominatus ratione a iudicibus plerumque hæreticis premuntur; vt hæresis pestem in dies magis, magisque recipere quodam modo cogantur. qua ex re, qui non multos ante annos incorrupta fide viuebant, nunc ex parte non modica sunt inquinati: atque ita serpit malum, quotidieq; manat; vt nisi Deo miserante, quis occurrat; breui (quod auertat Deus) populos vniuersos, qui tamen Itali sunt, occupaturum penitus videatur. vnde non paruum reliquæ Italiæ periculum immineat: præter illud præsens, grauissimumq; detrimentum; quod nefariæ libertatis cauſa, eò tamquam in tutum locum, mira facilitate, ob nimiam locorum propinquitatem, sese recipiunt

*Quo modo apud
Rhætos res reli-
gionis se babe-
ant.*

*Telina Gallia
Clauenna &
sancti Iacobi
etiam Gallia
flavus.*

*Religionis ca-
tholica persicu-
lum illius lo-
cū.*

*De his regioni-
bus iuuandis
Caroli conser-
vatis.*

piunt Itali omnes, quotquot ordines religiosos, fidemue ipsam impie, pernicioseque descrere statuunt. His igitur regionibus, populisque omnibus, cum ab se Carolus, quantum fieri posset, totis viribus subueniendū statuisset: re ad Pontificem Romę de-lata; Heluetiæ, Rhætiæque, Visitatoris Apostolici nomine, magna cum potestate præfectus est. Roma reuersus, neque laboribus, neque sumptibus vllis parcendum sibi statuit, vt miseris subueniat: omnes vias circumspicit, exploratque, quibus viis tantis malis possit remedium afferre. Caroli desiderio illud erat adiumenti; quod aduentu Ducis Terrænouæ, ecclesiæ Mediola-nensis administratio facilior videbatur: & contentionis aduer-sæ loco, rebus salutaribus auxilium ab eo expectabatur. cuius rei indicia multa statim is dederat: hoc in primis; quod administrationis initio superiora edicta de more renouaturus, & ea omisit, reciecitue, quæ populi pietatem antea magnopere turbaue-rant; & alia promulgauit, quæ Carolus cupiebat; quæque iam a Rege ipso per Clericum postulauerat. præterea sc̄e rebus omnibus eam rationem initurum pollicebatur; quæ a controuersia, contentionequæ maxime esset aliena. quod Carolus etiam spe-rabat; pietate principis adductus antea sibi perspecta. Audoenū Ludouicum præterea Anglum; nunc Episcopum Cassanensem, administrationis suæ primarium Vicarium relinquebat; cuius fi-dei, virtutique confidebat plurimum. Hæ res ob firmam spem publicæ quietis, rectæq; gubernationis, locum Carolo dabant, vt exterorum saluti operam dare facilius posset. Cisalpinos igitur cum in primis sibi tentandos, iuuandoque ob propinquius periculum constituisse; Mesaucos ex his primos sibi petendos existimauit; quod primariis quibusdam regionis viris auxilium potentibus, multitudine ad id parata, proficiendi spes erat non mediocris. Est ea vallis longitudinis millium circiter viginti, & mortalium ad millia vndecim continet. Cum autem Mesauci essent in administratione, & imperiis Rhætorum consortes, & Grisiæ gentis pars, quæ grauior esset, & a recta fide minus aliena: securius ibi agi posse videbatur; si forte ob renouatum pietatis cultum, iis reliqui vellent aliquid negotij facessere. Accede-bat,

bat, quod publico vicorum consilio nonnulli ex valle ad Carolum venerant; iudicetique petierant, qui apud eos maleficas, strigesque inquireret. quod quidem ab veteri eorum more, ad Archiepiscopum Mediolanensem similes ob causas confugendi, non abhorrebat. Eò igitur Carolus præmisit Frāciscum Bor-satum Mantuanum clari nominis iurisconsultum, qui ad clericalem ordinem nuper transferat: vt de maleficiis quæreret, iudiciumque ferret; & Caroli officiis quodammodo viam pararet. Is profectus, conuocato totius vallis consilio; sic acceptus est; vt magnas se Carolo, ipsique Francisco gratias habere de huiusmodi charitatis officio incolæ responderent. Ille igitur ea omnia studiose suscepit, quæ mandata erant; & totam vallem perlustravit: donec Carolus aduenit ipse, qui summo gaudio exceptus; & quibus potuit in locis siluestribus, ab eiusmodi hominū genere, maximis honoris significationibus acceptus fuit. Ante quam vallem ingredeleretur; suis omnibus conuocatis, ostendit quantam remi susciperent; quam acres, astutæque Dœmonum concertationes expectandæ essent. proinde tum assidua, & ardentí precatiōne cum ieiunio, salutariq; aliarum rerum patientia coniuncta, opus esse; tum magna quoque cautione; ne quidquam ab aliquo fieret, dicereturue, quod ex ea gente quisquā in malam partem posset; vel ob iudicij infirmitatē accipere. quod vbiq; ex christiana pietate cauendum erat, id iis locis præcipuo studio fugiendum. Quo die Roboretum peruenit (præcipuum illud est in vallis prima parte castellum) magno incolarum cursu, Pontificali habitu venit ad ecclesiam: vbi sumpto cōcio-nis argumento ex sacra Iosephi historia, quem pater miserat, vt fratres quæreret; & quomodo ipsi, gregesque se haberent, patri referret: missum se dixit ad fratres suos a summo Romano patre. missionis caussam, suumq; erga illos amorem, & ipsorum cōditionem, statumq; sic explicauit; vt pic admodum multitudo cōmoueretur, & fleret. Hæc Roboreti agebantur. summo mane Franciscus Panicarola nunc Episcopus Astensis, verba faciebat ad gētem catholicis dogmatibus instituendam, accommodata: *duo que officia* Carolus postea Missæ sacrum faciebat; concione altera popu-
Franciscū Bor-sarum cōpre-missis.
Que suis de monita.
Roboreti ex-cepitus ad popu-lum concionem habet.
Franciscus Pa-nicarola Ep. A-stensis Galliarum

lum pie cohortabatur. Achilles Galliardus ex Societate Iesu vespere christianæ fidei prima dogmata accurate docebat: deinde multitudo litania, eiusdemque modi sacris precationibus exercebatur. sacræ confessiones quotidie audiebantur; qua in re magna erat a Carolo impertita sacerdotibus ad animas expiandas auctoritas. Ad conciones, ad diuina officia, ad sacrosanctam communionem, mares, & foeminæ, cuiusuis ætatis; gregibus pascendis, operibusq; victus caussa faciendis addictum vulgus; quotidie conueniebant, vt si dies illi singuli festi fuissent: idque eximio quodam salutis desiderio, miroque in Carolum vti patrem amantissimum, amore, & obseruantia faciebant; vt ferme nascentis ecclesiæ imaginem quandam cognoscere liceret. Carolus interim quotidiano ieiunio sese exercens, pane, & aqua tantummodo sustentabatur, festis exceptis diebus. comites, quoniam sacri dies Aduentus erant, Quadragesimæ cibis vtebantur: quæ quidem abstinentia ob multarum rerum inopiam iis locis erat incommoda valde, magnique sumptus. Roboreti plures cum dies moratus esset; & in ea vallis priore parte plura gessisset: ad extremam transiit; qua parte præcipuum castellum alterum est Mesaicum, a quo tota vallis nominatur. duo enim vallis rectores in iis duobus locis sedem habent. Eadem ibi ratione se gessit; similemque tulit laborum suorum fructum. Regionis malæ ipse quidem, non vt iudex; sed vt quilibet sacerdos, Deique minister fere persecutus est. ipsis tantummodo gentis legibus est vsus; quibus eam quisque fidem sequi permittitur, quam velit; & ita catholicis pariter, & hæreticis proprios per leges licet habere sacerdotes, & doctores. quamquam re ipsa per omnem Rhætorum ditionem; maxime autem in dedititiis; ma-

*Quæ catholicis
fuit iniuria.* gna fit in eo genere catholicis iniuria. cum enim hæretici passim, quos volunt, etiam exteriores, ignotosq; sacerdotes, religiosorumque ordinum apostatas recipient: catholicis contra leges prohibetur, alterius regionis presbyteros, concionatoresue adducere; si modo rectoribus plerumque hæreticis non placeant. ij vero fictis nominibus, calumniisque, siue publicæ quietis turbatæ; siue maledicti in aduersarios prolati, pro arbitrio vtuntur,

vt

*Ad sacras cōcio-
nes populi con-
cursum.*

*Caroli exerci-
tationes.*

*Mesaicum se
transfert.*

vt bonos quoque presbyteros diuexent, atque eiiciant. malos, licet catholicos, ferunt facilius; quod eorum vitia sibi ad hæresim propagandam visui esse perspiciunt. quin etiam Episcopi sui subsidia inique prohibere solent: vt prohibito Pastore, facilius grex diripiatur. Ita miseri, cum aliquo sacrorum ministro carere non possint; dum alij non suppetunt, saepe improbos homines, nonnumquam etiam impios sibi doctores asciscere coguntur. atque interdum fuit, qui detestando scelere multitudinem fallens, nullius sacri ordinis homo, sacra omnia aliquo loco conficeret. Igitur ardenti amoris, & charitatis officio Carolus hæreticos circiter viginti ad Ecclesiam catholicam conuerit. pauci enim præ reliqua multitudine corrupta fide erant: ac si loca extrema quædam detrahentes, quæ aliorum populorum propinquitate, licet asperis interpositis montibus, frequentiorem hæresis pestem contraxerunt; recti, catholicique sensus erant fere omnes. Duos cœnobitas, qui fœminas secum, filiosque ex eis habebant; & non minus inopem, ac miseram, quam sceleratam vitam agebant, inflexit, vt ad suos ordines, religiosamque vitam redirent. ea in re summa, incredibilius vñus est benignitate, armantissime cohortando, pœnasque meritas minuendo; immo illas sibi adscribendo: tum fœminis quoque, & natis sua cura, sumptuque collocandis, & sustentandis. presbyteros a concubinis, quas palam habebant, abstraxit: minime aptos exclusit: malos puniuit. in iis saltem ecclesiis bonos collocauit; quarum effet structura decens. sacerdotes è societate I E S V eo accersiuit; qui non fide solum, & moribus christianis omnes; sed pueros etiam litteris erudirent: cum Rhætia fere tota magistris paucis saltem eruditioribus careret. eis amplias ædes rectorum consensu tradidit, quas Triuultij olim Mesauci Marchiones obtinisse dicuntur: vt eorum collegium summa incolarum voluntate constitueret. plurimos præterea, qui vel ob clandestina, grande proibito contracta matrimonia, peccati sordibus hæreabant: vel ob praua lucra, & iniqua foenora Dæmonum laqueis constricti tenebantur; variis modis excitauit; atque ab eiusmodi miseria, animæque vinculis, pro sua auctoritate liberauit:

h 3 tum

tum a peccandi licentia in posterum reuocauit. omnino circiter
 viginti dierum opera, Carolus ita res iis locis immutauit; vt
 alia prope gens videretur; omnesque ad optimum pictatis cul-
 tum ex præterita corruptione sese excitatos ostenderent. Iudi-
 cium de artibus maleficis, Dæmonumque nefario cultu, Borsa-
 tus ita peregit; vt decem fœminæ, quas sceleris non pœnitiebat,
 damnatæ, sacerdotali, vt vocant, brachio traderentur: quarum e-
 tiam pars post paucos dies iussu magistratum igni necata est:
 aliae plurimæ impictatem detestatae, veniaq; petita punitæ sunt.
 neque tamen impij flagitiij mares expertes erant: immo, quod
 horribile est, ipse Præpositus ecclesiæ sancti Victoris Roboreti,
 quæ in tota valle precipua est, dux cius, & caput fuit; sacrisque
 rebus in eo nefarie abutebatur. is autem gradu sacro deieetus,
 magistratibus itidem dimissus est, vt iuris erat, puniendus. Eius
 loco Ioannem Petrum Stupanum Theologum in gentis im-
 perio natum, ecclesiæ illi præfecit; qui adhuc locum tenet; pie-
 que populos pro virili parte iuuat. Scelus illud huiusmodi esse
 ex rcis repertum est. certis diebus in loca siluestria nullo labore,
 vel incommodo ferebantur. ibi demoni, qui principem locum
 tenebant, cum primò quis accederet, sese tradebat; & sacrosan-
 ctam crucem conculcare iubebatur. eo loco saltationibus, cho-
 reisque vacabant. carnes a dæmone acceptas edebant. omni li-
 bidinum, turpitudinumque genere sese contaminabant. quæ
 omnia tamen specie tantum quadam, & quasi per somnium mi-
 serorum animos afficiebant; ita vt cibi, resque aliæ inane quod-
 dam tantummodo, vanunque afferrent oblectamentum. quæ
 res saltem, infelices mortales a scelere debuerat alienare. sed co-
 vinculo constricti erant; vt non solum non resipiscerent; sed stu-
 derent etiam maxime societati quamplurimos alias aggregare.
 puellas cum vix nubiles essent, erat, qui per insidias ad id incita-
 ret: quin ipsæ matres impellebant. nonnulli erant, qui tota æta-
 te, iam senes ea ratione turpitudini, atque impietati seruierant.
 immo erant familiæ, in quibus iam plures ætates, a maioribus,
 quasi iure quodam hereditatis id flagitiij posteris tradebatur.
 huic sceleri addicti hereticorum nomine vulgo appellabantur;

cum

cum hæretici ipsi nouæ religionis homines diccentur. Id malum , cumque Diaboli dominatum , quo maximus numerus continebatur, Carolus diuino munere disturbauit; peneque extinxit ; plerisque aliis approbantibus , & summopere gaudentibus. nam præter reliquam perniciem , multorum valetudini , Diaboli mancipia illa suis malis artibus vehementer nocebant; & vitam ipsam nonnumquam videbantur cripere. Discessit Diccedit Caro-
lus, Bernardi-
num Morram
Curiam mittit. Carolus magnum sui desiderium relinquens ; non solum apud vallis incolas ; sed apud alios quoque finitimos ; etiam hæreticos. cum enim Bernardinum Morram iurisconsultum Casalensem , qui nunc in ecclesia Mediolanensi generalis Vicarij munere magna cum laude fungitur ; tunc autem Carolum non multo ante , relicto ciuili magistratu , clericalique habitu sumpto , secutus erat; per eos dies Curiam , vbi totius gentis conuentus agebatur , negotiorum eiusmodi Rhæticorum caussa quisiisset ; populi cuius tractus omnis Carolum aduenire existimantes , cupide expectabant ; deque eo honorifice excipiendo studiose agebant. Curienses ipsi maxima ex parte hæretici eadem esse voluntate videbantur. Sed ille Bilitonem venit Heluetiorum ditionis castellum citra Alpes ; non hæresi illud quidem ; sed praus , damnatisque contractibus ; ecclesiasticæ auctoritatis usurpatione ; matrioniorum execrabilis licentia , ita contaminatum ; vt summopere Caroli auxilio ; beneficioque indigeret. quod ille consueta benignitate , clementiaque cum tribuisse ; magnum animarum numerum paucis diebus passim liberauit ; quæ variis sacræ censuræ laqueis irretitæ tenebantur. Ipsi quoque loci rectores , vt expiationem impetrarent , publico scripto polliciti sunt , fore , vt factis eiusmodi , canonum iure prohibitis , in posterum abstineretur. His gestis Carolus Mediolanum reuertit.

Q uod in Mesaucis , Deo in primis bene iuuante , salutari-
ter actum fuerat ; id Diabolus dissoluere per Prædicantes , vt ap-
pellant , statim conatus est. hi sunt hæresis doctores ; qui non er-
tore solū , sed scrupule etiam quadam ob doctrinæ auctoritatem
Conatus præ-
dicantium in
Mesaucos re-
primit , alia au-
xilia populis
afflictis suppe-
ditat.

miserae . v.

miseras nationes oppressas tenent. impietatem , frequenter concionando , docendoque multitudinis imperitæ mentibus inserere , tuerique student. quæ ad gentis libertatem, auctoritatemque conseruandam pertinent , ea se nosse, vehementerque curare profitentur. dominis, optimatibusque assentantur: eorum gratiam omni ratione colligunt , & conseruant. si quid excitari contra impietatem , corumque licentiam sentiunt , quod quidem attente obseruant; conueniunt statim; & de communibus rationibus vna consultant : tum omni astutia , & dolo pios conatus omnes infringere ; bonaque rerum initia penitus dele-re student. per eos hæc in primis efficiunt , qui rerum potiuntur; quibus ante omnia suspicionem de imperio, auctoritate, stipendiis amittendis iniiciunt: & indoctis, auarisque hominibus, quæ volunt facile persuadent. Sacrilegi igitur cum audiissent , quæ in Mesaucis facta erant ; sibi, auctoritati suæ, commodisque, talibus ex initiis valde timentes ; Curiæ in totius nationis comitiis, quò ad sexaginta (tanta est hominum pestis) conuenerant ; post Morrae discessum , gentis principibus suspicionem de suis summis rebus mouent: vociferantur vehementer; rem esse minime dissimulandam; immo graui poena dignum facinus : Mesaucos Inquisitorem hæretis contra leges accersuisse : Cardinalem principem virum recepisse: ædificia tradidisse , quæ munita esse arcis loco possent. foedus , quod cum Gallorum Rege esset, ea via frangendum ; nouum autem cum Hispaniæ Rege faciendum curari. initia illa esse principatus, libertatisque amittendæ. Vanissimis argumentis cœtum illum permouent; vt iudices ex singulis pagis dentur , qui propter eam caussam in Mesaucos agant. erat enim cœtus hæreticus ex maiore parte. & tum in uniuersum tota natio; tum multi priuatim, stipendia Gallici Regis accipiebant. Legatus item, quem Rex idem apud eos habere sollet, rebus catholicis, vt debebat, fauere pollicitus; Mesaucorum, & ipsius fidei caussam deseruit. actum est vehementer: nonnulli ex primariis Mesaucis se se in vincula dare coacti sunt. sed per legationem Heluetiorum; perque Grisiorum contentionem, qui iudicium illud suis tantum principibus vindicabant; quoniam

*Predicantium
hæreticorum
studium.*

Contra Mesaucos, alios Rhætorum populos excusans.

*Nonnulli ex
Mesaucis se se
dant in vin-
cula.*

niam vallis ad eos proprie pertinebat; Carolo studiose agente, *Pro illius
nue agit Cur-
rum.*
 Deoque in primis efficiente; effectum est, vt Grisiorum ipso-
 rum sententia Mcsauci liberarentur; Carolique facta conserua-
 rentur. nam & ipsi populi in eo, quod sibi proposuerant constan-
 ter permanentes; seque in posterum semper sanctæ Ecclesiæ ad-
 dictos fore cofirmantes; paratos sese ostenderunt, ad religionem
 vna cum libertate armis tuendam; vitamque pro fide catholica
 etiam profundendam. Carolus postero anno, qui nobis eius vi- *Suscep-
tæ finem acerbissimum attulit, minime dimisit suscep-
tum mu-
nus: immo omni studio, ac pietate exequi, atque vrgere non de-
stitutus.*
 tæ finem acerbissimum attulit, minime dimisit suscep-
tum mu-
nus: immo omni studio, ac pietate exequi, atque vrgere non de-
 stitit; vt aliqua ratione fidei caussam ab hæreticorum manifestis
 iniuriis vindicaret. in quo illud consequi tunc quidem satis ha-
 bebat, quod iustissimum est, & gentis legibus, vt diximus, con-
 sentaneum; vt quando vnicuique fidei, religionisque arbitrium
 lege conceditur: neque catholici pios sacerdotes, etiam exteros,
 & cuiusvis ordinis probatos habere, sacramentorum, doctrinæ-
 que gratia prohiberetur: & neutri improbos, sacrilegosque per-
 fugas; quod passim ab hæreticis fieret; neminemque omnino,
 absque idonei testimonij fide, possent recipere. Ita enim & ca-
 tholicæ fidei consulebatur; cui non ad conseruationem solum,
 sed ad propagationem quoque ministros idoneos suppeditasset;
 & proximum perfugium intercludebatur perditis hominibus;
 qui vel ab Ecclesia Romana, vel a religiosis ordinibus, vel om-
 nino a recto, & honesto per Italiam vellent desciscere. At præte-
 rea quid ille sibi in hoc genere toto proposuisset; quid ageret,
 aut aggredi vellet; hoc loco non est opus explicare. Sed non vnā
 inierat rationem; quæ magnam religionis citra alpes in primis
 restituendæ, spem ostendebat; erat certe ad id aptissima: nisi in-
 sperata morte Deus omnia disturbari, propter obscuras nobis
 caussas permisisset. Interim vero dum grauiora pararet, susci-
 retque; tum varios populos in vniuersum, tum homines separa-
 tam plurimos reliquo tempore, rebus ad salutem necessariis, af-
 fidue iuuit. Franciscum Adornum societatis I E S V saepius com-
 memoratum, & Dominicum Bouerium Congregationis sancti
 Pauli Clauennam misit. eundem postea Dominicum, Pesclauij
*Regulares Sa-
cerdotes Cla-
uennam den-
de Pesclauium
missus.*

catholicis auxilium postulantibus concessit; vbi diutius moratus, piis dogmatibus explicandis, contrariisque confutandis, tum aliis sacris officiis; rebus catholicis magno fuit adiumento: donec aduersarij, qui cum ferre diutius, suis rationibus rem valde contraria putabant; variis de more confictis nominibus illum accusarunt: effeceruntque, vt ei dum in munera sui functione perseveraret, vincula de improviso iniicerentur; neque alia conditione, quam sponsione facta, ni abiret intra certum tempus; dimitteretur. Commemorandum est in hac fidei causa, totius fere catholicæ gentis Helueticæ factum: qui non difficile Caroli opera sunt adducti; vt publico consilio, legatos ad Rhætorum conuentum mitterent; de integra religionis libertate populis dedititiis restituenda. qui etiam publice testarentur; si quemadmodum iustum erat, & foederis legibus continebatur, Rhæti non fecissent; nolle se eiusdem foederis iure, si quid iis aduersi accidisset; teneri; subsidiumue aliquod ferre. Quæ legatio magni sine dubio ponderis, plurimum catholicis valuisset, si cetera quoque teneri potuissent. His omnibus Caroli officiis, conatibusque, simul fortitudine Mesaucorum, mire catholici earum regionum omnes sunt excitati. languent permulti quidem in studio tuendæ salutis, fideique tum conseruandæ, tum propagandæ; siue quia in vitiis sæpe iacentes fide sunt infirma; siue quia tales dominos timent; nullo præsertim parato defensore. Sed in vniuersum tamen ad fideli libertatem recuperādam; & ad grauissima quoque pericula ob eam caussam subeunda, se se per id tempus erecto animo, paratos præstiterunt. quæres fecit, vt quidam fidei negotium, quod Carolus vnum agebat, ad rem suam, cupiditatemque accommodantes; cum ducem aliquem tantummodo, paucosque armatos populis Telineæ vallis deesse ad arma contra Rhætos capienda existimarent; militum manū ad eos ducere, mortuo Carolo nulla auctoritate publica conarentur. cuius rei auctores Mediolanensis Gubernator puniuit. Verum is ardor, alacritasque omnis, quæ ab Caroli auctoritate, liberalitateque plurimum pendere videbatur, ab eius obitu vereor, ne penitus sit debilitata. quæ tamen, speremus, vt aliquando

*Catholica gen-
tis Helvetica
factum.*

*Causam cu-
piditatis puniuta.*

quando Dei munere, in spem religionis integre colendæ restituatur. At interim Italici populi in totius præpotentis Italiæ, & maximorum christianorum Principum conspectu, hæreticorū dominorum iniuria, qui potentissimi tamen non sunt, perculsi iacent. Dei cultus, sacrorumque administratio friget; & in dies minuitur, contaminaturque magis. augetur quotidie numerus hæreticorum. Italiæ pars, teterima hæresis pestilentia paulatim conficitur, & contabescit. Quæ mala vtinam Dei misericordia ij quandoque respiciant, qui remedium afferre possunt.

PERVENIMVS ad postremas Caroli actiones: quas tamen postremas fore credebat nemo. nonnulli quidem in eo, vltimis præsertim mensibus, obseruabant aliquid insuetæ imbecillitatis, & maciei. sed tamen, vt sæpe accidit in excellentibus viris, eò longiore vita fore plerique existimabant, quò christianis rebus eam videbant vtiliorem. Imbecillitatis caussa putabatur, corporis sui tractandi ratio, quam in summis, assiduisque laboribus tenebat. cum enim in superioris anni Quadragesima tota, pane, & aqua tantūmodo se reficere semel in die cœpisset, Dominicis diebus exceptis; quibus tamē pisces non gustabat: in eo genere adeo progressus est; vt iam reliqui etiā temporis maiori parte eadem in corpus suum duritia vteretur: cumq; ad sequentem peruenisset Quadragesimam huius anni M. D. LXXXIV. adhuc asperitatem augens, certis diebus ipso quoque pane relitto, ficus aridas tantum, & aquam sumiebat. atq; vltima hebdomada, quæ sanctius colitur; ficias omissis, lupinis vt i constituerat. Cruda legumina puto imitatione Patrum voluisse adhibere, inter quæ vnum lupinum egenis vsui esse aqua maceratum, hoc tempore videre potuit. Verū ob eam caussam abstinuit, de qua nunc referam. Non multos ante dies erysipelas in crure rursus apparuerat, vlcusq; fecerat: cuius curandi caussa, medicis parens, iacuerat complures dies. cum minime sanaretur; concessere Medici, vt surgeret, motusque beneficio frueretur. ita tum sacras ordinationes initio Quadragesimæ habuerat; tum alia gesserat, quæ opus erant: neq; crure amplius laborauit. ac dum sur-

Eius vitæ ratio
postremis annis: & extreni
temporis actiones quædam.
CAP. VI.

In superiori q[uod]
la Caroli pro-
gressus.

1584

Erysipela labo-
rans medicis
paret.

gendi facultatem peteret; affirmaretque ex natura corporis suā
 bene cognita, sese ex ea re conualescere posse; medici autem pri-
 mō quidem non concederent: quidam ex familiaribus, existi-
 mans Carolum cum vitæ discrimine medicis minime paritū;
Familiaris
quidam de Ca-
roli morbo Ro-
mam scribens,
quid efficerit.
 idque animo suo dolens; litteris Romam ad Caroli necessarios
 datis; eum grauiter ægrotare scripsit; neque velle medicorum
 curationem admittere. Ibi de re consultant, efficiunt denique
 vt ad eum scribat Pontifex in hanc sententiam: sese ægre admo-
 dum ferre, quòd curationem pati nollet: monere autem, vt san-
 &tos viros animi virtute imitaretur; corpus eatenus affligeret,
 quatenus vires, æquitate seruata, ferre possent. Postremo etiam
 grauiter imperat, vt in vita moderanda medicorum consilia se-
 quatur. Carolus, qui tum se valere sentiebat; sibique conscius e-
 rat, in proximo morbo nihil fecisse contra medicorum præscri-
 pta: qui de falso item nuncio, vnde litteræ aperte pendebant; &
 omnino vnde fluxerat tota res, satis compertū habebat: qui de-
 nique sciebat, omnem vitæ suæ rationem Pontifici, cum eū pro-
 xime fuerat allocutus, retulisse; & quæ is improbasset, dimisisse:
 nihil in re tanta, tali loco, & tempore sibi temere faciendum sta-
 tuit: sed Pontifici scribendum; vt is cognita veritate, sententiam
Medicos ad se
accersit Caro-
lus, & sua vi-
tæ rationem
reddis, fuisseque
disscribit.
 suam aperiret. sed interim tamen medicos accersit; de vita spiri-
 tuali, atque episcopali medicinæ legibus astringenda quærerit: a-
 liqua de asperitate suscepta remittit. Primo igitur, quæ de pro-
 xima ægrotatione se accepisse Pontifex ostenderat, vnde pende-
 re iussus perspiciebatur; ea falsa esse litteris demonstrat. Addit se
 de tota valetudinis, vitæque suæ ratione, iam nunc Patri sanctissimo,
 quæ vera esse existimaret, expositurum: facturum deinde
 diligenter, quod is iuberet. Sese antea, quod Pontifex ipse recor-
 dari poterat, dum medicorū præscripta sequeretur, infirma sem-
 per fuisse valetudine: demū etiam ita sese habuisse, vt ad modi-
 cum tempus existimaretur vitam posse producere. ante annos
 circiter duodecim, piorum, prudentumque virorum consilio,
 mutasse viuendi rationem; a præscriptionibus medicorum di-
 scessisse: adeo feliciter euenisse; vt quæ valetudo studiosa obser-
 uatione, curaq; sustentari non potuerat; ea vulgari viuēdi modo
 optime

optime confirmaretur; vitaque longioris spem afferret. si tunc demum post diuturnam consuetudinem, cum annum ætatis a- geret quadragesimum sextum, se ad medicos referre voluisse; neque sine muneric sui graui impedimento, & cum manifesto vita discrimine id futurum. Attamen artem se medicorum nul- lo modo aspernari; ne latum quidem vnguem ab eorum præ- scriptis discedere, cum ægrotaret: alias etiam eorum consilia re- quirere. at ea semper sequi, eorumque se obseruationibus addi- ctum præstare; id vero neque menti eius sanctissimæ; neque vi- ta episcopali videri consentaneum: quod vel medicus ipse fate- retur, ab eo proxime consultus. veterum Patrum, & S. Ambro- Divina cognitioni contraria esse præcepta medicinæ; a ieiunio reuocare; a lucubrationibus, medicinae affir- & ab omni intentione mentis abducere; eum qui se medicis da- mant Patres ac D. Ambrosius imprimitur.

neminem a studio disciplinæ debere. Pontificis ipsius exemplo ita doceri, qui medicas obseruationes in vita suæ ratione mini- me seruaret. hæc ita cum se haberent, qui pontificio iussu medi- corum consiliis addictus esset; eum certe perpetuis conscientiæ stimulis, atque angoribus necessario cruciandum. Quòd existi- maretur ea corporis asperitate vti, quæ vires superaret: hoc vere affirmare posse; neque se eam, quæcumque esset, valetudini sen- sisce contrariam; & ad munera sacerdotalia facilius obeunda ac- commodatam. omnino eum se modum minime transire, quem superiore anno, cum ad eius iudicium omnia sua detulisset, Pô- tifex ipse comprobasset. si etiam continentia, & corporis affli- Cur continen- tia, & corporis afflictione pax lo magis pro- auditor, rationem redditio Carolus.

ctione paulò magis progrederetur, quam vulgo alij multi sole- rent; minime videri improbandum; tum ad delenda peccata; tum ad sanctorum virorum; immo ad ipsius, qui sanctorum est gredisatur, ra- tionem redditio Carolus.

eius ordinis, hoc est Episcoporum esset; quibus non animi virtute solum, sed exercitatione item corporis; ex Gregorij Na- zianzeni, aliorumque Patrum doctrina; reliquos omnes longe post se relinquere studendum esset. Quod autem ea vita ratio futuris temporibus, coniectura quadam sibi nocere posset: in-

certæ offensionis metu, certos salutarium operum, fructus negligendos non videri: neque tam longe cauendum: alioqui corporis afflictionem, pœnitentiæq; officia homini christiano necessaria, quis umquam suscepisset? Si etiam animo in res salutares intento, Episcopus in eiusmodi exercitatione præter voluntatem aliquid corpori suo noceret; quod sanctis plerisque legitur euensis; non esse id tamen damnandum. meritò patres existimasse, sacerdotes ab ipso Christo Domino sali, & lumini ob id quoq; comparatos; quia illud dum condit cibos, liquefit; hoc dum ardet, & diffunditur, oleum sibi consumit. confidere se, ea omnia summo Patri probanda. at vero quidquid significasset, ei se omnino prompto animo paritum. Cardinalia autē Comensi; qui Pontificis nomine ad cum litteras dederat respon-

*Cardinalis Comensis, qui Pō-
tificis nomine
ad cum litteras
dederat respon-
det.*

*Comensis Car-
dinalis breue
rescriptum.*

*Quid in Carolo
considerandū.*

sentia, quam litteræ præ se ferrent: nulla alia ratione se posse cōquiescere; cum illius iussi vi, & timore solicitari perpetuo necesse esset; nisi vt dimisso Archiepiscopatu Romam demigraret; ibique in conspectu Pontificis viueret; qui eius vitæ rationem quotidie cognoscens, eum ab conscientiæ aculeis, quotidianisque morsibus liberare potuisset. sed is rescripsit, nolle Pontificē Carolo vinculum iniicere; sed eius arbitrio permittere, quādo medicorum consilio sibi vtendum esset. Factum huiusmodi fecit; quoniam in iis epistolis scribendis nostra opera vti voluit; vt de eius vita, sensuq; plenius cognosceremus, certiusque scriberemus. optandum erat fortasse, vt saltem durissima quædam in tempore nominatim interdicerentur; si virtutis illius, vitæque frumentum ita forte potuissimus diutius percipere. nam medicorum præceptis hæc semper quomodo posset tali consuetudine, taliter occupatione Præful? Verum illud potius existimandum est; in hoc Deiseruo, quemadmodum in aliis multis, de quibus nominatim agere longum esset, diuina benignitate factum; vt ad exitum vitæ huius appropinquans, clariori sanctitatis luce splendoreret: quod illi expeditius esset ad beatitudinem consequendā; ceterisque ad virtutis imitationem illustrius. neq; vero nouum est;

est; sanctos viros, vt optimos cursores, hisce viuendi spatiis, cō se magis incitare, quō propius accedunt ad metam: licet eos sāpe quidam hæsisse dicant in cursu, quos oculis corporeis ad metam peruenisse non vident. ego enim ita sentio, multos Deo deuotos viros, non quōd extremo tempore durius vixerint, longius vitam non potuisse producere: sed quod a fine vitæ propius abessent; iis Deum dedisse durioris vitæ beneficium. Finem vero vitæ præsagiens Carolus dicebat; de maiore annorum numero, se omnium minime sollicitum esse debere; qui mirabiliter quodammodo, quantum ex priore imbecillitate iudicari poterat, ad eam ætatem perductus esset. quæ quidem ætas esset fere familiæ suæ. Gibertum patrem mortuum, dum annum XLVII. ageret: fratrem Federicum multo iuniorem: sorores quatuor ante illam ætatem vita excessisse; duas prope adolescentes. quid sibi reliqui tandem existimaret; nisi forte paucos annos in doloribus, cruciatibusque corporis esse traducendos? Cum Franciscus Adornus ad eum per idem tempus venisset; huius generis nonnulla locutus, Patrem quodam quasi ioco interrogauit, qua ætate esset; cumque audisset, si recte memini, esse circiter quinquaginta annorum; heus, inquit Pater, num adhuc in vita mandendum est? quæ quidem erant itidem obitus sui proximi prædictiones quædam. Post Paschæ celebritatē cum crucis festum appropinquaret, inuitauit Augustinum Valerium Episcopum Veronensem, qui paulo ante creatus erat Cardinalis; ad illa sua sacrosancti clavi solemnia: propter quæ Duci Mantuano se tū excusauit, ne ad eius filij nuptias iret. ita cupiebat optimi Antistitis, quē plurimi semper fecerat, & amplissimo honore dignū iudicauerat, spirituali consuetudine paulū frui. Sed paucis ante festum diebus ei nunciatū est de grauissimo Ioan. Delfini Episcopi Brixiensis morbo. cumq; tota die dominica in diuinis officiis de more fuisset; nocte Brixiam summa celeritate venit. mane cohortatione, sacrifisq; necessario tēpore hominem magnopere iuuat: mortuo funus curat; celebri Missæ officio suffragatur; pia cōcione cohonestat: his omnibus Brixiensium pietatē magna cum iucunditate iuuat. demum ad Crucis festum, & feria quinta celebrandum

*Quid de annis
vita sua diffe-
rat.*

*Cardinalem
Veronensem ad
sancti clavi so-
lemnitasem in-
uisit.*

*Brixiam ob il-
lum episcopē
morbum cele-
riter cōtendit,
mortui funus
curat.*

*Mediolanum
ob sacri clausi
solemnia, citati
eius per-
uenit.*

brandum erat, citatis equis, quoniam ita ob temporis breuitatem necesse erat, noctis festum præcedentis hora octaua Mediolanum peruenit. tanti momenti putabat, piis populi studiis, officioq; suo, cum vsu veniret, non deesse. tum viatoriis vestibus statim positis, quasi ad illam horam cōmode queuisset, iis meditandis, quæ in concione postero die dicturus erat, reliquo noctis tempore operam dedit: nocturnis, matutinisque sacris interfuit; Pontificali more Missam fecit; concionatus est; clavum consueto viarum ambitu, sacris ordinibus cunctis productis, portauit; reliquum diei in vespertinis sacris, aliisque de more diuinis exercitationibus integre posuit. Ab Augustino autem, vt alias, sic eo die impetravit, vt piam vespere concionem ad Mediolanenses haberet. Reliquos anni menses consumpsit in consuetis laboribus, quos quidem, & extrema omnino illius facta, ne minute nimis a me descripta, prudentiores quidam iudicaturi sint, non nihil vereor. sed nihil dicturum me confido, quod iure superuacuum videatur, aut leue: religiosioribus certe mētibus plerisque gratificaturum me, profuturumque scio. Visensis ecclesiis diœcessis suæ ea æstate se exercuit: idq; magis quam antea fructuose. denunciari enim unoquoque loco ante iubebat aduentum suum; & amplum indulgentiæ beneficium iis proponi, qui peccata confessi communicassent. Sacerdotes præmittebat magna auctoritate sacramenti poenitentiæ ministros. ipse cum venerat, sanctissimum Eucharistiæ cibum præbebat. magnus ubique constabat sacræ poenitentiæ, ac salutaris expiationis fructus. nam plerique negotiis omisis, ea præclara dona cupide admodum a charissimo Patre accipiebant. Modo etiam venit; ubi nostram sanctæ M A R I Æ ecclesiam tribus cum altaribus cum dedicasset, xxi. Cal. Iulij; in collegio, quod semper, vt opus suum, amauerat, mira quadam abiectione solus mansit; ad Nouitios rogatus a nobis, verba fecit amantissime, de perfectæ vitae institutis. At vero libenter alioqui per id tempus frequentiam fugiebat; & in remotiora loca discedebat, negotiorum se molestiis subtrahens; vt sacris studiis, diuinisque contemplationibus vacaret. quod gubernationis, actionisq; omnis iam

*A Cardinali
Veronensi &
ad Mediolanè-
ses concionem
habeat, impe-
rat.*

*In diœcessis sue
lustrandi ec-
clesias, aliisque
sacris muneri-
bus obeundis
mire se exercet.*

iam iam deponendæ, diuinæque contemplationis integre suscipiendæ, omen quoddam videri posset. Sed Mediolanum ad præcipua festorum solemnia rediit, vt solebat semper; tum ad ob festorum solemnia: ad consecrationem primo Albensis, deinde Alexandrini Episcopi electi. nam & ipse sacris eiusmodi officiis delectabatur; & pij vi- ri sibi a tanto Antistite manus imponi cupiebant; a quo prætere- rea discedebant optimis ecclesiasticæ disciplinæ præceptis locu- pletati. Atque Octauium Parauicinum Alexandrinum, nunc Cardinalem cum consecrasset; eduxit etiam secum ad ecclesia- rum lustrandarum munus. nam, & ipse optima noui Episcopi voluntate, virtuteque delectabatur; & ille antiquam religionem magni, & episcopali munere diugloriose perfuncti Antistitis, singulariter obseruabat.

C E L E B R A T V R V S erat sacra, quæ dicimus, Septembris Exercet sese in mensis tempora; cum accepit, Franciscum Bossium Nouariæ monte salutari- Episcopum ita ægrotare, vt morti propinquus iudicaretur. iuf- ferat autem ille Carolum certioreni fieri, & suo nomine tantu- modo postulari, vt sibi benediceret morituro. Carolus autem statum illius temporis ordinationum munus Francisco Citta- dino Episcopo cum mandasset; paucis horis post nuncium alla- tum moratus, nocte ipsa Nouariam contendit, quæ triginta passuum millia Mediolano distat. mortuum Episcopum inue- nit; consueta pietatis suffragia tribuit; in concione populum co- hortatus est; quæ tali tempore conueniebat. ecclesiæ ministros monuit, quid facerent, dum Episcopus a Pontifice daretur. No- uaria Guido Cardinalis Vercellensis, eum ad Messerani Mar- chionem communem cognatum adduxit: vt in mortifero mor- bo hominem consolaretur, & iuuaret; quod ut iliter admodum effecit: nam Marchio sacramento pœnitentiæ expiatus, & Eu- charistia sanctissima munitus, pie mortem obiit. Vercellis ali- quot dies fuit; vbi in componendis illius ecclesiæ rebus, cum Episcopus apud Imperatorem Sedis Apostolicæ nūc abesset, versatus est. Constituerat eo tempore sese diutius salutariter colligere; quibus in rebus a multis mensibus peccasset, & suis finiat.

defuisset officiis, attente peruidere; errata confiteri; veniamque a Deo postulare: tum per diuinias etiam contemplationes ad pietatem, vitæque sanctitatem acrius sese incitare: & ad negotia præterea, quæ tum illi erant in manibus, pie, & feliciter gerenda, diuinam opem enixe implorare. quibus rebus solitudine opus erat. Eiusmodi exercitatio cum aliâs ei cordi esset vehementer; tum eo tempore erat optatissima, ob mentem magis, quam antea diuinorum cōtemplationum cupidam; earum præfertim, quæ de cruciatis, morteque Christi Domini essent: quas per ea tempora studiosissime, ardentiq; animo frequenter tractabat; articulatim ordinabat; litterisque mandabat. qua quidem mente, studiisq; clementissimus Deus, id quod demū post factum clarius apparuit; sacerdotem suum iam iam ex hac vita migraturum ad æterna præmia præparare videbatur. Varallum se se p̄iis meditacionibus & contemplatione. ne exerceat de- ligit.

vbi alias simili de caussa fuerat, tunc etiam ad eam rem delegit. vico id nomen est, qui Nouaria, & Vercellis æquo spatio distat, ad passuum millia circiter vigintquinque. ibi mons, quoniam fere sub alpibus est locus, expiorum hominum, etiam longinquorū votis, & omnino religionis caussa frequenter visitur. nam religiosus vir ordinis minorum, ex Mediolanensi nobili familia Caima, ante annos fere cētum, cum ex Iudæa, sanctissimo Christi Domini sepulchro religiose inspesto, rediisset; eius imaginem aliquo loco ponere constituit; quæ piis hominibus, cum Iudaam petere non possent, ad pietatem, venerationemq; erga sepulchrum, sanctaque Hierosolymæ loca exercendam, aliquo modo valeret. ac eo loco, monteq; delecto; ecclesiam monasteriumque sui ordinis piorum hominum sumptu ædificauit: & sepulchri speciem decore collocauit. ea res adeo feliciter euenit, vt locus maxime celebris euaserit; & variis temporibus ædicularia multæ fuerint constructæ; vbi pulchris imaginibus, ac statuis, ea in primis referuntur, quæ in affligendo, morteque afficiendo Saluatorem, acta sunt; tum aliae quoque res ex diuinis historiis ad nostram salutem pertinentes. Ita iam in summo monte, quasi sacer quidam vicus plurimarum ædium factus est; quas ordine, certisque viis frequentes peregrini salutaribus cogitationibus,

suppli-

supplicationibusque intenti adeant, & religiose contemplentur. Eò se Carolus igitur conferre statuit, & ob eam rem Franciscum Adornum accersiuit: quem piarum exercitationum adhiceret adiutorem. Sed ante misit Dux Sabaudia^e Vercellas, qui *Dux Sabaudia rogatus Taurinum se confidens magna spissitudine Dux visitare.* illum eius nomine rogatum Taurinum adducerent. officiū Ducis Carolus, vt charissimo filio non negauit; quod vel sponte libenter suscepisset, ad sacrofaneam Sindonem postremo visendam, & venerandam. Dux vero magnum cœpit, si vñquam ante, Caroli præsentiae, consiliorumq; fructum: visusq; est maxime ad pietatem commoueri; & eundem etiam in discessu prosequi lachrymis. Ad montem cum venisset; monasterij ccellula, in qua moraretur, electa; ibi corpus incommodatissimum, & senere tractare cœpit. in ligneis tabulis somnum capiebat lodice tantum instratis. consueto vtebatur panis, & aquæ alimento. durius, quam antea corpus flagellabat; id quod ex interula deinde, flagellisq; sanguine aspersis apparuit; licet ipse studiose occultasset. sacræ confessioni parandæ, sacræque meditationi sese dedit. ad hanc meditandi exercitationem suos admisit, quamquā spatiij, occupationisq; longe minoris: sed distincta ad meditandum rerum capita quotidie tradebantur: quibus cogitandis, & contemplandis, certis diei, noctisque horis, ea se quisque ædicula, & coram iis imaginibus exercebat; que ad animi sui fructum sentiret aptiora. certum item tempus constitutum erat, quo simul conuenientes inter se, quæ animo senserant; quæque erant meditati communicabant. Carolus primis diebus sex horas, partim diurnas, partim nocturnas sibi finierat; quibus horis contemplationi, precibusque vacaret. reliquum tempus confessio- ni dabat; tum necessitati quoq; corporis, quam angustissime tam circucriptæ; & si quid negotij esset, quod nō posset omitti. Iucunda prorsus species, & pietate plenissima. conspiciebatur nocte amplissimus Antistes, nullo comite, parvulam laternam sub pallio tenens, per vias illas summi montis, petere quam sibi iudicasset, opportuniorem ædiculam; vt in ea quemadmodum sibi præscriperat, sese exercebat. quarto ab aduentu die peccata sua confessus est, tanta pietate, dolore, ac lachrymis; vt qui con-

k 2 fessionem

fessionem audiebat, itidem in fletum adduceretur. postero die, tantis exercitationibus tam beatè occupatus, non neglexit officium tamen; neque recusauit Aronam ad Cardinalem Vercellensem vēhire: sed prius nocte proxima, circiter octo horas cōtemplando, Deumque orando, in diuinis rebus ita mansit; vt flexis genibus, tanto spatio, nulla corporis parte cuiquam rei ininteretur: quin etiam ad extreum, eum subaccusare visus est,

Ad montem reuertitur. qui horologium curabat, quasi tempus studiose cōtraxisset. Post diem reuersus, in suam se retulit solitudinem. quo loco, & ex iis quæ cum aliis conferebat, & ex aliis sermonibus, indiciisq; perspexerunt, & Pater, & alij; eum minime visitata, prorsusque singulari ratione diuinitus commotum: & eo præsertim lumine illustratum, eaque mente confirmatum, quæ rebus humanis, vitaque ipsa omnino posthabita, Deum solum petit; eique intima voluntate, totaque mente penitus coniungitur. quibus rebus nihil ad propinquam mortem erat accommodatus: maxime, si delectationem addas, quam ex sermonibus, meditationibusq; de morte, & sepultura Domini; & ex eius sepulchri imagine in primis visenda, contemplandaque capiebat. cui rei satis consensit etiam sacra Sindon visa prius, & culta; tum duo principes vii, Episcopus, & Marchio extremis sacramentorum, funerumq;

*In monte com-
morans in fe-
brim incidit.* officiis adiuti. Non multos in monte manserat dies, cum in febrim incidit. nihil cum ante dixisset, eaque tertio die rediisset; Patri demum significauit. idq; fere præter consuetudinem: nam alias etiam quinques reuersam nemini indicauit; vt nisi obiter postea quandoque alicui significasset, id resciuisse nemo. Ad-

*Quid in infir-
mitate admi-
serit, asperita-
tisue minuerit.* ductus est a Patre, vt asperitatem corporis non nihil minueret: quamquam quid fuit tandem, palearum aliquid, in quibus cūbaret recipere, & in aqua coctum panem, nullo tamen condimento, admittere? mentis item exercitationes aliquo modo moderatus est: ita vt aliquid temporis aliis quibusdam consultationibus daret; præsertim de ædiculis illis melius disponendis. Febris autem inuasit eum tertio: ac quantum corpori firmitudinis decedebat, tantum animo diuini luminis, cœlestisq; virtutis accedere videbatur. Triduo tantum aberat sanctorum omnium

nium cultu insignis dies; quem Carolus de more cum populo suo Mediolani, consuetis munera functionibus, agere studiebat. erat ei quoque negotium ab Apostolica Sede mandatum, de collegio ex testamento pij viri in vico Ascona instituendo; vbi pueri pietate erudirentur, & litteris; cuius negotij causa ad locum ipsum eundum erat: neque id sine magno damno differri poterat. Dum igitur hisce de caussis a monte discederet; ita rurus ^{Ex monte di-} fere descendissent, tum demum Carolum deesse animaduer-^{scendens quid} tentes, in eo loco inuenientur. Aronam eo die venit montosa, ^{Aronam per-} difficilique via milliarium decem & octo. Ibi studio celeritatis ^{venit, & per} Verbanum la-^{Verbanum la-} tertia noctis hora nauem conscendit; vt per Verbanum lacum ^{cum Asconam} Asconam contendenteret, quæ aberat ad millia passuum circiter ^{collegi⁹ cuiusdam instituē-} triginta quattuor. In quo itinere plurima fecit, & locutus est; ^{dam instituē-} quæ tum sanctitatis officia, tum proximæ mortis indicia cumu-^{dantur, & ideo minime videantur prætermittenda. hæc plerique re} ^{Mira in itine-} larent; & ideo minime videantur prætermittenda. hæc plerique re ^{& facit &} agunt, dum in lecto iacent: de humanarum rerum despiciencia; ^{re & facit &} de beatæ vitæ desiderio loquuntur; suis salutaria præcepta tra-^{loquitur.} dunt. Sed Carolus, qui in laboribus assidue vixerat; pro quiete semper labore elegerat; suam etiam in morte præstítit consue-^{re & facit &} tudinem: suamque itinere faciendo, incommodisque, & labori-^{bus tolerandis, ægrotationem traduxit. philosophabatur de ani-} mo sic in hac vita conformando; vt humana omnia, præ iis, quæ Dei sunt, pro nihilo prorsus habeat. oportere hominem se esse o-^{mo semper ex hac vita possit demigrare. ipsas etiam Dei caussa suscep- tias res, quæ quidem quandiu tempus datur, omni diligen-} tia, studioque agendæ sunt; ita tamen esse curandas; vt, iis licet imperfeciis, nihil animo tamen afferatur impedimenti, vel mor-^{tias; & magno item a se studio, labore que ad id tempus curatas;} ræ; quin liber hinc, omninoque solitus euolet. plures ecclesiæ suæ res exemplo proponebat: quas licet valde vtiles, ac necessariaς; & magno item a se studio, labore que ad id tempus curatas; nullo modo tamen adeo valere æquum erat; vt si vita deceden-^{dum esset; animum quidquam morarentur; quin ad Dei volun-} tatem exequendam prorsus expedite se esse conuerteret, ac hilari-

ter. atque vt, quò sermones eius spectarent clarius appareret; breuem cognatorum suorum vitam rursus in ore habebat; & Giberti patris, qui eadem, qua tunc ipse erat ætate, vita cessisset, mentionem repetebat, quæ quamuis ille frequenter loqueretur; de eius tamen impendente morte, tunc quidem nemo spicabatur. Cum Arona quemadmodum modo dicebam, soluisset; in genua procubuit; & cum suis statas itineris preces habuit. addidit psalmos nonnullos, vt mortuis suffragaretur. tum conuersus ad nautas; omittitis ne precari, inquit, fratres cum soluitis? at mihi hoc dabitis posthac, vt dominicam Orationem, salutationem Angelicam, symbolum Apostolorū pie semper recitetis. cuius consuetudinis initium tunc faciens, vna cum illis mira humanitate ad verbū ea pronunciauit. mox salutari sermone omnes, qui aderant, fructuose cohortatus; in culcitra recubuit vestitus ad nonam noctis horam. tum surrexit nocturnasque statas preces obiit vna cum suis, genibus more suo nixus. mente deinde precari non destitit, donec hora duodecima Canobium appelleret, eo loco sacrum facturus. In Præpositi illius ecclesiæ ædibus permansit, Deum orans, donec illuxisset. tum re diuina confecta; valetudinarioque cibo, sicuti vesperi, sumpto; nauem concedit; Asconam, quæ circiter millia passuum decem distabat, venit: eodem die negotium confecit ad quod venerat; nauigationemque repetiit. Constituerat postero die, qui omniū Sanctorum festum antecedebat, Mediolanū peruenire. sed cum Asconæ quartam febris accessionem sensisset, Canobij subfedit co die necessariò. recubuit primò sine culcitra, atque adeo sine palea: mox familiarium rogatu, vique morbi adductus, sese in culcitra collocauit. morbo afflictus Capucinos iussit accersiri, quorum piis verbis, consolationeque subleuaretur; quos de sancti Francisci exemplis, rebusq; cœlestibus aliquid incipientes, subsequebatur ipse fusi, diuinaq; multa proferbat. quibus ex sermonibus in Pij Quinti mētionem delapsus, eius Pontificis plurimas laudes diu, suauiterq; percensuit. cum nox esset; ipseque sibi integer videretur; consulto medico Aronam ea nocte saltem proficiisci volebat, Orant autem familiares Octauianus

Arona soluens
quid agas
quidue nautas
decas.

Zudem quo
Asconam per-
uenit die, ne-
gotium confi-
cis, absque.

Capucinos ac-
cessiri inber.

nus Forerius canonicus Med. in primis; sibi patet; præterita nocte breui spatio quieuisse; magnum periculum esse, ne tanto incomodo morbus ingrauesceret; præsertim si Mediolani ad proximam celebritatem adesse conaretur. omnino verisimile non fieri, vt vires ad solemnes sacrorum munierum functiones obennadas suppeterent. eorum vietus precibus, ea nocte commode quietuit. mane autem post statas preces, sacrificiumque, Aronam petit, *Multa christiana perfec-*
tionis officia prestat.

satione sibi utendum putabat. In nauis genua ponit, precationem iter facienti prescriptam, & litaniam, primo quidam Ambrosiano ritu cum suis; deinde aliam Romano more cum nautis habet; quod iij Aronenses erant, vbi ritus est Romanus. postea sedens sacram sermonem de celebri festo illo instituit. quo habitu, distinctas quasdam conceptiones auditoribus tradidit, in quarum meditatione, contemplationeq; taciti versarentur. Id cum horæ spatio factum esset, singillatim interrogauit, quid cogitassent. Deinde negotiis operam dedit: Forerium in Mesaucos dimisit, *In Mesaucos*
Olausianum
Forerium misit.

vt ibi de salute multorum ageret: & per homines recte sentientes, quæ de Calendario Gregoriano, proximis Rhætorum comitiis recipiendo, posset, diligenter curaret. tum litteris, & supplicibus libellis perlegendis se dedit: etenim si Rhæticum excipias, negotiis fere superioribus diebus abstinuerat, ne animæ exercitationes, & fructus impedirentur. In conspectum Arona cum venisset, litaniam repetiit. in oppido mansit in ædibus sodalitatis Iesu. Renato Comiti se excusauit; quod ægrotus apud religiosos viros rectius esset; vbi si quid accideret, propiora essent salutis adiumenta. Ibi igitur refectis tenuiter pro ægroti modo viribus, vt superioribus diebus fecerat; in lecto quieuit ad septimam noctis horam. mox cum surrexisset, tum diuinis contemplationibus, tum statis nocturnis precationibus operam dedit, usque ad lucem. Missæ sacrum ad omnium sanctorum cultum fecit: in eo non solum nouitiae domus illius iuuentuti, sed aliis incolis multis, qui conuenerat, sacro sanctam Eucharistiam præbuit. tum se in lectu retulit quintò febrim expectans, quæ quidem grauior fuit; quam solebat. atq; cū ex medicorum præcepto, febri

febri consistente, aquam cum hordeo coctam, calidam sumpfis-
set; moxque somno se dedisset; acrius inflammatus, adeo labo-
rare cœpit, vt numquam postea integrum corpus habuerit. ni-
hilominus postero die mane, quo mortuorum suffragia cele-
brantur, inuitatus nauigandi commoditate, Mediolanum pete-
re constituit. itaque statas quidem horarum preces obit; Missæ
autem, quoniam tum demum facere nullo modo poterat, in ec-
clesia intereat: lectoque in naui parato; lacu, mox Ticino flumi-
ne, indeque aquæductu, Mediolanum eo die vehitur.

*Nauim con-
scendens gra-
uiter laborans
Mediolanum
contendit.*

*Obitus.
C. A. P. VIII.
Ad pietatem
excitandam
multa prepara-
tions curat.*

*Angeſieſe-
bris.*

Ibi medicis statim accersitis, sese curandum tradidit. alta-
re in cubiculo collocari, sepulturæ Domini imaginem apponi;
eiusque similem super conopei fulcra statui iussit; vt quoties-
cumque oculos tolleret, eam posset contemplari. aliam non dif-
similem, Domini precantis, sanguineumq; sudorem cum morti
appropinquaret, effundentis, eisdem fulcris appendi mandauit,
quam directo videret obtutu: vt priora illa signa continuari fa-
cile quisque cognosceret. quamquam eiusmodi imagines, quo-
tiescumque ægrotaret, ad solatium suum requirebat. Mane cum
adhuc horarias preces, quemadmodum ad id tempus religiose
fecerat, recitare vellet; Patris Adorni suasu, satis habuit alium
recitantem audire. cupiebat item, si febris remitteret, in facel-
lum se conferre, ibique sanctissimum recipere sacramentum; a-
lioqui saltem ad altare cubiculi sui: sed neutrum licuit. cumque
Pater suaderet, vt in cubiculo Missam fieri pateretur, non con-
fensit, ne quis forte sequi vellet exemplum. Post meridiem fe-
bris increscere, sextaque accessio obscure fieri ita cœpit, vt som-
num quandam videretur inducere. Audieram eum quandoque
narrantem de Egidio Mutinensi Episcopo, quem plurimi fece-
rat: cum mors immineret; quiescenti sese, ac pene dormienti si-
milem præstissem: qui cum sèpius interpellaretur, sinite me, in-
quit, tandem quiescere, & cum Deo esse. Id cum eo tempore
venisset in mentem; dixi subuereri me, ne Mutinensem Episco-
pum imitaretur: quod ille subridens ita negare visus est; vt ve-
rum tamen ex parte crederes. veniunt medici; inspiciunt. ita ti-
ment,

ment, ut morbum diuturnum, neque eum sine aliquo vitæ periculo prænuncient. at cum habita inter se consultatione, paulo post ad illum redeunt; motumque in brachio rursus obseruant; tum vires ad exitum præcipitare, iam iamque interituras, præ-
 sentibus renunciant. Subitus, minimeque omnium expectatus Quod iam,
iam moriturum
sit Carolus re-
nunciant Me-
dicis.
 casus, quām vehementer nec opinantes perculserit, non est cur explicare conemur. alij aliis significant: tacite simul lamentantur; intimo dolore afficiuntur. mittitur statim, ut sacrosancta Eucharistia proposita, supplicationes in maiore, aliisque ecclesiis instituantur. Accedit Pater lachrymans; quis enim se poterat continere? euocari eum ait ex hac vita: vltima sacrorum subfidia non videri differenda. Adeo præcipiti lapsu vires defiebant; ut ipsa loquendi facultas vix relinqueretur. casum tamen æquo prorsus animo accipiens, de sacramentis respondit, instare se maxime. Dum hæc pararentur ad aurem supplex petij; dicere illud vellet, quod sanctus Martinus sub mortem dixisse legitur, Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. nam & ante annos duodecim, cum grauissime agrotaret, illud idem audieram usurpare. an secum dixerit, ignoro: sed apertis illico oculis, meque intuens, consuetam omnino vi-
 fus est obtutu saltem præstare benigitatem: quamquam idem vitæ ipsius, qui sancti Martini, tum euentus fuit. recte vero ille ad sancti illius Episcopi imitationem tunc inuitari potuit; cui tum in vita, tum in morte multa habuit similia. vtrum suum, ut Martinus præsenserit obitum, affirmare non audemus: quæ ante euenerunt, quæque nouimus, simplici narratione modo protulimus. Sed Martinus quoque paulo ante mortem ecclesiastici negotij caussa profectus, viribus corporis, ut Seuerus narrat, cœpit repente destitui: & aliquot dies vi febrium afflatus, non solum orationes, vigiliasque intermittere noluit, sed ne vilia quidem stramenta iacenti sibi supponi passus est: iacebat autem in cinere, & cilicio. Sanctissima igitur hostia celebriter allata, capite, brachiis, toto denique corpore Carolus nitebatur, ut aspergeret: sed nobis adiuuantibus sese ita saltem extulit, ut linea veste, ac stola collo inducta, religiosæ sacrosanctum viaticum accep-
Supplications
in maiore ali-
isque ecclesiis
instituantur.
Sacramenta
ad se adferri
enixe efflagi-
sat Carolus.

*scrofa etum
sacrum acci-
pit, quod ex-
rema vnitio
statim sequi-
tur.*

*Annibal Al-
tempsius Co-
mes vna cum
filio benedici a
Carolo perit,
idem omnes
qui adiuncti fa-
ciunt.
Cilicium illi
cum cinere im-
ponitur.*

*Moritur Caro-
lus, gemisibus,
eiulatisbus, &
lamentis om-
nia replensur.*

*Familiares
rem aliquam
ab eius corpore
sumunt.*

ciperet: quod extrema vnitio rite adhibita statim secuta est. qui-
bus in sacris officiis ipse, cum ritus postulabat, vna cum aliis sa-
cerdoti respondere conabatur. reliquum tempus consumptum
est in legendis diuinis scriptis de passione Domini, aliisque, qui-
bus anima tali tempore iuuari, Deoque commendari solemne
est. cum autem sensus paulatim restinguarentur, Annibal Al-
tempsius Comes eius affinis vna cum filio genibus positis sup-
plex sibi petiit benedici; quod idem fecere omnes, qui aderant.
manum ille mouit quidem, sed nisi alio adiuuante tollere non
potuit, vt de more crucis signo benediceret. cilicium illi cum
sacro cinere imposuimus, ex instituto veteri; quod ille in libro
rituum ecclesiæ suæ renouari iusserat: ac merito quidem vel ad
eius asperitatem vitæ significandam id erat adhibendum. conti-
nuerunt liberiorem fletum familiares, quandiu ille aliquid sen-
tire visus est: at cum animam agere coepit: quæ res, & ad modi-
cum tempus durauit; & parum præ se tulit difficultatis: tum ve-
ro gemitus, lamenta, atque adeo eiulatus eruperunt. hic vniuer-
fæ christianæ reipublicæ iacturam: ille Mediolanensis ecclesiæ
casum, & orbitatem: alias susceptorum ad Dei gloriam mune-
rum dissolutionem: nonnulli priuata detimenta, miserabiliter
flebant. Circum cubile locum, ex intimis quisque, morienti Pa-
tri quam potuit proximum, initio cooperat. id usui etiam fuit; vt
rem aliquam ab eius corpore sumeret, amoris, religionisque
gratia. hic namque ceream agni imaginem è collo pendentem;
coronam ille, qua precari solebat; alias caputiolum; alij alia pie
rapuerunt. quidam celeriter ad res alibi repositas venerunt: ex
quibus pretiosissima sibi contigisse sunt lætati, qui flagellum,
ex Varalli verberatione tintillum sanguine; atque interulam iti-
dem sanguineis guttis aspersam inuenierunt. idem adeo stu-
dium in plerisque postea viguit; vt cilicium, tum illud quod im-
posuimus, tum aliud, quo vti solebat in infinitas particulas di-
uisum plurimis enixe postulantibus, sit distributum. aliæ res,
libri, imagines, vestes, omnibus viis quæsitæ, & inter res cha-
rissimas habitæ. aliquid palearum in quibus iacuerat, si aliud
non daretur, quædam longinquæ virgines postularunt. Periculi
fama

fama per ciuitatem vniuersam subito diffusa, cunctos commo- Vniuersa com-
monetur ciui-
tate.
uerat. vbique ciues in viis, vbique lumina; passim circulari; an-
xio animo inter se interrogare; inter se factum narrare cum la-
chrymis. coacti subito longi ordines marium, foeminarumque
omnis etatis, cruce prælata, per vias procedebant, litaniamque
habebant: quorum stata verba alta flebilique voce proleta; ad-
mirabile est, quantum dolorem, fletumque omnium augerent.
Plurimi in ecclesias supplicatum confluxerunt. alij ad eum vi-
sendum concurrerunt; vt palatium Archiepiscopale, cubicu-
lumque ipsum omnium fere ordinum multitudine statim
compleretur. ipse etiam prouincia Gubernator statim accur-
rit. Neque vero casu fortassis euenit, vt magni Antistitis obi-
tum tot hominum genera coram dolerent. Principes viri, ma-
gistratus; milites; patritij; plebei: non Itali solum, sed Hispani,
Germani, Heluetij, Angli. viri ecclesiastici cuiuscumque pro-
pemodum generis, atque ordinis. erat ea certe iactura commu-
nis. virgines in monasteriis, cum eò quoque celeriter nuncius
penetraisset, itidem commotæ, statim ad precandum sese de-
derunt: ac tota fere nocte quædam in supplicatione perman-
serunt. ita circiter tertiam noctis horam III. non. Nouemb.
die sabbati, nos optimus Pater reliquit. cumque charissimam
animam hinc euolasse, facie propius admota experientes, co-
gnouissemus; clausimus, quoniam eramus a latere, relieti cor-
poris oculos.

Provincie Gv.
bernator ad
Carolum ac-
currit.
De tanti Anti-
stitis morte in-
finiti prope
dolent.

A V D I T A morte, is luctus, atque moeror fuit; vt in rerum Exequiæ, ae-
sepultura.
omnium desperatione versari ciuitas videretur. eos equidem C A P . I X .
libere, ac effuse flere vidi, quos a fletu penitus alienos, vel ob
charissimorum mortem, quisque facile iudicasset. neque vero
subito dolor, aut paucis, vt fieri solet, diebus desiit; immo au-
etus potius videtur in dies: sciteque dixere quidam; hunc dolo-
rem, non vt alij, tempore minuendum, sed potius augendum;
quod quotidie magis perspiceretur iacturæ magnitudo. Rite cu- Inter familia-
rium oscula &
lachrymas cor-
pus curatur, &
batur quale corpus.
ratu est corpus inter familiariū oscula. quod quidem macie sua
maiorem etiam inspectantibus doloris sensum efficiebat: vide-

batur enim propemodum ossibus, pelleque tantum constare: vt de eo fere, quod de sancto Basilio, dici posset; cuius vitam is commemorare frequenter, sibique proponere solebat: quemadmodum charta laternæ circumdatur; ita pelle prope arida reliquum fuisse corporis circumamictum. addebat, quod, vt quibusdam visum est, adhuc signi aliquid in dorso manebat, quod nefarij illius iactus memoriam renouaret. collocatum postremò est in palatijs facello, vestitum pontificiis indumentis albi coloris: & cum mira esset populi cupiditas visendi illius; timereturque ne immensæ multitudinis concursus, atque impetus, satis moderari posset: non solum nocte ipsa, quæ non multum habuit quietis; sed die item in sequenti clausæ habitæ sunt foræ. At cum diutius teneri populi desiderium non posset: corpore cancellis circummunito; quibus multitudinis impetus, vehemensque plurimorum studium cohiberetur; aditus omnibus apertus est liber. tantus omnium ordinum toto biduo concursus fuit, vt per amplas palatijs scalas, dum confertissimi alij descenderent, alij ascendere conarentur; seque mutuo premerent; multi ferrentur præcipites; nonnulli pene opprimerentur. ipsius sacelli non exigui tamen, parietes rumpere, multitudinique exitum patefacere, necesse fuit. diuturnior concursus fuisset sine dubio; exterique aduenissent, si amplius dilata fuisset sepultura. augebatur vero populi conuenientis dolor; quod tangere, atque osculari chari patris corpus per cancellos non possent; neque ob perpetuò confluentem multitudinem, morari saltem permittebatur, vt paululum eam intueri faciem, cōtemplaque possent, quam visuri amplius non erant. in qua quidem nouus quidam decor, præcipuaque tunc sanctitatis, & benignitatis signa quædam elucebant. Aliud solarium denegabatur, quod nonnulli tamen obtinebant furtim; vt globulorum coronæ, quas magna cupiditate offerebant, corpori admouerentur; quibus religiosius ob eius contactum vterentur in posterum; & inter res chariores asseruarent. Dum ibi corpus fuit, clerici semper astiterunt, pie precantes, horis distributis, vt alij aliis succederent; canonici maioris ecclesiæ; alia clericorum urbis collegia;

In palatijs facello collocatus.

Maximus omnium concursus ad corpus entwendum.

Circa corpus praefixa officia.

collegia; eius item familiares. feria quarta elatum est corpus, funusque ductum, vniuersis vtriusque cleri, tum piarum sodalitatem ordinibus comitantibus. vnuſquisq; autem accensum manu cereum tenebat. secuti sunt pontificio habitu ex Episcopis prouinciæ nonnulli; Nicolaus in primis Cardinalis; qui pro suo eximio in Carolum amore Cremona statim accurrit. Prouinciæ Praeses, Senatus, Magistratus; populique multitudo; quantalongissimis viarum spatiis potuit contineri. nam iudiciis omissis, relictis negotiis, clausis officinis, etiam ex agris longe conuenerūt. quorum fletus vere memorabilis, tum Antistitis sanctitatem, insignesque laudes; tum populi amorem, gratumque animum, satis per se prædicabat. neque se continuerunt, quin aliquando vocem simul tollentes, non sine multorum terrore; misericordiam, conclamarent; quasi ciuitatis exitium aliquid instaret.

Funeri statim successere funebria sacra, quæ Cardinalis idem celebrauit. quibus & sacri homines, & quotquot ecclesia maiore cotineri poterant, interfuerunt. concessionem habuit Franciscus Panicarola; qui de quacumque re apud quoslibet dixisset, summa vi dicendi permouisset omnium animos: nunc de tanto Antistite, ad auditores tam dolenter affectos; ipse lachrymis frequenter oborientibus, quid effecerit; facile coniici potest. Fuerat corpus in ampla structura alte collocatum; atq; ita communitum, vt cupida multitudo minime posset perrumpere. Sed fa-
etiæ exequiis, necesse fuit eum tutiore loco inter ferrea clathra ponere. nam summo studio, atque impetu irruerant plurimi, vt corpus tangerent; siue religione, amoreque inuitati; siue etiam sanitatis adipiscendæ desiderio incitati. Multi prauis dæmoni- bus occupati adducebantur, qui clamoribus, magnisque agitationibus fere perpetuò commotos ostenderunt, tum in funere ducendo, tum in diuinis faciendis, tum die ipso toto; quo ad populi solatium sine intermissione confluentis, intra septa illa corpus relictum est; vt sequenti nocte sepeliretur. Delegerat sibi ip-
se in testamento sepulturæ locum, ad primos gradus, quibus alter versus ascenditur; ante ipsum aditum; vt ingredientium, ac prætereuntium pedibus teri necesse sit. Eò, cum interim defos-

Quali apparatus ad sepulturam deglatum quoniam committatur.

Sacrafunebria celebrat Cardinalis Cremensis, concessione habet Franciscus Pancarola.

Exequiis completis sibi collegetur corpus.

Possessi a demonibus quid faciant.

Sepultura locum sibi delegerat Carolus.

sum, atque ædificatum subterraneum sepulchrum esset; corpus
 in arca plumbea inclusum; nomine ac tempore insculpto, intu-
 limus. lapis impositus est cum epitaphio, quod in testamēto ip-
 se conscribi iusserat his verbis, Carolus Cardinalis tit. S. Praxe-
 dis, Archiepiscopus Mediolani, frequentioribus cleri, populi-
 que, ac deuoti fœminei sexus precibus se commendatum cupi-
 ens, hoc loco sibi monumentum viuēs elegit. Testamentum fe-
 cerat ante annos octo, cum pestilentia vrbc̄m inuaderet, vt dixi-
 mus. ac h̄ereditatem quidem suam reliquit præcipuo pauperum
 valetudinario. sed a maioribus accepta bona, quæ fideicōmissi
 iure manere in familia necesse erat, Franciso Borromeio Co-
 miti patruo reliquit, eique patruelis suos Comites substituit,
 Renatum, & Federicum; qui quidem Franciso ante Carolum
 mortuo, ei successerunt; & meritò quidem, non ob propinquia-
 tem solum, sed ob eorum in Carolum obseruantiam ac pietati-
 tem: Federici præsertim; qui clericalem a prima adolescentia vi-
 tam amplexus, eius virtutes, moribus, & disciplina quotidie ma-
 gis expressit; quem Deus, vt esset expressior, atque illustrior imi-
 tatio, voluit anno ætatis suæ X X II. creari Cardinalem; ita Ca-
 roli quamuis mortui suffragantibus in sanctam Ecclesiam meri-
 tis; vt ex propriis tamen virtutibus omnium iudicio dignissi-
 mus habeatur. In eodem testamento religiose liberaliterque le-
 gauit multa. Sacra, precationesque anniuersarias ad maiorum,
 animæque suæ subsidium constituit. pro se quotannis obitus die
 fieri iussit; cavitque, si mors in diem illum incideret, quo dic pro
 Archiepiscopis mortuis sacra fieri decreto constituerat; differ-
 rentur in sequentem. ac quasi id præuidisset; ita euenit, vt se se
 habebat conditio. Ecclesiasticam supellecstilem fere omnem,
 magni pretij ecclesiæ maiori legauit. Scripta ad conciones per-
 tinentia Ioan. Francisco Episcopo Vercellensi. Familiaribus an-
 nuas pensiones, ex auitis fere bonis soluendas: religiosis colle-
 giis; anicisque aliis varia reliquit. Dedit eodem testamento er-
 ga filios id specimen amoris sui; vt quocumque loco morete-
 tur, cadauer tamen Mediolanum afferri, atque ibi sepeliri vel-
 let. Non videtur omissum; quoniam & hæc signa ad rem fa-
 cere

cetero exemplis didicimus ; iis mensibus qui hanc iacturam nostram antecesserūt, fulmina inusitato prorsus numero, per diocesim Mediolanensem erupisse ; in ecclesias præsertim ; quarum una fuit nostra Modoëtiensis , quamuis nullam ruinam passa. imo, quod præcipuum est, in ipsam quoque maiorem ecclesiam Mediolani irrupit fulgor ; & altaris maioris umbraculum non-nihil læsit. In Urbe vero malus in Adriani mole alte eminens, cui Pontificia signa quædam, solent apponi; cum de cœlo tactus esset; postridie accepto, dum adhuc lignum conflagraret, de Caroli morte nuncio, eam rem significatam multi existimarunt: quamquam alij retulerunt ad Gregorij Pontificis mortē qui post menses circiter quinq; diem suum obiit. sacris per ecclesias paſſim celebriter peractis, suam ciuitas erga tantum Patrem pietatem ostendit. Piæ, honestæq; mulieres multæ, quasi pro vniuerso sexu, cui se ille in epitaphio commendauerat, satisfacientes; tum funebria iusta, in eadem ecclesia maiore suis sumptibus fieri curarunt; tum facto agmine septem statas ecclesias, toto itinere supplicantes, crucifixi imagine prælata, cum Caroli insignibus, adierunt. quod idem primo quoque cuiuslibet mensis Dominico die postea seruauerunt : vt illud vulgo Cardinalis sodalitium appellatum sit. Signa moestitiae, ac doloris, etiam in longinquis christiani orbis regionibus edita sunt. Gregorius ipse Pontifex, eius audita morte, quemadmodum viri grauissimi nobis narrarunt, illud pronunciauit, Extincta est lucerna in Israël. In Heluetiis, ac Rhætis in primis, quantum impij gauisi sunt, grauissimum sibi aduersarium sublatum; tantum luxere pij acerrimum defensorē. quamquam dolere visi sunt ex iis quoq; multi, qui minore adducti malitia sequuntur impietatem. De morte narrationes : tum laudationes multæ, versu, solutaque oratione conscriptæ, inque varias linguas conuersæ, per orbem disseminatae sunt. Ioan. Franciscus olim, antequam Vercellensis Episcopus crearetur; latinum poëma de Carolo condiderat : φ hæc scribens editum audiui. poëmati laus debetur; fides item historiæ, si poëtica inuolucra detraxeris : quæ quidem indigna fortasse sacris historiis existimans, auctor opus edi nolebat, quemadmodum

*Quæ signa Cœ-
rolis mortem
præcesserint.*

*Quam pietate
Ciuitas erga
Pasterem suum
offenderit.*

*Pontifex audi-
ta Caroli morte
quid dixerit.*

*De mortenar-
rationes, tum
laudationes
multæ.*

*In morte suos
habuit detra-
ctores non ta-
men a Deo im-
punios.*

*Caroli qua-
cumque ima-
gines omnes ha-
bere student.*

*Anno ab eius
morte elapsis,
quid faciant
pij homines.*

admodum nobis affirmauit. At suos in morte quoque Carolus habuit obtructatores. cœnobotici ordinis homo ; cuius mores pene intolerabiles Carolus diu non solum tulerat, sed officiis, & mira benignitate moderandos suscepserat : incredibili odio Carolo mortuo maledicebat; eiusque nomen, ac memoriam infestabatur: neque ferre poterat, vt ei vita sanctitas a quoquam tribueretur. at is non multo post quorūdam criminum reus factus, Romamque vocatus, morte poenam vitæ huius effugit. Alius ordinis eiusdem, scriptor imperitus, & leuis, historia quadam edita, Caroli famam inepta quadam dissimulatione, acriter, & maledice vellicauit. ea de re cum Romam relatum esset; inspeçto libro, volumina omnia e bibliothecis auferri iussérunt summi iudices. homo paucos post menses interiit. Magna omnium animis memoria, vñceratioque eius sanctitatis perseuerauit. imaginis habendæ, quæ aliquo modo eum referret, tanta cupiditas fuit; vt inaudito studio quo quis operis, & artificij genere, innumerabiles effectæ sint; passimque a nostris, & ab exteris expectatæ : tum ad Principes, & Reges in longinquas partes præclaris munieris loco missæ. videre licet in prouincia Mediolanensi, per domos, per officinas, priuatim, & publice, passim affixam, imo pie, ac religiose collocatam eius effigiem; vt eo aspectu nemo carere potuisse videatur. quamquam incommode accidit, vt ex tot artificibus nemo fere, vere, vt erat, expresserit. nam vt pingi se viuens pateretur, ne petere quidem ab eo quisquam ausus esset. furtim vnus; aut alter, quod sciam, conatus est; idque satis feliciter. Anno ab eius morte elapsi, ipso obitus die, conuenerere, qui doctrinæ christianæ scholis sese exercent, & aliae item piæ societates : atq; agmine maximo ad statas septem ecclesias eius memoriæ gratiæ supplicatum ierunt. dumque ita pius populus toto pene die pluuiio tempore supplicationi vacans urbem peragraret; plurimi ad sepulchrum venientes sese abiicerent, faxumque flentes oscularentur; ipsa incredibilis detrimenti recordatio, cum tali publicæ pietatis, & amoris argumento coniuncta, ciuitatis luctum instaurauit. At libentius maxima pars eius laudes diuinis officiis concelebrasset: seque potius illi commen- dasset,

dasset, ut apud Deum iuuaretur; quod priuatim faciunt plurimi: quām orarent pro illo Deum; quod pleriq; inuiti quodammodo; propter spem de eius beatitudine firmiter conceptam, facere sibi videntur. plurimi ejus auxilium in suis difficultatibus, & *Plurimi eius opem in angustiis implorant.* angustiis implorant: multi vota faciunt, & persoluunt; cereis etiam ex ecclesiastico ritu allatis; qui honoris, & religionis gratia ad eius sepulchrum incendantur. ex Heluetiis nonnulli Mediolanum miserunt, qui vota persoluerent. vir clarissimus eiusdem gentis, primò quidem ad Varallium montem; inde ad Caroli sepulchrum pietatis ergo pedibus profectus est. cumque ægrotasset; se tamē iussit adhuc imbecillum ad idem sepulchrum rursus portari. Multi etiam beneficia diuinitus per eum a Deo accepta prædican: atque pridie eius diei; quo hæc scribebamus; funale ad sepulchrum allatum est ab eo qui diceret, sese cum *Beneficia per Carolum a Deo accepta prædicant muli.*

Carolum inuocasset, & votum fecisset, ex morbo quodam conualuisse. Quibus de rebus alias, ut spero, fusius explicabitur.



m

D E



D E

VITA ET REBUS GESTIS,

CAROLI CARD. S. PRAXEDIS ARCHI- EPISCOPI MEDOLANI,

Liber Septimus.

Statura, & effigies Caroli.
Caput. I.

*Auctoris in
hoc libro septi-
mo propositum.*

VULTA sunt ex Caroli factis , quæ cum historiæ filo duci cōmode non potuerint, minime tamen existimamus omittenda. Vno etiam in loco eius naturam, consuetudinem, disciplinam; ac animi imaginem quandam exprimere; huius videtur esse scriptio[n]is. nam vt in corpore toto diffusum sanguinem propriam tamen obtinere sedem videmus; ita Caroli moribus , licet vniuersa rerum gestarum narratione dispersis; proprius etiam locus recte videtur assignari. Ex his igitur nunc aptam operi conabimur addere quasi coronidem. atque omnia ad certa capita redigentes , prius quæ patent sensibus, quæq; in ipso fuerunt; deinde quæ ad alios priuatim, publiceque referuntur; ordine, quantum fieri poterit cōtexere studebimus: ecclesiæque administrationem ; quæque ei factæ sunt salutares accessiones , generatim comprehendemus. Statura fuit Carolus , quæ communem nonnihil superaret: cui membrorū quoque magnitudo , ossibus saltē, respondebat; nam carnis tantum fuit, quantum ieiunij permisit assiduitas. magni oculi , cœrulei que nasus grandior; rugis laxioribus ab eo ad mentum deductis.

ductis. capillus subniger. subrufa barba; & incompta, quamdiu non rasit. Auctoritas vero, grauitasque multa, toto vultu pallido, & macilento; qui veterum sacerdotum sanctitatem maxime referret. Robustum natura corpus idoneis signis multi iudicauere; sed curis primo familiaribus, dein ecclesiasticis, semper etatem praecurrentibus; studijs litterarum; laboribus demum, vigiliisque episcopalibus, & varia corporis vexatione debilitatuni.

C O R P V S. vt tractarit; quibusue quasi gradibus ad summam vitae asperitatem venerit; pluribus locis supra demonstratum est. quam ad rem vsus est, Deo concedente, duobus magnis adjumentis: alterum, quod nihil subito durius suscipiebat; sed sensim progrediens, tum vires experiebatur, tum sese paulatim assuefaciebat: in quo magnum salutaris progressionis momentum esse meritò existimat; ne vel se quis cito conficiat; vel defatigatus subsistat; aut de via declinet. Ita sese in aqua vsu habuit; ad quem annorum cursu ita peruenit, vt vinum paulatim minuendo, aquam vero addendo; stomachus demum aqua sola contentus esset. Ita in iejunio; quod multis annis, dierum numerum per hebdomas paulatim augedo, fecit quotidianum; illudque prandij solius, nihil vesperi prorsus admittens. Ita in omni fere obsonij genere reiiciendo; vt primò carnem, mox oua, ceteraque sensim dimittens; ad panem solum cum aqua, cibus denique redigeretur: quamquam morsanteuertens fecit, vt aliquot dies, puta tres in hebdomada restarent, quibus lacte potissimum, sed pomis etiā, & herbis, similibusq; adhuc vtebatur. simili vsus in Quadragesima ratione. gradatim in angustias sese sicuum aridarum, lupinorumque deducere curavit. Alterum adjumentum fuit; quod quæ semel suscepserat, ita constanter tenebat; vt neque labore, neque incommodeitate, neque humano, diabolicoue impulsu ab iis deduci posset. plurimi enim parum progressus idcirco habere videntur in via salutis; quod leuiter ab instituto defleunt; quotidieque noua ordientes, nihil ad exitum perducunt. omnino mira inerat, his praesertim temporibus,

Victus, & somnus eiusdem.
CAP. II.

*Quo ordine in
obsonis reici-
endis progres-
sus sit Carolus.*

*In suis seruan-
dis Institutis
constanter, &
patientia.*

bus, patientia inedia, vigilia, frigoris, assidui laboris; omnium denique, corpori quae sunt incommoda: ut demum, non pro eius appetitu, & ne pro vsu quidem necessario; sed pro occupationum opportunitate, & pro suo denique arbitratu, corpori satisfacere videretur. Cibum, si officium diuinum, vel humanum ita postularet; quod eueniebat frequentissime; tam facile diffrerbat in horas plures; quam alius rem quamlibet leuissimam. at contra etiam officij caussa tempus consuetum præueniebat; amicorum flagrantium gratia vinum, carnemque admittebat; bis in die quandoq; edebat: quamquam non ita facile extremo vitæ tempore: tum enim grauari se vehementer, & quasi febri tentari sentiebat, si amicis in eo genere obsequi conaretur. Sed Brixiae vidimus, cum ad eum hospes vir princeps venisset; bis in die cum eo accumbere; cibumq; promiscuum, etiam vesperi sumere; cum tamen longe post meridiem negotiorum commodo pranderet. Quibus diebus panem solum adhibebat, quoniā ēgre mandente diutius detineri necesse erat; edens supplices libellos, aut epistles inspiciebat, ac subnotabat; vel alia legebat, & meditabatur. Cum rogaretur, vt quam biberet, eius aquæ naturam saltem aliquo modo vellet temperari: delicias respondit in exercitatione patientiae minime quærendas. sese vino potius usurum. Cibum, & potum ita sumebat; vt nihil gustare videretur; nec quereretur umquam, vel datum aliquid quod nollet, vel secus factum ac vellet; nisi quid forte melius esse sentiret, quam ferret sibi proposta durities. Ad ea quæ legebantur edenti, tum ipse fuit attenus maxime; tum exterios quoque cum eo accumbentes attentos facere solitus est; de eo quod audiebat identidem aliquid dicens, ad pietatem excitandam. de cibo vero, vel potu nullum penitus umquam verbum. Corpus non exercebat: nisi quātum muneric, pietatisue ratio postularet; in quo non valetudinis modum respiciebat; sed rerum diuinorum ardentis studio ferebatur.

In Somno quā parsue.

Ad ea quæ in mensa legebantur, attenso.

Somno quinque horas dabat in lectulo illo suo paleato, & cannabino; sèpe etiam, si opus erat, breuius spatiū; nonnumquā breuissimum, & in sella aliqua collocatus: qui aliis tamen humanissimus Pater indulgebat, si essent imbecilliores; vt octo,

vel

vel etiam nouem darent: cumque eius familiaris narraret; cuiusdam non ignobilis rerum spiritualium magistri sententia, septem horas sano corpori concedi posse: de Episcopis, inquit, non puto locutum. Ante lucem surgebat semper ad somnum ytebatur nonnumquam tempore, quod itineri dare necesse erat: & nihil de iumenti celeritate remittens, ut poterat, aliqua ex parte satis necessitati faciebat. dormitabat saepet tamen interdiu, natura etiam moleste exigente, quod ei debitum erat: sed ita modice, ut omnia quae dicerentur audiret. dixisses in consultationibus quae doque, nihil omnino percepisse eorum, quae dicta fuerant; cum ille sententias aliorum repetens, optime omnia iudicabat. cum in sacris precationibus, psalmodiaque arcto somno teneri videatur, promptum se tamen praestabat absque ullius admonitu, ut si semper vigilasset, quotiescumque surgendum, caput aperiendum, aliudue ex ritu agendum esset. Admonitus aliquando, satius esse naturae quod necesse erat concedere; quam alieno tempore, & loco dormientis speciem publice præbere: naturae id esse vitium affirmabat sua; cui nullum somni tempus satis erat ad eiusmodi dormitionem vitandam; qua se vel medicis curationibus etiam expedire curauerat. Hanc vitæ duritiem, ex clero, populoque imitati sunt multi. qui vino, cibisque melioribus, pro modo quisque sibi proposito, abstinentes, aut etiam in tabulis cubantes, commune lautitiæ studium valde temperaverunt.

O M N I A captabat in quotidianis rebus durioris vitæ momenta, quæ plurimi vitare potius solent: in quo magnam vim meritorum, occulto quodam studio colligeret; & non medio criter ad perfectam vitam iuuaretur. Non paruum illud fuit in commodum, vel potius cruciamentum: neque die, neque nocte umquam ignis beneficium in regione valde frigida recipere, hominem interdiu male vestitum, noctu vix coniectum; palea subtus, supraque afflictum corpus fouente; vt non immerito dixisse videatur in oratione sua Franciscus Panicarola, nihil amplius Carolum usum suis, quam canem domini facultatibus;

Patientia frigoris, & aliorum incommodorum.

C A P . III.

Francisci Panicarola de Casoli paupertate sententia.

qui quidem pane, aqua, paleaque modica contentus est. At etiam, quasi humanis commodis illudens, Iulio Petruio religioso admodum seni, qui intimis obsequiis ei inseruiebat, non nihil eiusmodi acerbitatem quodam tempore querenti, eam esse rationem dixit, qua hyeme linta minime frigida cubans sentiat, qui ignem iis adhibere nolit: frigere adeo, dum in iis se collocat, ut præ membris suis linta minime frigida videantur.

S. Ans legebat, scribebatque. Stans legebat, scribcbatque semper, tabulæ innexus altiori. at foris, paratas ad usum sedentium tantum mensas reperiens, genua ponebat in solo. opinio fuit, salutaris patientiæ caussa

Quæ reuerentur s. sacra biblia legeres. eam quoque rem ab eo suscepit. cumque saepius multi sacra biblia, quæ frequenter in manibus habebat, ita collocatum perlegere vidissent; diuinos libros reuerentia gratia flexis genibus ab eo semper legi consuesse prædicarunt. captabat ille

quidem omni studio incommodorum, perpessumque occasionses; eximiaque erat erga diuinos libros reuerentia; ut meritò, ita sit existimat. sed aperuit nobis quandoque, dolens vitæ suæ asperitatem nimium prædicari, atque amplificari, quod silere non debo; id se facere valetudinis gratia, cum cum sibi situm usui esse ad quædam corpori necessaria cognosceret. id quatenus eiusmodi caussæ tribuendum sit, alij viderint. Ita

In angusto loco in suis ædibus consistebat. vero angusto loco in suis ædibus consistebat; ut angustiore religiosi viri nulli vtantur: tum æstate caloribus ita subiecto; ut pari propemodum patientia, ad calorem, frigusque opus esse videretur. Foris item, cum necessariæ occupationis gratia morabatur, ne forte oblectationis gratia secedere quis putaret; eodem modo incommoda eligebat loca; eaque interdum eiusmodi, ut omnes eius miserarentur conditionem; cum præser-

tim ubi confiterat, siue in algida, siue in æstuosa loca incidisset, constanter maneret; neque dolens umquam, neque aliquod leuamentum quærens. si aquæ, hortiue essent; ne aspiciebat quidem, nedum inambularet umquam. cum essemus in ecclesiæ Mediolanensis villa Crupelliana, & una Franciscus Adornus ecclesiasticarum consultationum gratia; ad fluminis Aduæ ripam semel post cibum cum processisset; in insignis cuiusdam

iucun-

Nihil corporis recreationes admittebat.

Mediolanensis villa Crupelliana, & una Franciscus Adornus ecclesiasticarum consultationum gratia; ad fluminis Aduæ ripam semel post cibum cum processisset; in insignis cuiusdam

iucun-

iucunditatis loco id ponere visus est, quas propter nos suscepisset; quamquam alioqui non sine caussa locum visit. Cum tot annis ad ædes S. Barnabæ Mediolani ventitarit; semel, aut iterum tantummodo, idque adductus Cardinalium hospitum caussa, hortos ingressus est. postremo vero tempore, cum suauitatem sese omnibus præbere studebat; eo semel nullius gratia ingresso; adeo mirabile visum est, vt inter se Patres quasi rem inauditam narrarent; magno præsertim accedente cumulo, quod manu sua pomum arbori detraxerat. Cum in eiusmodi religiosis locis edebat; vel solus, vel vno ministro contentus erat; nihilque sibi præter ceteros volebat apponi: quamquam postremis annis communis ceterorum modus, si tamen illum admisisset, pro lautitia illi esse poterat. paululum autem post cibum pie cum sacerdotibus collocutus, satis relaxationi datum dicens, ad opera sese reuocabat: nam vel modicum post cibum recreationis, quotidiana eius consuetudo non admittebat: nisi per statem quieti potius aliquid, quam somno, interdum ex necessitate daret. eam esse demum in hoc genere veram virtutem dicebat; non solum cupiditatibus resistere; sed eas persequi; sensibusque, non ea tantum negare, quæ vitiosam haberent voluptatem; sed studiose detrahere iucunda; molesta vero propinare. Itinera tum equis, tum pedibus durissime cõfæcta non vno in loco narrauimus. sed iter faciebat, tum magna festinatione semper, vt domestica iumenta non diu labori resisterent; tum cursu etiam, quotiescumque charitas postulabat animarum. idque eo labore, quem extenuatum, debilitatumque corpus ferre necesse erat: quemq; sibi propemodū intolerabilem esse, quandoq; fassus est. Cremonense iter milliū quinquaginta, cum vsu venit, & alia similia, vno die confidere solitus fuit: pluuias, tempestates, nocturnum tempus, præcipitia montium; fluminum, lacubum, latronumq; pericula; hospitia incomoda, frigora, calores, contemnebat. quibus de rebus nemo est familiarium, qui paratas non habeat narrationes admiratione dignas. hic Verbanī lacus vndas; ille Apennini tempestatem, & turbines; aliud Alpium rupes præruptas, & carum diurna, nocturnaque pericula recor-

In religiosis locis edens quoniam cum coagi solebat.

Memorabilis Carolis sensus itineraria quo modo faciebat.

recordatur. mirum vero omnino; tot, tantisque periculis, & casibus quoque multis, neque ei, neque comitum cuiquam mali aliquid euenisse. puluerem æstate ab ore non deficiiebat: vestitus numquam habebat manus; vt hieme; præsertim si loca montana, asperioraque obiret; tumidæ perpetuò, plenæque ulceribus apparerent. neminem ad hospitia præmitti, præsertim ieiunij diebus, patiebatur; vt subito adueniens, aliquid semper addere suis posset incommodorum thesauris. Pedibus, si tamen hoc inter Caroli labores numerare conuenit, per urbem ibat: nisi hospitum Præsulum caussa equos interdum adhiberet. currus neque in urbe, neque in itinere admittebat; quod non ita de core Antistes in iis esse videbatur; neque crux præferri satis decenter posset. Romæ tamen ceterorum morem in eo sequebatur: nam & ibi forma esse videbantur decentiore. nostratisbus interdum usus est hospitum Cardinalium caussa; quorum commodis, præsertim si essent imbecilli, amantissime seruiebat, leticam, si vehiculum Præsuli adhibendum esset, ob decorum, & legendicommoditatem, in primis probauit: ipseque postremq; tempore tum hospitum in urbe, tum sui, suorumque commoda in itinere adhibuit.

P R A E S C R I P T A medicorum, cum iis sese curandum trididerat, ita seruauit; vt nihil præter eorum iussum, vel quod vehementer expeteret, quamuis minimum, reciperet; vel quod maxime horreret, recusaret umquam. sed quæ in eo genere ferenda essent, ea prompto animo ad exercitationem asperioris vitæ referebat. cumque saepe morositas quædam, atque fastidiū soleat ægrotis, etiam religiosis condonari; non erat in eo quod ferretur ægrotante, magis quam in valente. quin etiam dicere solebat, in cuiusdam voluptatis loco mōrbum se habere; cum eo tempore semotis curis quietescere, seque ipsum liberius daretur attendere. si quando medicis ægrotum alium parere nolle cognosceret; reprehendebat; & vt faceret, grauter hortabatur. Cum ad Dei misericordiam pestilentiae caussa implorandam, yna cum clero, & populo ad celebriora urbis loca, seu compita suppli-

Morbos, &
dolores cor-
poris ut tol-
rauerit.
C A P . I V .

*Voluptatis loco
morbos habe-
bas.*

supplicatum iceret, sanctumque clavum ferret; pedem nudum clathro ferreo; quo subterraneæ cellæ fenestra muniebatur, impegit; atque vnguem maioris digiti ita summouit, ut tota via, quæ multa restabat, abunde sanguinem funderet: neque tamen ob doloris sensum, qui ea parte vehemens esse solet, de incessu quidquam remisit. narrat medicus; supplicatione demum peracta, cum accersitus esset; inspecto vulnere, tolerantiam viri se esse eius patientia. admiratum: cumque dixisset, esse vnguem necessario abscindendum: Carolum, qui sibi post abscissionem necessario quietandum esse verebatur; quasi nihil morbi, dolorisque vim aestimaret, sibi respondisse; in aliam diem id esse differendum, donec in ecclesia quasdam sacrorum munerum functiones obiisset: obligaret tunc quidem vulnus aptiori quo poterat modo. tertio die medicus vocatus, id exequi iussus est, quod ad curationem necesse erat. ibi vero Caroli mirificam patientiam sese obstupuisse testatur: ei enim grandem vnguem, vulneris acerbitate recrudescente, ita excidisse; vt cum ipse in eo genere exercitatus perhorresceret; neque corpore ille, neque voce, neque spiritu ullo modo commoueri videretur. neque vero ob id diu quietuit; aut labori, vel viæ pro quotidiano ecclesiæ vsu pepercit: vt ex eo potius noui cruciatus, ac patientiæ nasceretur occasio. nam infirmo pede lapsus, os manus loco suo mouit. id reponere quidam conatus, cum minime asscutus esset; medicus idem, ingravescente admodum dolore restituit, prorsus ita se habente Carolo; quemadmodum is loquitur; ac si permulsiisset integrum manum.

I N C R E D I B I L E M laborum tolerantiam, occupationum-
que infinitam prope continuationem, superius attigimus: vnde Labores, & oc-
facile fuerit totius agnoscere vitæ consuetudinem: nam alioqui
cupationes.
actorum eius diurnum, non leui argumento confici potuisset;
C A P . V.
quod audio ex eius domesticis quosdam, pro ea temporis parte
faltem fecisse, qua fuerunt apud eum; motos admiratione labo-
rum, quos ab eo quotidie sustineri videbāt. Eiusmodi laborum
causas, quibus interdum Episcopi nonnulli carere sibi viden-
n tur;

tur; tum admirabile studium pariebat ecclesiæ in omnes partes veteris disciplinæ cogitatione conformandæ; gregisque ad cœlestia bona, continua progressionे ducendi; quod quidem negotium nullis agendi terminis continetur. tum vero animi Deo penitus dediti, diuina quædam inflammatio; qui nulla diligentia, nullo umquam labore contentus; numquam satis suo iudicio perpeccus; neque pro infinitis tanti Domini meritis; neque pro suis, suorumque peccatis, sibi videtur umquam posse satisfacere. maxime item, ut in omnibus, S. Ambrosij exemplo movebatur, de quo Paulinus scribit, in diuinorum munerum functione tam magnos consueuisse labores excipere; ut quæ officia erga eos, qui salutari lauacro abluendi essent, solus obibat; iis post eius obitum vix Episcopi sufficerent quinque. quod idem merito de Caroli laboribus dici potest. Hinc diurna, nocturnaque in meditando, scribendoque occupatio; hinc longissimæ consultationes: assiduitas respondendi iis, qui consulere, opem-
tue implorare necesse haberent; diuturnæ supplicationes; sacramentorum administratio, sæpe usque ad noctem ducta; labor as-
fidius concionum, visitationum, aliarum rerum, quæ sexcentæ singulis horis, propeque momentis occurrabant. Cum Episco-
pus ad eum scribens forte significasset, sibi parum esse negotij, eam vocem, ut Episcopo prorsus indignam, & turpem, grauibus ad eum litteris datis, acriter, lateque reprehendit. Cum Nouarie Francisci Episcopi exequias celebrasset; quidam eius mortis caussam dolentes, laboribus tribuebant, quibus in lustrandis sue dioecesis ecclesiis eo anno non mediocris vigilantia sacerdos perfunctus erat. at ista ipsa, inquit Carolus, de caussa, & isthuc ipsum agentem, hoc est pro ecclesia sua laborantem, Episcopū, decet mortem oppetere. Dicere solebat, tantum esse Episcopo negotij, quantum ipse velit: hoc est pro eius studio, vel negligencia. item, Nullum Episcopum muneri suo posse satisfacere, si valetudini parcat; & earum rerum observationibus teneatur, quæ nocere corpori, professeue possint. Quod populi parum ad salutem proficiant, maiori ex parte culpam esse Antistitum affirmabat; qui non assidue curant, atq; urgent eorum progressiones.

QVI

*In laboribus
subcundis Di-
uum Ambro-
sium imitari
vitebatur.*

*Episcopum
quendam gra-
uerre repreben-
dit.*

Qv i corpus tam dure habuerit, nullum quoque penitus *Vita cultus.*
cultū adhibuisse, vel nobis tacentibus, licet coniicere; nisi qua- *CAP. VL*
tenus munditiæ, vel dignitatis cauſa necesse putaret. Nullum
sericum adhibuit indumentū: sed eius generis tamen, quæ per-
ſonæ conuenirent. posteriorem tunicae partem, quam ſolent fa-
cri Præſules magis demiffam humpi trahere, libenter & qualem
reliquæ recipiebat. vefimentis, omnibus quidem diutius vte-
batur, ac tritis; ſed quæ in conſpectu non erant, in primis reſar-
ciri non ſemel iubebat. Opera ſuorum exuendi, vefiendiue cor-
poris cauſa fere non vtebatur; idque ſepe ob alienum, & incom-
modum iis cubandi, ſurgendiue tempus. eorum vero, qui ſacris
effent initiati, nihil ad corpus ſuum obſequij paulò viſioris ad-
mittebat. epifcopali vefte linea, humerorumque amiſtu etiam
domi ſemper indutus erat, ad personæ dignitatem ſeruandam.
nam & domicilium ſuum, locum publicum ducebat; ſuosq[ue]
ibi volebat, vt in publico, versari. Itaque mane antequam ea in-
dumenta ſumpſiſſet, neque in exterorum conſpectum venie-
bat; & neminem niſi intimum patiebatur intromitti. Ac quo-
niam ab oratione, & ſacræ aquæ aſperſione diei antecedentis, vi-
que ad Miſſæ ſacrum poſtero die factum, nihil, quantū fieri poſ-
ſet, ob rei diuinæ reuerentiam loquebatur: publicum vefitum
diſſerebat, donec ad ſacrum prodire velle. in cubiculo vero pri-
uatum pulla quadam, & rudi vefte vtebatur; quam ſuam appella-
bat; cū personæ ſuæ reliquas eſſe diceret. Exquifitam adhibebat
in omnibus ecclesiastici decori ſeruandi curam. in iplſis caligis,
& calceamentis; ac in omni veftitus parte; tum in omni officio,
ac geſtu; quid ſacrum virum deceret, attendebat: vt nullum pe-
nitus elegantia, venustatue, nedum leuitatis profanæ veftigiū
appareret; nihilque a dignitatis grauitate, ſanctitateq[ue] alienum
videretur. quæ quidem minute perſequens, gratum facerem
fortaffe multis; plerisque vereor ne moleſtum accideret. Sunt
qui animi virtutibus intenti, hæc vt leuiora negligunt: ipſe ve-
ro; id quod perfectius, multoq[ue] melius eſſe conſtat; cum ea quæ
grauiora effent, in primis curaret; tum hæc etiam ſibi iudicabat *Santi Ambro-*
minime pretermittenda. Commemorabat interdū S. Ambroſij *Sifaltum com-*
memorabat

factum, qui in clericorum numerum admittere quendam recusauit, cum eum sese in gressu leuiter, & indecorum habere animaduertisset. Aderamus in cubiculo cum Episcopi caligas, deducta veste; & earum constringendarum rationem comiter inspexit, reprehenditque; quoniam ea in re profanam consuetudinem imitaretur. E fenestra nihil in via vniquam; quidquid ibi audiretur, spectauit. loco nullo inambulauit. vulgo iudicari posse, opinor, putauit; his actionibus aliquid inesse, quod ad curiositatem, otium, curamue corporis nimiam pertineret. In ea vero decori parte, quæ valeret ad obsecracionem, & omnem turpitudinis odorem vitandum, præcipuam adhibuit diligentiam. nam ipsam pudicitia virtutem a pueri coluit religiosissime, sicut iam tetigimus. ab omni verbo, in quo aliquid non solum obsecracionis, sed licentiae, vel deformitatis appareret, diligenter cauit. in cauissimis aliquando, vbi de matrimonio, & eius impedimentis ageretur, laborabat magnopere loquens, ac pene torquebatur; vocabulaque a re ipsa quam remotissima expiscabantur, vel adhibebat latina. ephebos in domum non admisit. cum foemina numquam locutus est; quin ex grauioribus domesticis vnum, pluresue adessent. Domum nulla parte pictam esse voluit; nisi viridem parui cubiculi sui tinturam visus gratia quæsitam, picturæ loco numeraueris. atque initio quidem cum Mediolanum esset venturus, ædesque Archiepiscopales iussisset instaurari; cœperunt lacunaria quædam pingere, atque ornare: quod ipse statim prohibuit; pictaque inducto albario deleri iussit, id quod hodie quoque perspicitur. totas vero ædes, amplas tamē, modesto, vulgarique opere perfici iussit. Supellestile in domo ad ipsam quotidiani usus necessitatem redactam habuit, nihil omnino fuit post egregiam illam inter pauperes partitionem ad parietes, ostiaue contingenda. hospitum vero cauissa mutua sœpe multa sumere necesse erat. Equile mandauerat ædificari, quod vetus, noua coenaculi, locorumque adiectorum ædificatione diruendum esset. præpositorum imprudentia magno id sumptu factum est. Carolus cum demum re pene perfecta, audiisset; neque enim alias, quam sacras fabricas inspicere solebat; vehementer

*Pudicitiam
perpetuo co-
luisse.*

*Domum pi-
etatis esse no-
tus.*

*Supellestile
præter ad se
necessitatem
se abdicauit.*

*De equili ma-
gno sumptu fa-
cto, doluit, mi-
nistrumque
reprehendit.*

menter doluit, ministrosque reprehendit; tum diu inuestigauit, licet frustra, num vsui sacro fortasse, vel omnino digniori ædificium destinari posset. Quamuis magno numero, hoc est circiter *Quansus fuerit domesticorum numerus quoque in iste re.* centum, eius domestici essent; exibat plerumque tamen paucis comitatus; aliis alienigenæ occupationis ecclesiæ cauſsa ut ille impeditis. ipſe vero neque numerum maiorem respuebat; neque etiam paucitatem grauiter accipiebat; quam pertinere ad christianam modestiam intelligeret. in quo non occupationis solum necessitatem; sed negligentiam quoque ſæpe ferebat; quæ dissimulatione, patientiaque ſæpe alitur. quod in Caroli priuatis rebus argumentis non paucis cognoui: nam familiares non nulli in eius corpore incommode, duriterque habendo, mirifice cum Carolo consentiebant: & ei commoda sua negligentem, negligētia ipsa diligenter inſeruiebant: vt verissime dixerit quipiam; qui res incommodas, acerbasque sequatur; vel abiectione, patientiaque exerceri velit; cum plurimos inuenire passim adiutores. At erant, qui, tum exiguum ſæpe comitatum; tum alia quædam in Carolo ad christianæ humilitatis virtutem pertinentia reprehenderent; & summam dignitatem aliquo modo *Quidam eius humilitate reprehendentes eum ad Pontificem detulerunt, at sapienter pro se difensfecit.* imminui quererentur. res etiam ad ipsum Pontificen Pium quintum quandoq; relata est: cui Carolus ita facti sui rationem reddidit, vt nihil haberet optimus Pater, quod improbaret. Eorum qui Dei ministri essent, dignitatem, ac existimationem, dicebat, non in humanis ornamentiſ; quæ tamen ad certum modum pluribus de cauſis effeſt adhibenda; ſed in religioſis virtutibus conſistere. Res ipsa declarauit, & ſuperius narrata demonſtrant; Caroli abiectionem, morum grauitate, sanctitateq; coniunctam, ſummis, atque infimis tanto ſemper in honore fuiffe: quantum nulla terreni ſplendoris ornamenta conſequi potuifent.

P A V P E R T A T E M Carolus amauit ſemper; & quecumque effeſt religioſe paupertatis officia. eius victus, vitæque cultus ſatis oſtendit. ſi quid in mensa, & omnino in domestico ſumptu paulo copiosius, largiusue fieri animaduerteret, ſolebat statim corrigeſe. id vero tam celiſi animi vir, qui omnes alioqui de-

*Quae dona sole-
ret accipere.* re familiari curas, minutas, & cogitatione sua indignas iudicabant; virtutis caussa obseruabat diligenter. Poma tantum, aut eiusmodi munuscula solebat accipere; eaque fere a religiosis vi- ris: quæ ipsa item, vt eleemosynam pietatis gratia datam, reci- pere videbatur. Quam vero parcus in iis erat, quæ ad sui corpo- ris commodum, domesticamue affluentiam pertinere posse vi- derentur; tam erat in ceteris omnibus, quæ pietati conduce- rent, liberalis; prorsusque opum magnanimus contemptor hu- manarum. quid amplius in hoc genere cōmemorem, post maxi- mas pecunias religionis ergo donatas; amplissimas facultates dimissas; exhaustam magnifica, & pulcherrima supellestili do- mum; administrationis, officiaque honestissima, cum fructibus, & vestigialibus vberrimis relicta: post ea denique pietatis caussa contempta, quæ summi s̄æpe viri studiose querunt; eademque tanta munificentia donata; vt nisi christiana, diuinaque liberali- tas ea fuisset; dissolutam prorsus effusionem esse necesse fuerit. Sed aliquid etiam supereret minime sfernendum. quam daret ex-

*Eleemosynas
largissime ero-
gabat.* facultatibus quæ remanserant eleemosynam, non opus est expli- care. hoc sufficit; quidquid suo, familiæque necessario sumptui supererat, totum pie, ac religiose donabat. Egentium sacerdotū. postulationes benigne tribuens, alias supcrauit, alias præuenit, iis qui apud eum ecclesiæ operam dederant, imo & propinquorum eorum necessitatibus moderate subueniebat, si veras esse necessitates videret: de cetero largiri Episcopum nō debere aie- bat; sed omnia pauperibus, ecclesiæque suæ referuare; cum tanta, semper ad gregem pro debito officio iuuādum offerantur; vt vel maximæ facultates non sufficient. cum ad eum retulisset, qui fa- miliæ præerat; a pedibus hominem esse, qui iam minime aptus labori, ideoque dimittendus videretur: eandem ei mercedem, atq; adeo maiorem tribuitum cōsuetis laboribus eximi iussit. Summas fructum suorum, expensarumq; rationes satis habebat generatim, eatenusq; cognoscere, quatenus negligentiæ in fru- ctibus ecclesiasticis erogandis condemnari non possent; caueret- que, ne sumptu nimio æs alienum cōtrahens, creditoribus esset detrimento. quamquam accepti, & expensi plerumq; rationem:

cum

*Factum linda-
bile.*

cum omitteret, sumptus autem piis de causis large mandaret, ne
 hoc quidem satis poterat cauere semper, tantumq; aberat, vt ex
 reditibus quidquam vlo anno superesset; vt saepe antecedentis
 anni sumptus, in fructibus insequentis non modica ex parte ni-
 terentur. Nummorum genera, quantiae essent, minime noue-
 rat; ac eos vel aspicere ægre videbatur. Cum auro rū quadragin- Quantum a po-
cunia abhor-
neris.
 ta millia ex iis, quæ in regno Neapolitano vendiderat, allata es-
 sent ad eum in cubiculum, vbi acceptæ pecuniaæ testimonium,
 ipsa præsente pecunia, conficiendum erat: ita exhorrescere vi-
 fus est, vt si anguis esset oblatus, cubiculoque relicto, vix perfi-
 ciendi actus necessitate reuersus est. tum vero statim auferri ius-
 sit; & Præposito domus Cæsare Speciano accersito; de quo saepe
 mentio facta est; ad vsus pios dilargiendam totam distribuit, sic;
 vt aliquot addere aureorum millia necesse fuerit. eius Oecono- Cuiusdam Oe-
conomia indu-
stria Carolo nō
probata sed
grauius repre-
hensa
 mus inter alios fuit vir bonus, valdeque industrius, & ei cetero-
 qui charus; sed tanto facultatum Archiepiscopalium augendi studio; vt prædiola, vel agellos addere prædiis ecclesiæ perpetuò studeret. quo in genere studioque aliquid eorum fere commit-
 tere oportebat, quod profani homines facere solent; qui egeno-
 rum saepe necessitate, ad suum quæstum, res eorū emendo, abu-
 tuntur: ex cupiditate emunt maiora, quam ut possint præsenti pecunia satisfacere: vt semper debeant, aliasq; semper cogantur reseruare pecunias. minoris interdum emunt, quam res valeat, de redimenda re pacientes; idq; ad maiorem interim pecuniæ fructum. quæ quidem saepissime sunt avaris, atque improbis tur-
 pissimi quæstus integumenta; vixque multis assignatis conditio-
 nibus, a iuris sacri peritis possunt laqueis improbitatis expediri: semper vero suspicionem non solum cupiditatis; sed etiam fla-
 gitij meritò mouent. Eius igitur generis negotia, cum ab admi-
 nistro suo gesta Carolus rescisset; & ex exemptionibus quibusdam adhuc multū deberi, quod tenues homines exigendo defatiga-
 tentur: quamquam nihil improbe contractum argui poterat; summo tamen dolore affectus, hominem vocat: multis præsen-
 tibus; quoniam se inconsulto, ac omnino contra eius sententiā, ac volūtatem ea facta esse patefieri oportebat; acerrime si alium vlo

vltio tempore, increpat; an eiusmodi essent, studiis suis, & omnino episcoporum, clericorumque officio digna: quantam infirmis præsertim animis, ansam datam esse, ad suspicandum de mente Pastoris sui; quantam malis ad obtrestandum: quoniam ore populum ad cupiditatem rerum humanarum fugiendā, terrenaque contemnenda hortaretur, cuius minister augendæ rei cupiditati tantopere visus esset inseruire: nexibus eiusmodi, tricis, inuolucris, ita enim appellabat, in discrimen vocatam fidē, existimationemque suam; & vna cum ea, quod in primis dolebat, populis tri religiosas progressiones, ad id tempus, tanto studio, tantisque laboribus comparatas: quiduis perpeti se, aut amittere maluisse, quam eiusmodi compendia facere: si alia ratione pretium emptorum bonorum creditoribus solui nō posset; vendi se iubere quamprimum alias ecclesiæ possessiones. quod re ipsa perfici quamprimum per Lanfrancum Regnam iurisconsultum, & canonicum Med. in eo munere substitutum, curauit: cum ex increpationis dolore, vt existimatum est, ille in morbum incidisset; mortemque non multò post angore confactus obiisset. Domui Præpositus postremis annis Antonius Seneca, sumptus magnitudinem respiciens, inter alia conquerebatur; ex familiaribus quendam, a se nulla facta potestate, cellis penariis omnibus afferre manus, & effundere largiter. Carolus autem ita sinere iussit; cum eleemosynis tribuendis ille præfatus esset. Lis illata erat eius nomine Cardinali, primis Pij quinti annis, de nobili Abbatia aureorum annuorum circiter duodecim millium: cumque accepisset, sacros Rotæ Romanæ iudices nonnulla iudicasse, quibus facile, vel potius sine dubio sese cauſam obtenturum speraret; sponte cessit, ac præter omnium opinionem remisit, quidquid ea in re posset consequi; motus, vt aiebat, quod neque negotiis eiusmodi volebat suum a rebus diuinis animum distrahi; neque cum collega iudicio disceptare: omnino, quod litem nullam, quæ ad se priuatim pertineret; in qua esset actor, prosequi apud se constitutum habebat. non enim eam sibi satisfacere rationem; quod posthabita omni diligentia, ne dum perturbatione; iudicibus rem totam posset permittere: respicien-

*Quid in liti
grauilli illata
fecerit.*

spiciendum namq; esse quomodo posset ille, vnde peteretur, ex actione commoueri ; cuius animum remittendo sedare , & ad amorem alicere in sua manu esse videret. factum mire collaudauit Pontifex ; collegæ, aliquique omnes : magnumque boni reliqui ex eo lætitiae fructum , propter illustris, religiosique exempli vtilitatem , perceperunt. Scimus alias etiam de priuato iure suo non semel eum insigniter remisisse , tantum ne quid ex litibus in aliorum animis offensionis oriretur. Mercedes, & pretia rerum suarum, si creditores cum eo forte conquererentur, familiaresue ipsi consulerent, ita iudicauit; vt non æquitatem solum expleret; sed expectationem quoq; potentium, liberalitate vinceret. quibus de rebus hoc loco breuitatis causa non explicamus. Cum ad locum diocesis quandam venisset, vltimis vitæ suæ annis ; mulæ, & equi omnes, quibus ipse, comitatusque vhebatur, hospitis vel domesticorum eius culpa incendio necati sunt. at nihilominus hospes incensi stabuli sui damnum resarciri a Carolo petiit, facileque impetravit. Quandiu sumimum sacræ poenitentiæ magistratum tenuit, nulla vñquam munia ad eum pertinentia vendi permisit; cumque modica inde percipi emolumenta nunciaretur ; tantum abest , vt doleret; vt lætitia potius afficeretur. Cum Aronæ arcem Gubernator, vt ante diximus , occupasset ; adduci numquam potuit, vt de restitutione quidquam ageret, aut suo nomine agi pateretur a Borromeiis; qui tamen aliquot post annis eam a Philippo Rege receperunt. immo cum ea de re nuncio Romam allato , Gregorius Pontifex grauiter ferens, de ea restituenda suo nomine agi cum Rege iussisset; gratias egit ille quidem Pontifici : sed rogauit, vt ea omisfa cura, rebus ecclesiæ suæ potius perfecte consulere pergeret: de iis reuera se vehementer solicitum esse. atque vtinam , dicebat, in arcem Aronæ recidant, quæcumque possunt in ecclesiam cōmitti. qua in re non rerum tantummodo humanarum contemplationem ; sed charitatem quoque insignem Ecclesiæ Carolus ostendebat ; cuius rationes aliis vtilitatibus omnibus semper voluit anteferri.

*Caroli fallatum
collaudans
Pontifex.*

*Mula , equisq;
quibusdam in-
cendio consum-
ptis quid cge-
rit.*

*De Arona arce
sibi restituenda
nihil suo
nomine agi
permisit.*

De eius ædificationibus.
C A P . VIII.

A d hunc locum ædificia referri possunt; quæ foris, & in urbe magnis sumptibus ad publicam utilitatem Carolus variis temporibus extruxit. mitto profana, quæ Bononiæ, ac alibi quoque visuntur. Archiepiscopales, canonicalesque ædes eo loco ædificauit; quem a Ioanne Galeatio Sfortia Mediolani Duce Vidus Antonius Arcimboldus Archiepiscopus olim ad suam, canoniconumq; habitationem obtinuerat. Cum enim ecclesiæ maioris ædificandæ cauſſa, ædes ecclesiæ dirutæ essent; neq; vnquam, ut promissum erat, siue Ducis sumptu, siue facultatibus ad ecclesiæ fabricam destinatis, restitutæ: tandem Arcimboldus, veteribus, & amplis ædificiis a Duce prope maiorē ecclesiam impetratis, eorum quidem partem ad habitationem suam instaurari curauit; sed tum opus ipsum imperfectum; tum canonicorū domicilia nondum erant inchoata: Ducesque, ac deinde prouinciae Rectores partem canonicas attributam, quòd Regiæ propiore esset, sordidis vſibus occupabant. Carolus igitur, iis omnibus, Philippo Rege facile cedente, recuperatis; & ab iniusto, indignoque vſu vindicatis; tum Archiepiscopale palatum perfecit; & non modica parte vſq; a fundamentis fabricata, ad maximum familiarium, hospitiumq; numerum accommodauit: tum canonicales item contiguas maxima ex parte, certis attributiſ ex iis quas posſidebat, facultatibus, ædificauit: & magnas lapi-deas porticus adiunxit. quibus ædibus circiter triginta domicilia continentur, quæ singula canonici familiam commode, atque honorifice capiunt. Domum, interposita licet via, his adiecit, in qua xenodochium ſenum habebatur; vt ibi minorum eiusdem ecclesiæ presbyterorum domicilia ex iisdem facultatibus ædificantur: cum xenodochium ad Othatiana ædifica, de quibus superius attigimus, tranſtulifſet. In ecclesiarum, collegiorumque plurimas ædificationes magnam copiam liberaliter cōtulit: de quibus narrare singillatim nimis longum eſſet. Ticensis collegij fabricam primo ſuorum honorum tempore, magnifico plane, regioque sumptu coeperat; atque ita amplam, vt magnum nobilium adolescentum numerum caperet, qui variis scientiis operam darent, ſed poſtea tantam ſpeciem ſubmoleſte ferens;

Archiepiscopale palatum perfecit, canonicales ædes ædificauit.

Ticensis collegij fabrica permagnifica.

ferens; & religiosiora spectans, quām disciplinarum humana-
rum studia, laicorum fere hominum ciuiles progressus videren-
tur; tum fabricæ ornamenta, vt potuit temperauit; tum sæpe de
tota re cum amplis fructibus annuis, in aliū vsum conuerten-
da, qui diuinis, ecclesiasticisque rebus magis conduceret, sæpe
cogitauit. sed Comite Federico suo demum, cum aliorum ado-
lescentum non paruo numero ibi collocato; qui habitationis,
tum disciplinæ in primis fundamenta quædam iaceret; institutā
locirationem teneri passus est: quam Federicus deinde optimis
legibus constituit. Ædes ad ecclesiam S. Ioannis, vbi clericō-
rum constituit seminariū, magno sumptu ædificauit: alias iti-
dem ad alteram eiusdem sancti ecclesiam, vbi nobiles adolescē-
tulos educabat. In ecclesiis, quas tenuit, quarumue fructus ac-
cepit, Romæ, atque alibi non vulgaria reliquit religiosæ libera-
litatis suæ vestigia. ecclesiam vero S. Praxedis; cuius titulum
post duos alios nactus retinuit semper, charumque habuit; om-
ni licet emolumento nudam, pro eximia loci sanctitate, neces-
sitateque, magno sumptu vna cum ædibus instaurauit in primis,
& ornauit. Non prætercunda fabrica Crupelliana in agro Me-
diolanensi: nam licet parochus alius satis propinquus esset: ec-
clesiæ tamē colonis, quamuis non ita magno numero, præcipue
dandum existimauit, vt commodissima salutis haberent adiu-
menta. itaq; ecclesiam, domumq; suo insigni sumptu fabricauit,
parochi etiam stipēdia constituturus, nisi mors anteuertisset. Ibi
quoq; posuerat domus Archiepiscopalis fundamenta; & ne am-
plius ædificaretur, mors itidem impediuuit. ad cam enim posses-
sionem millia passuum viginti distantem, cum necessitas occu-
pationum postulabat, libenter consueuerat concedere; oppor-
tunitate inuitatus, quod subuehi naui per riuum poterat, qui a
flumine Adua Mediolanum decurrit; & ita itineris tēpus etiam
legendō, scribendoq; vtiliter consumere. Ibidem in declivi ri-
pa fluminis, cuius altitudinem prærupti lapides tenent, loca de-
signauerat domui coniungenda; quibus apte distinctis, sacrif-
que imaginibus instructis, ad diuinās contemplationes quibus
tantopere postremis annis erat intentus vteretur. Ac licet

Seminariū
aliasne pro no-
bilibus adoles-
centibus ades
adficavit.

Ecclesiam san-
cta Praxedis
Roma instan-
ranie.

Ecclesiam Cra-
pellianam do-
numq; fabro-
cauit.

auta castella, possessiones, & villæ, præsertim ad Verbanum lacum, & in ipso lacu, plurimum haberet non dicam amoenitatis, quam minime curabat, sed ad diuina contemplanda commoditatis; neq; tamen ibi quidquam sibi ædificandum cogitauit; neq; adiuit vñquā; nisi vt loca in sua diœcesi necessariò sibi visenda.

Vt res gesserit.
Cap. IX.

IN eius rerum gerendarum ratione, duo pene vulgari iudicio pugnantia videbantur. ex altera parte si spectaueras; totam rem admirabili quadam fiducia diuinæ prouidetiæ ita commissam videbas; vt nihil spci penitus in humanæ diligentia officiis relictum videretur: ex altera vero, cum nullum officij, studij, curæ, industriæ munus, tempusue prætermitteretur: nihil in diuina ope positum prope modum arbitrabare. In negotiis suis membris, animumque in primis perturbationibus vacuum, in id firmiter intendebat; quod optimum, reætissimum, Deoque grauisimum videbatur. tū ea studiose Deo, plurimis deprecatoribus, publicisque supplicationibus adhibitis, commendabat; quemadmodum historiæ cursu non semel indicatum est. tum, vt erat acri ingenio, iudicioque, omnia circumspiciebat; cōmoda, atq; incommoda ponderabat; quibus viis detrimentum importari posset; quibus remedium afferri, diligenter inuestigabat: calamitas etiam difficultates, remedia, argumenta, cautions; & omnino quicquid in re tota esset, distincte, ordineque notabat; ne quid elaberetur; aut imprudenter, permixteue fieret alienum præterea consilium prolixè, ac patienter exquirebat. cumque plena quadam cognitione, perfectioneque omnibus in rebus delecta-
In rebus agen-
dis consultatio,
deliberatio, &
exequacio.
retrur; tamdiu fixo animo vni rei insistebat; donec ipsa negotij, vt ita dicam, viscera diligenter inspexisset; quidque potius, meliusue esset ad eligendum cognouisset. quam ad rem subsidio erat capitis firmitudo eiusmodi, vt cum multas horas, puta sex, aut septem vni rei dedisset; tum etiam minime defatigatum, penesque integrum sese præberet. vetus proverbiu sequebatur, Age quod agis. ita enim perfecte agitur. quamquam ille pro naturæ quodā vitio sibi fere tribuebat, quod fixe adeo in opere proposito perseveraret. Res in omnes partes versata; pleneque discussa videbatur;

videbatur; cum ille adhuc plurima inueniebat, quæ merito ad-
 deret, moneret, contradiceret. Scriptum, ab aliis intelligenti-
 bus perle&tum, & emendatum; nam consuetudine sua multo-
 rum iudicium adhibebat; pluribus tamen locis merito corri-
 gendum demonstrabat: ipseque mutabat, limabatque diligenter
 pro negotij grauitate: vt molestum s&ape esset, quibus tam
 perfecta rerum species proposita non esset, tam diu immorari;
 ac non tandem probare, modumque ponere. Ac diurna qui-
 dem in dubiis rebus vtebatur deliberatione: diu si spatium esset,
 secum habebat: s&apius alienum consilium exquirebat. cum ve-
 ro constituisset; celeriter, fortissimeque exequebatur, sic, vt ple-
 risque persuasum esset, ne quidquam, nisi per auctoritatem for-
 tasse maiorem, repugnari. Id ita pr&estabat, vt etiam grauissimas
 res facile, ac nullo pene negotio facere videretur: neque enim
 vel insuetus motus apparebat, vel plura loquebatur, quām ne-
 cessitas ferret. eam virtutē diuina vi sustentatam, prudentes ho-
 mines nonnulli, consuetudini tribuebant, antea maximarum
 rerum vsu in administratione Pontificia, confirmatæ. dicebant
 enim; vt ij, qui primò discentes, litteris magnis pingendis assue-
 scunt; cum ad communem formam redeunt, magna vtuntur
 manus celeritate: ita Carolo maximis gerendis rebus Romæ af-
 suefacto, Mediolanensis negotia facilita; leviaque videri. quod
 vt aliqua ex parte verum sit; pr&estantiora tamen illa sunt; quām
 vt ea possit vis eiusmodi consuetudinis consequi. Quid suppli-
 cationes, fiducia, perturbatione liber animus, summa diligentia
 illi valerent ad rem gerendam; tum vniuersæ administrationis
 euentus satis docuit; tum certa negotia multa. non semel res e-
 ius vniuersæ; s&ape etiam singulæ quædam, in eum locum erant
 adductæ; vt ad extrema ventum esse videretur. at repente com-
 mutatione facta, in optimum statum, tamquam in lumen ex te-
 nebris restituebantur. quæ res erat eius sensui consentanea: di-
 cebat enim, qui Deo vere seruiret, ei tunc maxime in rebus suis *Qui vere Deo
bene sperandum, cum extenuata maxime spes humano iudicio seruiret, in re-
bus suis bene sperandum af-*
 putaretur. Caussæ suppetunt grauissimæ; in quibus cum viro-
 rum, doctrina, vsuque pr&estantium sententia, immo valde pio-
 firmabat.

rum impulsu ad iudicandum vrgeretur; ipse redintegratis supplicationibus, diu cunctatus est; donec contra penitus ac alij putabant, rem se habere, cunctis admirantibus apparuit: exploratumque fuit, nisi ille distulisset, rursusque ad preces configisset, incommoda maxima extitura fuisse; grauissimas inimicitias; honoris, atque adeo quorundam vitæ iacturam: vt Carolum præcipuo quodam mentis lumine diuinitus illustratum prædixerent omnes. quibus de caussis hoc tempore nobis minime videatur explicandum. Humanam prudentiam rebus diuinis feliciter peragendis valde prædicabat aduersari. quod pium, religiosum que esset, etiam contra communes hominum sensus, constanter sequendum affirmabat. sed prudentia nihilominus, & etiam artificio laudabili quodam, ad ea quæ recta, piaque essent, consequenda, vtebatur. cuiusmodi Romæ, rebus eius in magnam, inuidiam, ac non mediocre discrimen adductis, adhibuit. omni enim pietatis officio, sicuti suo loco narratum est, prius adhibito: prudentia mox alienissimos homines sibi conciliauit. in primis vero vnum, cui dicitur Carolus ludibrio, & despectui adeo fuisse; vt ab eo palam stultus quidam spiritualis appellaretur. patientia enim, & dissimulatione; tum earum quoq; rerum commendatione, quæ vere laudabiles in amplissimo viro erant, eum ita sibi leniter placauit; vt magni demum iudicij vir, valdeque sapiens ab eo diceretur: aduersariique magnum suæ caussæ patrum sibi tam præter opinionem ereptum, valde quidem dolorent, magis autem mirarentur. Profanarum rerum controuer-
Profanarum
rerum controv-
uersies sepe-
cessant.
sias a principibus viris ad eius arbitrium quandoque delatas; recusauit. contrahendis matrimonii rogatus operæ quidquam dare negauit.

Vt negotiorū
euentus, & pe-
ricula tulerit.
Cap. X.

CVM autem ea, quam exposuimus, præparatione rem suscepserat; vt cumque illa procederet, constanter perseverabat; iniunctam mentem, animumque metus expertem præstabat. certum illi erat, magna sibi ad propositum tenendum, vel dæmonum insidiis, vel hominum errore, rebus omnibus fore impedimenta; maximas sibi, omnibusque Dei administris paratas esse difficult.

difficultates: quæ Dei clementia posset, soleretque in salutares animarum fructus vertere. hæc cum ita proposita, prouisaque haberet; minus mirabatur, aut commouebatur, si quid accidebat aduersi; & dure licet conflictatus, ab instituto non desistebat. Defatigatis interdum, fractisque bonorum virorum animis, qui in cauſa non erant, spectatorumque tantum, vt ita dicam, officio fungebantur; ipſe rerum omnium actor ſeſe integrum, ereturque omni tempore præbebat; resque suas agebat, vt ſi non multum eſſet negotij. omnino in prosperis, & in aduersis eundem ſe præstabat ſemper; neque lætitia efferri; neque dolore vñquam abiici videbatur: eundem vultum, eundem ſtatū itaretinebat; vt animi affectus, quo moueri omnes natura necelſeſt, cognosceret fere nemo. In grauiſſimis imminentium periculorū rumoribus, cum ex principibus ciuitatis nonnulli clam adirent; magno conatu grauiſſima pericula nunciarēt; non aliorum sermone relatas, ſed auditas a ſe minas apcrebant; ſibi diligenter cauere monerent; Carolus nihil mouebatur, ac potius subridens contra monebat, ne quid timerent, Deoque confiderent. de periculis huiusmodi quandoque inuitatus a religiosis viris, ita fere loquebatur; vt de leuibus, aut iucundis rebus; eamque mentem præ ſe ferebat, vt ſi quid grauius in eū accidiffet, nihil ſibi timendū magis, quām inanis gloriæ ſenſum existimaret. Quod ad ſua priuatim pericula, doloresq; pertineret; ferre ſe dicebat acerbius, ſi presbyter, aut clericus vitio aliquo transuersus ageretur, clerique disciplinam turbaret; quām ſi principes viros multos haberet infenos. Magnū in primis erat eius æquabilitati, ac constantiæ ad omnes caſus firmamentū, diuina voluntas & prouidētia; in qua ſibi conquiescendū conſtituebat: immo certa ſpe nitebatur, ex omni euentu, quicumq; eſſet, Dei benignitate boni aliquid extiturū. exempla fortitudinis, ac humanorū periculorū despicienſiæ; in primis vero singularis Dei fiduciæ; quæ veræ, ſolidæq; fortitudinis parēs eſt, & altrix; superioribus libris plura, & grauiſſima cōtinētur. quæ quidē hic repetere non oportet. ſed aliud hic afferemus. Triremes nō nullæ ad litus Sabbatiū, ſeu Sauonense appulerant. quidam in eis vinclitus nobili genere,

Episco-

*In aduersis
qua eius Con-
fiantia.*

*Consilio de co-
occidendo sibi
parfacto, quid
fecerit, dixe-
risque.*

Episcopo accessitō indicat; consilium de occidendo Carolo initum, immo data iam mandata. verum ne id esset, an confictum, nouit Deus; homo certe non indignus, cui fides haberetur, neque libertatem, neque aliud sibi ex ea re querere ostendit; multaque protulit nominatim, quæ rem probabilem facerent. Episcopus celeriter ad Carolum quidquid audierat, scribit. ipsius indicis litteras alligat, quibus de toto negotio plenius explicabatur. vtrasque Mediolanum mittit ad Hieronymum Vicecomitem equitem nobilissimum, Borromeiis affinitate coniunctum: cui de negotio item breuius scribit; & tamen generatim periculum demonstrat. Eques orta vix, diu expectata luce; litteras enim noctu acceperat; Carolum adit. cum difficilis aditus esset tali hora, Carolo nondum ad Missæ sacrum parato; par esse arbitratus, vt officium, reuerentiaq; cederet rei grauitati; per se ingreditur; litteras offert, statimque, opinor excusationis causa, quid iis contineretur, ostendit. Carolus re audita, lumen postulat; quo allato, litteras obsignatas comburit. tum conuersus ad equitem, mirantem, & prope subindignantem. omnino, inquit, præsidia, custodiæ mihi adhibendæ non erant; neque meis pro Ecclesia muneribus, ob huiusmodi suspiciones abstinentum: quid proderat alicuius peccatum nosse, vel quemquā habere suspectū; quæ quidem odij, iudiciue de alio temere facendi; tum aliarum sunt offenditionū inuitamenta? satius est Deo rem totam permittere, eiusque sola misericordia sustentari. ita discessit eques. Carolus vero nullum penitus verbum de re præterea fecit. Similem adhibebat aliis omnibus ferendis constantiam, ac fortitudinem; quæ quidem in hac vita possunt infelicitater accidere.

LITTERARVM studiis deditus fuit a pueritia. hanc rem demonstrauit morbus, in quem ex assiduo eius generis labore delapsus est adolescens: tum horæ incommodæ, ac nocturnæ, auunculo viuente, inter ipsa orbis terræ negotia, litterariis excitationibus datæ: de quo superius commemoratum est; præterea vero subcesiuia tempora, quæ inter grauissimas Pastoralis cu-
ræ OC-

ræ occupationes, nunc scribendis ad salutem sui gregis opusculis; nunc sacris decretis ad certiorem, facilioremque vsum, novo ordine sibi, suisque distribuendis; aut vero parando concionum argumento consumebat. At rerum agendarum necessitate semper cum exercitatione litterarum coniuncta; cursum tenere non potuit, nisi impeditum, interruptumque studiorum, desideriique sui. qua in re cum se ipse vicisset, atque infregisset; tum alios quoque docebat, tantum litteras amare, quantum munieris ratio pateretur; tempusque illud tantummodo capere studiorum, quod ipsa commissæ administrationis necessitas relinqueret. Visitatam iurisconsultorum scientiam, qua fuerat occupatus adolescens, minime ad se pertinere arbitratus; Theologica, & canonica tantum nouit, quantum Cardinali magnam ecclesiam regenti efficere posse concessum est. ex Theologia, scripturas diuinæ potissimum sequebatur; tum veteres Patres, interpresque illos, qui solidiorem sensum amplectuntur. Canonum ea scientia periucunda erat; quæ Patrum mores, & acta representans; ecclesiaz componendæ, atque ordinandæ rationem continet. dolens autem eos communis consuetudine tantummodo canones ad interpretandum seligi; qui ad lites, iudiciaque valent: constituit ipse, qui iis declarandis præcesset, vnde sacra maiorum instituta, & ritus; optimumque ecclesiaz administrandæ genus hauriretur. quos vero eiusmodi cognitioni deditos nactus erat, eorum studiis, iam inde ab illis Sirleti initiosis, benigne fuit: vt quod etiam Romæ postea eiusdem generis studiū excitatum est, ei non exigua ex parte videatur adscribendum. placuit ei latinus sermo: neque ipse incommodè locutus est; vt nonnumquam orationibus honoris gratia coram eo habitis latine responderet; Episcoposque valde hortaretur, vt in consultationibus concilij tempore latine loqui vellent. decreta, ceteraque sua curauit eleganter scribi; etiam ea, quæ Italicam huius temporis linguam requirent. at rectis flosculis, inanique ornatu, locutiones eas, verbaque probauit, quæ decorum ecclesiasticum quoddam retinerent. multo magis autem sensum personis, rebusque sacris accommodatum quæsiuit. Cum hac exi-

p gua

*studiorum
cursus inter-
ruptus.*

*Quæ scien-
tias, Doctores,
ne magis se-
querentur.*

*Non incommo-
de Latine effe-
locutus.*

qua quoque facultate nostra vsus, scripta quædam emendanda perlegeret; nobisque forte excidisset, dolere, quod non ita modicum tempus olim stylo dedissemus: melius collocatum fuisse respondit, quam in ea quæ diu nos occupatos tenuerat, iurisperitorum facultate. copiosa ipse oratione scribendo vsus est; periodosque multis sententiis refertas, longiusq; ductas adhibuit.

quæ scribi iuss erat, ad ea emendanda, quicumque scriptores es-
sent, acre, prudensque iudicium adhibuit. libellum scripsit ipse,
vbi religiosa monita plurima, facili quadam ratione, ad quotidianum populi usum complexus est; pro domestico cuiusque officio separatim distincta. alium item sublata pestis calamitate,
ad memoriam diuinæ animaduersiōnis conseruandam; vt ea

populus vitaret in posterum, quorum causa poenas eiusmodi dedisset. Omitto litteras tum ad publicam ecclesiæ commonitionem; tum de grauissimis alioqui rebus ab eo saepius conscriptas. de concionibus quæ scripserit, alio loco dicemus. Bibliothecam insignem habuit, quam collegio reliquit canonorum

suorum. ac decreto prouinciali constituit, in omnibus prouinciæ ciuitatibus ab eiusdem generis collegiis bibliothecas communes esse comparandas; quas singulas canonicus deligidens conseruari curaret, ac augeri. Viros eruditos amauit, & in honore habuit semper: tum re, opera, commendatione, ad vitæ sustentationem, ad studiorum adiumentum, ad honoris amplificationem iuuit liberaliter. tales apud se habere studuit; multosque habuit, Romæ præsertim; cum Italiam penè florem in eo genere sibi, & Academiæ suæ adiunxerat. Multa vero componi, & ad communem salutem edi curauit. De arte rhetorica librum eius hortatu scripsit Augustinus Episcopus Veronensis ad ecclesiasticam rationem accommodate: de Episcopo item: & in sacrosancta Euangelia homilia ad Ambrosianæ ecclesiæ usum, minime adhuc editas. librū alium Silvius Antonianus de christiana liberorum educatione. alios ab eo postulatos scio, qui fortassis edentur.

Libellos scripsit, in quibus monitas salutis continentur; litteras easque salutares quæ plurimas.

Bibliothecam habuit copiam.

Ductos viros in honore habuit.

L A B E S animæ, vel minimas exquiste vitabat. ne quid offendeter; etiam modici temporis otiosam amicorū consuetudinē, & superuacaneos sermones omnes studiosissime fugiebat: vel si vna esse, ac alloqui ob virorum dignitatem necesse esset; attentissime ad vsum, & ad pias vtilitates omnia conuertebat. ipsum temporis otiose traducti peccatum ita cauebat; vt etiam Tempus & tider tonsorem adhiberet; vel salutari cogitatione; vel legendo, consumebat. legentemue audiendo vtiliter detineretur. quam diligenter autem maiora peccata; & omnes offensiones deuitarit; tum ex hoc facile coniici poterit, vel me tacente; tum eius ceteri mores descripti clare demonstrant. omnino mos eius fuit, curaque perpetua; vt omne peccatum, eiusque periculum, ac speciem quam longissimo interuallo declinaret. quod autem vitare non posset, qualemcumque erat, quotidie solebat subiectissime, magnaue diligentia sacerdoti confiteri. Si quid incideret, in facultate sibi impetranda, in vitiis obtinendis, ampliora semper poscebat, vt sibi tutius consuleret. Si quid ita illi remitteretur, vt eius animæ periculo esset; vel recusabat, si posset; vel miram adhibebat cautionem. quod agendum erat, in quo recte ne fieret, dubitatio oriretur; Mediolani, Romæ, eorum, qui doctissimi ac peritissimi haberentur, consilium semper exquirebat. In vitiis superandis, virtutibusque comparandis fixa illi erat ea cura, quæ omnibus perfectum vitæ statum cupientibus proposita esse debet; vt ex Apostoli præcepto, iis quæ fecisset, adeptusue esset, minime contentus, ad maiora semper intenderet animum. quod eius quotidiana fere incrementa superius suis locis notata demonstrant. omnino iudicabat, animarum Pastorem satis officio suo in aliis iuuandis facere non posse; nisi scilicet sa- lutariter exercens, progressiones suas semper vrgeret.

S V M M A diligentia Christus est, vt rite, recte, ac religiose faciat omnia obiret: id quod etiam ante cogitando, meditando, se afluendi, consequi studebat. si quis ministrorum erraret; grauiter corrigebat. distribuenti sanctissimam Eucharistiam Brixiae, nescio cuius fortuito successu, vas pene excidit; parti-

Peccata omnia vt vitarit.
C A P. XII.

In Genio ob-
sennis, aliis
que quomodo
se haberet.

Ad maiora a-
nimum semper
intendebat.

in factis ob-
cundis.

C A P. XIII.

culæ certe multæ in pannum delapsæ. ea re tantopere doluit, vt vix teneremus; ne ab se poenas alieni errati repeteret; quæ sacris decretis eius generis magnæ negligentia statuuntur. Missæ sacram facere numquam omisit, nisi morbi necessitate, eaque non quauis, sed summa coactus. eiusmodi consuetudini pluri-mi ex vulgo ad res diuinæ attentiores, sic erant assueti; vt cum Episcopum, alterius sacerdotis Missæ frequenter interesse fœmina vidisset; percunstaretur, idque serio, num Episcopus ille Missa facienda esset interdictus. Nisi aliter necesse esset, sacello Archiepiscopaloris palatij omisso; in ecclesiam ad altare suū subterraneum, vel omnino ad ecclesiæ, sacrificiandi cauſa, ob extimam sanctissimi mysterij dignitatem, accedebat. Solebat ille quidem, vt diximus, mane, antequam sacram obiisset, neminem admittere: cum autem in via prohibere non posset; tantum respondebat, quantum ipsa modo necessitas postularet: sed in ecclesia aditum dare solebat nemini: & omnino cum eō venerat; procul omnia iubebat esse. Cum in omni actione, tum in rebus diuinis præsertim, quid deceret, exquisitissime obseruabat. oculos, manus, omnem motionem atq; gestum ita moderabatur; vt sacrorum dignitati, sanctitatique prorsus conuenirent; neque tamen eorum esset conspicua cura. excreandi etiam, spuendique tempus opportunum, ac modum tenebat. verè, quidquid ageret, exemplar diceres ecclesiastici decori, ac sanctitatis. in Missa tamen haud nimis longum temporis spatium ponebat. ob eam quam dixi dignitatem, alienissimus semper fuit a sacellis, in priuatis ædibus quacumque de cauſa permittendis; ubi Missa fieri posset. eam rem tum decreto prouinciali sanxit; tum seuerius vsu firmauit perpetuo. Canonicarum horarum sacerdotales preces, & quæ ad beatissimam Virginem habentur, quotidie humili positis genibus obibat. Quocumque loco esset etiam lutoſo, publicum audiens Angelicæ salutationis signum, genua ponebat in solo. Festis diebus in ecclesia diuinis officiis omnibus assistebat: cum ceteris alte recitabat, seu canebat; sacerdotisque celebrantis, seu chorum ducentis partes semper agebat ipse: dumque ex ritu standum erat, manus etiam ad Deum

Quid de quodam episcopo sciscitata sit feminam.

In ecclesia diuinis officiis frequens assistebat.

Deum semper tendebat supplices. plerumq; autem eueniebat; vt ab antelucanis officiis in ecclesia permaneret , donec omnibus peractis , ad corpus reficiendum discedendum erat. quod enim Missæ sacro, concioni, ceterisque diuinis rebus supererat, id temporis in subterraneo sacello consumebat secum orans. affirmabat, & re ipsa ita esse perspiciebatur; quamdiu esset in ecclesia, quiescere se, & iucundæ admodum animi relaxationis instar, *sacra munera quibusdam gratia videlicet, mirabatur.* eā occupationem ducere. itaque mirabatur, sacra munera, etiam si longo essent spatio temporis obeūda, ceteris sāpe grauia vide-ri. dolebat diuinorum officiorum disciplinam delicatæ homi-num consuetudini plerumque aptari : cum contra conandum esset, vt homines ad veterem se disciplinam, licet paulo magis laboriosam , accommodarent. id fieri posse docebat exemplo populi sui; quem int̄egros pene dies variis rerum sacrarum exer-citationibus intentum , suauiter in ecclesia retinebat. Cum ab eo missi ad principem virum ad urbem appropinquantem, pau-lo post essemus ad eum reuersi ; in cœnobij virginalis æde sacerū faciebat. expectamus donec distributa virginibus Eucharistia, Missæ finem faciat. cum ad sedem rediisset ; indumentaque de-posuisset; ad sedentem mittimus, vt adire liceat. ipse vero quam-quam cauſa erat, cur nos audire cito studeret; atq; adeo cur-paret celeriter consulendum ; aditum minime concedens, alia sumpsit indumenta ; quibus sacrum vestitum traderet nouitiæ virginis. rem conficit : concionem habet ad sacrum cœtum : de-muni post duas, opinor, horas, cum exiisset; vocat, negotiumq; admittit. res ita se habuit, vt opportuna fuerit ea dilatio. cundē se præsttit , cum in ædibus seminarij in re non ita magni mo-menti, sed sacra occupatus esset; nunciusque Roma, quem ma-gno desiderio exspectabat , ob negotium grauissimum aduenis-set. nisi enim re perfecta, quam in manibus habebat; nuncio adi-tum non dedit. Indecorum iudicabat rebus sacrīs interponere, sacroue loco admittere quidquam externum : sed simul etiam voluntate, ac desiderio reprimendo se exercebat; in quo studio, licet de re non magni momenti agatur , magnum tamen ad vir-tutem esse momentum existimatur. si de sacrīs reliquiis, aliisue

*Quanti sacras
facerer fun-
diones.*

rebus eiusmodi, vt s̄epe fit, aliquando dubium aliquod incideret; in eam partem semper propendebat, quæ religiosior videtur, & magis pia. Antiquitati, maiorumque consuetudini plurimum tribuebat. Si ecclesiam viseret religionis gratia; quoniam sunt loca s̄epe, vel sacella plura, quibus variis de causis vulgo cultus adhibetur; adibat omnia diligenter; & vel rudiorum hominum piam consuetudinem in eo imitabatur.

*Eius studium
cōtemplationis,
precationisque.*

CAP. XIV.

De vī morandi, diuinaq; meditandi studiosissimus fuit. cui studio cum sc̄e tradiderat, ita mente atque animo solebat h̄ærere; atque ita si tempus daretur, in intimas rerum spiritualium cogitationes s̄epe coniiciebat; vt ab aliis omnibus, vir incredibiliter occupatus, s̄epe abstractum præberet. id ipsi partim ctiam ob vehementis applicationis, occupationisque in omni genere consuetudinem cueniebat; de quo iam attigimus. cum interdiu negotiis distineretur; nocturnum tempus ad orandum sumebat.

Noctes ipsas alii quando precādo consumebat.

Bis in anno in solitaria loca & contemplationi vacares, secedebat.

Sui in spiritua. libris custodia mirabilis.

cumque magni momenti res incidebant, ipsas noctes precan- do consumebat. locum ad eum vsum sibi parauerat, visitato sibi cubiculo proximum; ita remotum, vt aliquis familiarium tam s̄epe gemitus exaudiret. Præter has quotidianas exercitationes; tum extraordinarias quoque multas, quæ præcipuum studium, spatiumque longius requirebant: bis in anno saltem ab vrbe discedebat, seque in remotis, solitariis locis colli- gens; plures dies totos ab omnia lìa occupatione liber, tum superioris temporis errata dolebat; tum s̄epe spiritualibus, diuinisque contemplationibus ad maiorem sanctitatem incitabat.

quæ de re supra non semel attigimus. Inde autem cœlesti pabulo refectis animi viribus, ad sua curricula recens, alacrisque descendebat. Præterea vero, quod perpetuæ supplicationis genus existimatur; quascumque res ageret; ita se comparabat, vt neque diuinæ præsentia memoriam, neque motuum animi sui custodiā deserereret: cum idem tamen, quæ essent in manibus, tam perfecte tractaret; ac in omnes cuiusque rei partes tam acriter, vt diximus, acie mentis penetraret; vt nihil fieri posse vide- retur accuratius, videbatur autem, si quis attenderet, in ipsa re- rum

rum tractatione interdum modico spatio , ab iis quæ agebat,
 mente abstrahi ; alias subito commoucri , speciem flentis non-
 numquam præ se ferre. Ex eadem vigilantia, suique ipsius custo-
 dia fiebat ; vt quidquid ad eum quis afferret , paratum animo
 semper, semper cautum inueniret; ne vlla re, vel nimis commo-
 ueretur, vel offendeter aliquo modo. Episcopo, dicebat, vt po-
 te rebus sacris administrandis assidue occupato , eam maxime
 custodiam conuenire : nc actio a spirituali meditatione penitus
 vñquam distraheretur. Itineris tempus ita consumebat, vt nisi
 quis interim audiendus, vel cum aliquo esset colloquendum;
 in rebus diuinis semper animum defigeret; atque ita raperetur,
 vt pene sensuum intermitterentur officia. In Deciana via, cum
 iter noctu, densissimis tenebris faceret, & in foueas quasdam
 delapsus esset; mula super eum iacente , comitibus visus est, &
 in primis Cæsari Speciano, qui nobis postea Episcopus narravit,
 ita permanisse in meditatione sua ; vt ne de exitu quidem cogi-
 taret; donec comites accensis facibus regressi, eum nihil que-
 rentem, aut dicentem, extraherent. madidus vero, ac lutulent-
 tus nihilominus hilari vultu Mediolanum venit. interdum ita
 mula offendebat, vt procumberet. ipse vero, nisi corrueret pe-
 nitus, nihil plerumque animaduertebat. A rebus nouis nunci-
 andis, vel audiendis abhorrebat : præcipuum importari dicebat
 ex ea curiositate, spiritualem vitam agentibus detrimentum. si
 quid ab amicis absentibus nunciaretur noui, quod ad munus
 suum minime putaret pertinere; nihil, aut quantum officio ser-
 uando solum necesse esset, respondebat. quod satis docens ei-
 usmodi litterarum responsiones eius breuissimæ. si quis qua-
 cumque dignitate adiret salutandi caussa; & de rebus eiusmodi
 vel percunctaretur, vt vulgo fit, aut referret; ipse vel tacebat,
 vel alium, eumque utilem sermonem inferebat. Ita se a rebus
 humanis auertebat; vt frequenter dies, & penemenses, qui age-
 bantur, ignoraret. Sed vitæ postremo tempore multo magis
 incitatus , ita sacris cogitationibus , contemplationibusque
 deditus erat ; vt aliquid etiam operæ necessariæ , suæ sub-
 trahere videretur administrationi ; illius operæ saltē , quæ
 ministris,

*Vigilantia sui.
qui ipsius cu-
pido quid se-
ficerent.*
*Itineris tem-
pus quomodo
consumebat.*
*In foueas nocte
delapsus quid
fecerit.*
*A rerum nouis
rum curiosita-
te abhorrebat.*
*Auersum a ca-
dictis animum
ad scriptas con-
templationes
applicabat.*

ministris, aliisque audiendis, qui consulerent, danda erat. omnino ab eiusmodi studio nullo modo videbatur posse diuelli. quo tempore, quæ Christus Dominus pertulit, ea diligenter ad meditandum per particulas distribuisse, viamque, & rationem meditandi, precandique composuisse commemorauimus. De cetero ita contemplationem coluit, vt actionem semper, salutemque mortalium respiceret. itaque si qui a rebus publicis abstinere; quieti se tradere; sibique tantum, licet sanctæ, viuere vellent; his haud facile concedebat. æque adducebatur, vt cuicunque manus imponeret, si priuati spiritualis fructus tantum gratia id peteret, ac non certæ ecclesiæ, certoque muneri vellet addici, cultuique diuino publice operam dare. ad eam rem tum Tridentino decreto in primis mouebatur; tum sensu quoque suo; qui sacros homines prodire; in negotiis sacris versari; de plurimis ad salutem benemereri; ad Antistitis iussus paratos se, facilesque præbere; neque otium, neque spiritualem quietem, ac ne illa quidem, quæ ad viatum necessaria essent, respicere; in commoda, & difficultates; locorum, munerumque mutationes pati, omnes volebat, atque hortabatur: eos maxime, quos licet probos, & diuinorum rerum studiosos; sibi tamen libenter parere; arbitrij sui, potestatisq; ius studiose conseruare; iis, quæ ipsi sentirent adhærescere, aliis vero difficile assentire, videret. Cum ita ipse affectus, animoque paratus esset; ad eandem sententiam maxime conformari cupiebat clericos suos; & eos cum se offerret occasio singulari quodam ad id studio erudiebat.

Familia, & in D O M E S T I C O S suos, vel clericos elegit, vel eos, qui essent ægrotos misericordia. in clericorum instituta, disciplinamq; propensi. omnino autem ricordia.

C A P. X V. eos, qui virtute, officiis, consuetudineque quotidiana, Deo diligenter diligenter, catis viris essent, quam aulicis similiores. curabat eam rem, cum aliquem receti. aliquem recepturus erat, per hominum probatae fidei testimoniperet, eiusque nia: sed ipse quoque; cum in aliquem defixisset oculos; pro hujudicium. Multi apud eum manu facultate ad sensus, mentemque cognoscendam valde petocum querebantur. Multil locum apud eum cupide quærebant: atque nebant, non omnium tamen si. scio, vtrum etiam aliquis illud postremo loco spectaret; quod Carolo

Carolo probatam operam dedit, spectatae vitæ graue testimoniū, bonorum existimatione putabatur. illud item constabat, si quis moribus, doctrinaque valuerit, ei sine dubio Carolum beneficia sponte, administrationesque pro virtute mādaturum; quamquam nullo modo tamquam operæ, obsequiue præmia; nam id cauebat diligenter, & certa cunctis alioqui stipendia tribuebat. sed vt hominibus, qui digniores occurrerent, vacantes ministris ecclesias, vel munera, ipsis pariter, atque aliis conce-debat. At hoc minime spectare poterant, qui a facultatibus alio-qui, honoribusque parati, omnia relinquentes, ad eum venie-bant, tamquam ad religiosarum virtutum mercaturam. quos quidem hoc loco multos possem numerare. hique vel oblata beneficia recusabant; vel ita recipiebant, vt diuina caussa tātum mouerentur. ex eius episcopali certe domo, atque disciplina, va-riis temporibus multi, præter eos, quorum mentio iam in histo-riæ seriem incidit, tamquam in aciem quandam ecclesiasticam prodiere. Præsules, grauibusque aliis Ecclesiæ muneribus ac ad-ministratio-nibus præfeti: quorum alij aliud; plurima vniuersi, præclaraque in coniunctum Ecclesiæ vsum ex Caroli schola cō-tulerunt. quamquam suos & ipse habuit degeneres alumnos. Vestitu clericali, etiam qui clerici non essent, nisi ratio muneris, eo videretur indigna, omnes vt iussit. qui non vterentur, nigra tamen indumenta, eaque modestissima, & a profana consuetu-dine remota, omnes ad vnum adhibuere. non serica solum; sed magna ex parte etiam, quæ proxime accedunt, iis prohibita fue-runt. Nobiliores, quos addictos sibi famulos habere conuenie-bat; postremo tempore, non famulos, sed clericos fere apud se habere iussit; quibus inferuendi cura ita incumberet, vt etiam litterarij studij, sacrarumque exercitationum tempus daretur. Qui familiæ toti præcesset, eum presbyterum elegit; neque vul-gari nomine, sed Præpositum domus appellauit. Oeconomum adiunxit, qui possessionum, fructuumque omnium curam gere-ret. Vicarium item, qui domi quotidiana quædam, minutioraq; curaret. Cubicularios, magnam partem, presbyteros-habuit, eosque fere in doctoris gradu positos, siue canonum, siue Theo-

*Quales, ex mul
tu quis illi mi
nistraverant,
enaserunt.*

*Familiarium,
& ministrorū
habitus, qualis*

*Ministrorum
nomine item,
& officia va
ria.*

logia. in iis duos esse studuit spectatissimæ vitæ, quales vnicuique
sacrorum Antistiti esse debere dicebat, actionum omnium di-
urnos, nocturnosque testes. Domestica munera ita distribuit, ut
vnuusquisque plura sustineret: nam & ipsos cubicularios, vel certi-
tis ecclesiæ administrandæ officiis præfectos habuit, vel alii sa-
cristis rebus occupatos; ut eius quam minimum vacui temporis
relinqueretur: neque frustra limina terendo, tempus consume-
rent. ex eo siebat, ut ad ostia, cubiculae assisterent, tum foris
etiam iij tantum comitarentur, qui necessarii erant; si modo vel
ipsi quoque necessitati sæpe aliquid non subtraheretur. suos
non sibi, sed ecclesiæ suæ velle dicebat inseruire: ac re vera ne-
mo erat, vel ecclesiæ, vel episcopali personæ non necessarius.
valebat vero id, tum ad numerum, & officia religiose constitu-
enda. tum ad hominum mentes, pro pietatis ratione rectius,
fructuosiusque dirigendas. Homines nobilitate, scientia, vel
spe aliqua inflatos recipere non solebat: neque illos, qui alibi,
nisi forte apud religionem præstantes Antistites, prius essent ex-
ercitati. receptos autem, ne quid elationis forte lateret, iis mi-
nisteriis exercebat, quæ humilia, viliaque putantur. illustri ge-
nere orti; Comitis, aut doctoris dignitate insigniti, epistolis,
aliisue rebus transcribendis sæpe operam dabant: posteriorem
vestis partem, cum prodibat Carolus, tollebant: in itinere sar-
cinas ferebant: crucem præferebant; quamquam hoc inter di-
gniora volebat officia numerari. hac de caussa plerosque sine
certo munere assignato primum recipiebat; eosque gradatim
postea prouchebat, pro virtute, ac habilitate perspecta; idque
nisi spectatæ iam in rebus, ac muneribus ecclesiasticis, virtutis,
ac existimationis essent. Durior videbatur eorum conditio, qui
Carolo operam dabant, ob labores, vigilias, plurimaque alia
incommoda; & re vera erat. sed eam iam notam omnibus non
imponebat ipse, sed ipsi suscipiebant. neque vero fieri potest; ut
ducis summa vigilantia, & labor, delicati, vel remissi militis
operam ferat. Ac tametsi robustos, præsertim iuniores, variis
incommodis ferendis exerceceret; magna tamen humanitate par-
cebat imbecillis: quod tum de aliis, tum de me ipso vere pos-
sum,

*Quos recipere
recusaret.*

*Receptos qui-
bus ministeriis
excerceret.*

*Quorum erat
conditio du-
rior.*

sum, ac largiter affirmare. Præter eos, qui domesticis muneribus propriæ destinati erant, alios multos, si modo alioqui probati essent, facile recipiebat; siue aduenas, vt eorum periculum faceret; siue etiam ex clero suo, quam ob caussam, quantum in ædibus amplissimis capi posset, tantum domi alere numerum solebat: vt vno tempore tum clericis subueniret; tum ministros pararet ecclesiæ sive. omnes autem interim habebat, vel familiaribus, vel ecclesiasticis negotiis, vel diuinarum rerum administratione occupatos. omnesque tenebantur institutis domesticæ disciplinæ. Eorum fere qui sacerdotes essent, institutum erat, quotidie Missam facere. reliquis sacramentorum confessionis, & Eucharistiæ certa tempora, ea que frequentia præscripta erant; cuius rei testimonium unusquisque afferebat. alia diuini cultus officia varia, concionum, supplicationum, & eiusmodi colere suo tempore illos oportebat. omnino, ne minutiora singillatim persequar; non solum communi quadam probitate; sed præcipuis piæ religiosæque vitæ institutis, atque exemplis, studebat populo familiam suam prælucere. Ad eam rem quotidiana suppeditabat adiumenta. erat etiam spiritualis disciplinæ præfetus; qui quotidie aliis ex Euangelio, vel sacris omnino, diuinisque rebus, articulatim tradebat, quæ ad salutem suam cogitarent, ac meditarentur. quæ inter se deinde certo tempore conferebant, ac suum, intelligens quisque ceteris, cogitationis fructum communicabant. ea plerumque Carolus tradebat ipse, præeratque sape, dum communicarentur. Horarum statarum breuiores preces, quæ Virgini tribuuntur, clerici, aliquique quibusdam præcipuis muneribus minime occupati, ad certa signa in facillum conuenientes, obibant. Doctrinæ christianæ rudimentis rudiores instituebantur. Non derat iis, qui egerent, grammaticæ magister. Vesperi antequam cubitum irent, vniuersi, ad excutiendam factorum diei conscientiam, accipiendamque sacræ aquæ aspersionem, conueniebant: quo eodem tempore tum capita, quæ commemorauimus pie cogitanda tradi solebant; tum statis etiam diebus, Caroli exemplo inuitati, flagella sibi ad veniam peccatorum impetrant.

Familiarium
qua essent ipsi-
rituales exer-
citationes.

q 2 dam,

dam, flagellationisq; Christi Domini memoriam renouandam, pleriq; pie adhibebant. Cum vno loco, mensis circum dispositis cœnobitico more accumberent omnes ; erat etiam edito loco, qui de salutari libro legebat : a quo quidē munere vix ipsi causarum iudices, & Vicarii propter occupationes excusabantur. Cibus religioso item, & cœnobitico modo fere dabatur. vno constabat obsonio, & iurulento ferculo ; cum pomorum, vel simili additamento, altero ante, altero post reliquum cibum. omnia vero vulgaria : nihil prorsus delicatum, vel exquisitum. atque huiusmodi mensē vniuersi accumbebant, summi, & infimi: nam cuiquam cibum priuatim in proprio domicilio sumēdum dari, erat interdictum : eademq; lege Vicarios teneri constitutū erat. Quemadmodum antequā assiderent, statam bene precandi formulam adhibebat, qui primum ibi locū ex presbyteris tenebat; ita post cibum sumptum, eodem præente, gratiæ agebantur: & 'ordine omnes extriclinio in facellum ibant; vbi litania cum inuocatione sanctorum consueta, precibusque adiunctis habebantur. Valetudinarium erat constitutum, quo ægroti saltem humiliores curabantur; salutaribus rebus iuuabantur; ab ipso Carolo interdum visebantur; certo præfecto ei muneri constituto. Omnes familiæ leges antea breuiter, summatimque notatas, postremo describi iusserat copiosius; quamquam minime potuit opus absolui. eas vero seruari præcipuo quodam studio curabat, ministros sèpius interrogando, & monendo ; tum certis temporibus etiam eosdem cum aliis religiosis viris conuocando; vt de rebus omnibus plenius consultaretur. quo loco recordor inter alia iussum ab eo frequenter, & inculcatum; ne quid ægrotis, imbecillis, hospitibusque deesset : sibi numquam ministros satisfacere posse; donec id plene, cumulateque perfecissent. hæc tantopere in ægrotos officia illi hærebant in visceribus: vt ex summis rebus, quas animo quotidie agitabat, ad ea, quamuis etiam tenuissima, frequenter respiceret. cum pene moribundus Mediolanum venisset; dum per gradus ædium ascendens sustentatur, tanto studio quendam ex suis præfecto commendauit, qui ægrotus itidem venerat, vt de illo multo magis quam de se ipso solicitus

*Quo loco, quo
ue modo men-
sis accumbe-
rent, & quis
cibi apponere-
tur.*

*Valetudinarium
pro agroris, do-
mi constituit,
Caroliq; chari-
tas & solicitu-
do.*

*Exemplum me-
moria, ac laude
dignum.*

solicitus videretur. Cum apud eum Brixensem ecclesiam visitantem, in morbum incidissimus; benignus pater inuisens, panum quo operiebamur suis manibus tentat: leuiorem existimans, quām opus esset, aptiorem lecto suo detrahi iubet, atque afferri; ut incommodo suo nobis commodaret. Externis item *Externis ergo-
tis quam liben-
ter charitatis
officia presta-
ret.* ægrotis christianæ charitatis officia libentissime tribuit. declarauit, se libenter iturum; si quis ægrotans ab eo sibi priusquam moreretur benedici cuperet. immo ut eis subueniret cumulatus, suique Pastoris accersendi desiderium excitaret, plenariæ indulgentiæ iis tali tempore tribuendæ, obtinuit a Pontifice perpetuam facultatem: neq; id sibi solum, sed prouinciæ totius Episcopis; ut eos quoque ad idem piæ benicitatis opus incitaret: quæ quidem plenius in litteris Pontificiis editis explicantur. ægros autem sæpe cum adiret ipse; sacerdotes suos etiam quandoque mittebat, qui eius nomine benedicrent, indulgentiamque largirentur. Sed postremis annis, cum ad sanctitatis opinionem ei plurimum accessisset; increbuisset etiam, per eum esse redditam quibusdam sanitatem; ideoque iam ab nonnullis ad ægrotos desperatos accerseretur: multò cautius eundum sibi *Eius sanctita-
tis opinio, quid efficeret.* Christianæ humilitatis studio, constituit; atque etiam recusauit. *Eius humi-
litas.* Carolo Emanueli in primis Duci Sabaudiæ perulgatum est ab eo beneficium eiusmodi tributum esse: quem nulla pene virtus Vercellis iacentem cum adiisset; suis, populique supplicationibus magno studio adhibitis, ditcedens eo periculo liberatum reliquit. quæ res & magnam multis admirationem; & sumnam piis, publicæque tranquillitatis studiosis lætitiam attulit. Homines sibi charos, immo qui magno etiam essent ecclesiæ visui, benigne ille quidem complectebatur, dum maneabant; omnique ratione studebat retinere: sed si quando ab eo discedere contigit; nihil fere visus est commoueri. eorum item si aliquis peccasset; minime dissimulabat; nisi æquum alioqui, christianumque parcere existimaret: id quod libenter iis tribuebat, qui erratum agnoscentes, & ex animo dolentes, veniam peterent. Cum iis, qui domesticis ministeriis addicti erant, minime solebat sermonem conferre: quæ enim opus erant cum ipso domus

*Facetias non
admittebat.*

præfecto agere satis habebat. nullius item facetias, leporesue ad-
mittebat vñquam. seriis de rebus semper erat sermo. quidquid
otiosum esset, indignum Episcopo censebat. Qui cum eo fa-
miliariter versabantur, iis numquam aditum apertum esse vo-
lebat, ad remittendam eam, quæ personę deberetur, reuerentiam.
quæ cum alioqui familiaritate, vestutateque s̄epe obsolescat;
teneri, vigereque semper æquum, decorumque putabat; tum ad
disciplinam conseruandam admodum vtile.

Hospitalitas.
Cap. XVI.

C O L V I T non mediocriter officium, virtutemque illam,
quæ in hospitibus benigne accipiendis posita est. peregrinos o-
mnes, sacros præsertim, & probatos; principes item viros pie ac-
cepit, ac liberaliter. Studiose id faciebat, & libentissime; tum
quia christianæ consuetudinis ea beneficentia fuit semper; quia
multis ad salutem iuuandis aditus ea via sibi videbat aperiri. ar-
debat namque desiderio in omni actione, in omni sermone, o-
nni tempore curandæ, iuuandæque alienæ salutis. exteros in
primis earum regionum, quæ corruptæ fidei miseria premun-
tur, omni officio, ac benignitate complectebatur: humanissime
alloquebatur: extraordinariis honoris significationibus, si ve-
nientibus occurreret, si abeentes prosequeretur, si cum iis esset,
semper accipiebat: nihil prætermittebat, quo eos in recta fide,
atque integra confirmaret; catholicæque Romanæ ecclesiæ ma-
gis, ac magis eorum studia, pietatemque conciliaret. vt omnes
tantam humanitatem, cum sanctitate coniunctam, abeentes

Cum Heluetiis & Rhætis hilare agebat.
Cum Heluetiis, & Rhætis, qui
frequentes rerum salutarium caussa orthodoxy ad eum venie-
bant, hilare more nationis agebat, ac familiariter: manum pre-
hendebat: accumbebat comiter cum illis: atque licet disciplinæ
suæ modum teneret; nonnulla tamen concedebat: bibentium
propinationes non respuebat, ab suo tamē modo, & ab aqua
Præsules sapienter inuitabat. sua parum, aut nihil potius discedens. Præsules ad ecclesias, sa-
cime inuitabat. crasque res insigniores visendas inuitabat; ipse etiam, si Cardi-
nales, primariiue Episcopi præsertim exteri essent; comes acce-
debat, in collegiis religiosioribus, loco recreationis animo-
rum,

rum, cum iis erat. quo tempore de seueritate sua multum re-
 mitttere humanitatis gratia solitus fuit; seque ad hospitum mo-
 res, voluntatemque non mediocriter conformare. eosdem ac-
 cipiebat in collegiis clericorum suorum: locorum communi-
 cabat instituta; disputationes, orationes coram iisdem haberi
 iubebat. Principibus viris laicis, sermonibus ad eorum docu-
 mentum aptis; sacra lectione mensæ adhibita; libellis optimis
 dono datis, prodeſſe quamplurimum studebat. eosdem ad ve-
 spertinam domus suæ precationem, spiritualemque scholam
 inuitabat: vbi siue bellatores essent, siue aliis vitæ institu-
 tis addicti, dicebat ipse ad cuiusque salutis rationem accom-
 modatè. erant nonnumquam, qui omissam multo iam tem-
 pore sacram confessionem dolentes; & vitæ præteritæ mala de-
 testantes, superioris temporis omnis peccata, prius quām ab-
 irent, confiterentur; melioremque sibi vitæ rationem consti-
 tuerent. ac quemadmodum ad rem aggrediendam cohortatio-
 ne; ita Pontificia facultate, quæ ampla numquam ei deerat,
 si ob grauiora peccata necesse esset, subueniebat ad perficien-
 dum. Tanta erat hospitum frequentia; vt vel ipsi publico-
 rum vestigialium conductores, portarumque custodes, Caroli
 nomine res tantas absque portorio quotidie victus cauſa mi-
 rantes importari; eidemque alias adscribi; fraudemque suspi-
 cantes, Caroli procuratores adierint: incredibile sibi videri,
 tantum commeatus in Caroli domo consumi; diligenter vel-
 lent animaduertere; ne qua in re sacræ immunitatis nomine
 fortasse fraudarentur; & aliqui ad quæſtum suum nomine Car-
 dinalis abuterentur. qui vt hominibus iis satisfacerent, rerum,
 hospitumque summa facta, tercentos vno mense receptos ho-
 spites, qui vario temporis spatio morati essent, repererunt.
 Tam magni sumptus, rebus domesticis præferti verebantur, De hac hospi-
 vt Caroli facultatibus essent tolerabiles: cumque non semel sum frequentia
 monuissent; ille pluribus in consilium adhibitis, ea de re deli-
 berauit, cum essemus in ædibus nostris Cernusculanis: & hospi-
 tiij pio, salutarique fructu proposito, contraque rei familiaris
 ad sumptum sustinendum inopia; quæſiuit, quid magis è re chri-
 stiana

*Principibus
Viris laicis ad
se accedenib⁹
prodeſſe stude-
bas.*

*Quantum effec-
hospitum fro-
quentia.*

stiana esse iudicarent: se, ne talis fructus eriperetur, vel id mendicitatis multorum caussa non refugere, si sic expedire putarent; vt arcam certo loco constitueret, qua eleemosynæ subsidium ab hospitibus, qui dare vellent, colligeretur. in eam sententiam ventum est; vt ne hospitium intermitteretur: sed satis haberet, cum antea vniuersum comitatum, equos, & alia iumenta, vel inuitis dominis, in domum acciret; principes ipsos nonnullis pro dignitate additis comitibus, suscipere; ceteros autem in cauponis relinquere. famulorum caussa disciplinæ ordinem valde perturbari; inde autem ipsos referre vtilitatis parum: ex iis, & iumentis simul, magnam sumptus partem existere. ita fore, vt & propositum sibi, ex iuuandis ad salutem multis, principibus præfertim, fructum perciperet; neque quidquam temere committeret, vnde ære alieno immoderate grauaretur. ceterum nihil dubitandum, quin ad tam pios sumptus diuina benignitas, quæ opus essent, suppeditaret. Hospitum mensa domesticæ finibus quibus finibus minime continebatur: sed propria quadam moderatione conciliij prouinciarum decreto sancita constabat: sic tamen, vt qualis, quantusque cibus apponenteret, etiam summos viros non pœnitenteret. Verum postremo tempore hospitalitatis officium insigniteraugeri constituerat: iamque paulo ante quam moreretur, Præposito domus iusserat, vt ad omnes totius dioecesis clericos excipiendos, quibus ad urbem rerum suarum caussa veniendum esset, ædium partem instrueret: hospitio sacerdos præficeretur; cui non hospitum solum commoda essent, sed mores etiam curæ; quique eos studeret per certas exercitationes in ecclesiastica disciplina proficere. ita etiam fore, vt neque leuibus de caussis clerici ab suis ecclesiis abessent, neque nimis diu.

Animus eius erga bonos, religiososque viros.

CAP. XVII.

RELIGIOSI animi viros vehementer diligebat, & magna voluntate complectebatur; vt licet necessitudinis, amoris, ue alia caussa intercederet nulla; essetque homo alioqui ignotus; studio faueret, ac re iuuaret amicissime; non solum si rogaretur; sed sua sponte, si veniret in mentem. eiusmodi ad probitatem, religiososque mores propensio, tanta erat; vt vel specie ipsa inter-

interdum videretur commoueri; hominesq; recipere, quorum bonitas eius gratiæ non responderet æqualiter. Sed ipse quamplurimis egens administris, interdum quorundam operam ecclesiæ suæ necessariam, & in præsentia vtilem caute adhibebat; neq; interim valde laborabat, vere ne ac omnino ij tales essent, quales specie videbantur; illud Apostoli, vt quandoque audiui-
mus, usurpans, Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur. Ecclesiæ Præsules, maxime si perfectæ disciplinæ desiderium in eis perspiceret, singulari quo-
dam, non amore solum, sed suavitate, ac delectatione tenebat amplexos: nihil officij prætermittebat: de communi munere,
atque officiis attente communicabat; & suum, alienumque ec-
clesiæ optime administrandæ studium conabatur acuere. hac in
primis de cauſa, mutuum Præsulibus congressum, expetendum *Præsulum con-
gressum expe-
rendum cur-
diceret.*
dicebat; vt alter alterius sermone iuuaretur; & si qua parte reli-
giosus animi ardor deferbuisset, ea quasi exercitatione, diuino
afflante spiritu, recalesceret. Episcopos omnes præter multorū *Episcopos
honorabat &
iuuabat, quod
fatto quodam
singulari ostendit.*
consuetudinem, honorauit; plurimique se facere semper osten-
dit: ad res ecclesiasticas bene gerendas studiose iuuit; reueren-
dissimos in epistolis appellauit: quod licet alij quoque Cardina-
les prius facerent; alij tamen eius exemplum secuti sunt. Con-
suetum honoris officium in eosdem venientes, & abeuntes su-
perauit. Atque a magno quodam principe hospitio in itinere
acceptus; cum esset vna; Episcopus ciuitatis nemine præmisso
venit; doluit Carolus, quod ei occurtere non potuisset. Sed di-
scendentem ipso relicto Principe, cui sciebat id molestum fore,
ex consuetudine sua comitatus est; vt siuum de dignitate episco-
palic colenda iudicium ostenderet. Quorum virtus olim in Ec-
clesia floruisseſſet; eorum instituta didicit; scripta conquisiuit; mi-
nistros accersiuit; ipsam vultus imaginem sibi comparauit; vt
ob oculos collocata, viuam virtutis episcopalnis memoriam, ad
imitationis studium, in eo conseruaret. huiusmodi fecit in pri-
mis erga Gibertum Veronensem Episcopum. Roffensem quo-
que, qui Christi cauſa sanguinem, in Anglia, vitamque profu-
dit, ante se pictum habuit, vna cum S. Ambrosij effigie; quam,

omnibus aliis inspeccis, quæcumque antiquiores haberentur, curauerat exprimi. Regulares viros cuiuscumque ordinis essent, quos sacræ disciplinæ studiosos nouerat, ita benevolentia prosequebatur, & honore, vt nemini prorsus cederet. eorum quoque opera, quibus rebus idonei essent, libenter vsus est. res item vietæ necessarias supeditauit. id cum faciebat, ad cœnobij mittebat Præfectum; hominemque tantummodo, cuius cauſa mœubatur, iubebat, in eius necessariis rebus commendari. contra, si aduersus instituta sua facere; si disciplinam negligere; si populi licentiam alere; si christianæ disciplinæ restitutionem, aut progressum impedire, cognosceret; eos corrigendos maxime curabat: moniebat præfectos; ipsosue Cardinales ordini præpositos. ipse præcipua in eo genere præter Tridentinum decretum, Apostolica auctoritate vtens; haud quidem facile; sed cū erat opus; vt eorum, ceterorumque saluti consuleret; in eos animaduertebat. ea res faciebat, vt in dioecesim Mediolanensem ordinum præfecti bonos, quantum fieri posset, mittendos curarent. obseruarunt quidam; Carolum, cum regularis ordinis quispiam in via ipsi honorem tribueret; si comitem videret, vt disciplinæ cœnobiticæ leges ferunt; & benedicere manum solitum fuisse; & etiam paulum tollendo galero honoris significationem dare: verum si solus esset, præteriisse, quasi nullum vidisset. vix cauſa necessitatis adducebatur, vt eos ad parochias suas custodiendas admitteret. verebatur enim; cum animarum charitatem perspectam non haberet; vt aliis curandis esset idoneus; qui se ipsum ita non custodiret, vt assignatum diuinitus locum posset tenere.

Paruorum cœnobiorum, quæ in vicis sunt, vbi exigua vel nulla vigore solet disciplina; contra vero datur delinquendi locus; ita rationem haberi cupiebat; vt & ordini consuleretur, & populis. qua de re cum Pontifice Gregorio non multò ante mortem cum egisset; eius iussu Præfectis omnibus vocatis, numerari cœnobia curauerat; & ad se referri, quem numerum soleret, eorum cœnobiorum quodque continere; ad alia progressurus, si vita longior contigisset. Ipsam hominum Deo penitus addictorum regulam, ac statum tanti fecit; vt quemadmodum animo præclare

*Regulares vi-
ros disciplina
studiosos, qua
benevolentia
prosequeretur;
contra vero dis-
ciplina negle-
ctores quomodo
segereret.*

*Paruorum cœno-
biorum in vicis
constitutis,
quomodo con-
suli curaret.*

clare fecerat; ita quotidie studeret institutis domesticis imitari. eadem cum in collegia clericorum suorum induceret; fiebat sæ-penumero, vt ex iis ad cœnobiticos ordines aliqui transire vel-lent. quod ille, cum vehementi regularium ipsorum cohorta-tione; vel quòd eos seuerioris disciplinæ tæderet, euenire sæpe suspicaretur; cumque necessitatem ecclesiæ suæ quotidie magis perspiceret; prius eorum voluntatem, consiliumque diu cura-bat, ac diligenter examinari; quàm ea de re consentiret. quin e-tiam, Apostolica interposita auctoritate, prouidit; ne ad eorum ordinem, quorum domestica opera regebantur, & litteris eru-diebantur, seminarij clericis aditus pateret; nisi quadriennio es-sent extra seminarium morati. ceterum si diuino spiritu vere agi quem viderat; facile dimisit; & ad perficiendum iuuit. si quis e-tiam, regulari vita prius sibi proposita, mutato deinde consilio, quod euenit sèpius, vellet animum ad eius disciplinam, Oblato-rumue regulam adiicere; nisi illi, sibique, Theologis consultis, studiose cauisset; non recepit.

P O T E R A T vere de religiosis viris cum Domino dicere, Vt se gesserit in
hi sunt fratres mei. nam erga propinquos ita se habuit, vt eos potius sibi cauendos, quàm amplectendos statuisse videretur. tametsi autem illi, quantopere ex tanto viro augerentur, satis agnoscerent; erant aliqui tamen qui talem in eo suorum quasi despicientiam, vt sunt humani sensus, ægre quandoque ferrent; non nihilque expostularent: Borromeiam gentem ex eo sperasse semper dignitatis amplitudinisque accessionem; at contra prorsus accidere; cum ea, quæ adhuc tenuerat, eius causa potius amitteret. Ille vero diuinæ res, quibus addictus erat, ecclesiæque iura, non posse, aiebat, non curare; omnibusque viribus tueri. si ex ea cura detrimenti aliquid familiæ afferretur; aliorum esse culpam; contra suam id fieri voluntatem ex Dei benignitate ta-men multò plura sperarent, quàm ea, quæ vel amittterent, vel ab eo, si ei rei studeret, possent adipisci. se tamquam Deo, diuinisque obsequiis penitus traditum, ab eorum familia transla-tum putarent. quod quidem & re, & nomine paulò post Aronæ

Borromeum cognomen dimisit & sancte Praxedis Cardinalem se scripsit.

arcem ereptam, effici curauit. nam Iubilei cauissa Romam profectus, consulto prius Pontifice, non se post hac Borromeum scripsit, aut scribi voluit; sed sanctæ Praxedis Cardinalem; illud Prophetæ amplexus, Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filii matris meæ. Sed antea quoque, cum in summis porticibus ædium canonicalium architectus insignia Borromeia insculpi iussisset; præteriens forte Carolus, & cœptum opus suspiciens; tum in posterum facienda prohibuit; tum facta iussit excidi: quætamen curante nemine, Caroloque amplius non aduertente, in ipso operis principio remanserunt. Attamen chari-

Propinquorum charitatem conseruauit.

tatem propinquorum retinuisse illum dubitare nemo debet; quatenus vel naturæ, vel christianæ disciplinæ ratio postulat. itaque amantissimi cognati officia, cum opus fuit, in suos cumulate præsttit; fauit; tutatus est. quid sororibus dederit, non commemoro. viri principis humanis opibus florentis potius, quam Antiftitis religiosissimi illa fuerunt officia. sed ipsas sorores consilio, studio, opera sua semper amantissime iuuit. propinquus multis magna nobilitate, parique inopia fœminis, dotes elargitus est, nobilitati non omnino impares. Alios item egenos non deseruit, modo a flagitiis abessent. Ceterum tantum aberat, vt suis quidquam largiretur; vt potius rebus eorum vteretur sæpissime. Ac paterna quidem bona per fideicomissum relicta, Comiti Iulio Cæsari patruo dimisit: sed ea pactione, vt integros eorum fructus quotannis perceperit. Illud autem sibi cauendum existimauit; ne forte animo ita in eo genere flechteretur; vt officia Deo, ecclesiæ, gregique suo debita aliqua ex parte prætermitteret; quibus humanas charitates omnes cedere debere, nemo ne-

Illis nibilis regebatur.

Confanguineorum obitum vertulerit.

gauerit. Cum ei de Hortensiæ sororis obitu nunciatum esset; non ausi nos quidem, cum præsentes essemus, consolari tantum virum; cum aliquid tamen tangeremus; non negauit, parum se suorum morte commoueri solitum: verum id naturæ potius, quam virtutis esse, modeste dicebat. ac multa tunc quidem ex eo sermone intulit; quam diligenter ecclesiasticos homines, cù cognatis suis conglutinationem animi quandam cauere oportet: quorum misericordia, precibus, suauitate facillime infletti; &

Cum propriis quibus ecclesiastici viri quomodo se gerere debeant Caroli sententia.

Et i; & a vita huius contemptu, a sacris laboribus, a iuuandis liberaliter egenis, auocari possent: tum adduci quoque, vt multa saepe Deo minime grata facerent, permetterentue, cum eorum offensione, quibus optima semper ad imitationem exempla proponere debent. quod facilius id fieri posset, abstinentiam monebat ab eorum consuetudine: deque se ipso tali viro affirmabat; numquam se cognatorum suorum domum adire; adibat autem per quam raro; quin aliquo modo diuinarum rerum studia, atque desideria retardari animo suo sentiret. Federicum suum propter optimae naturae specimen, atque adeo singularem ecclesiasticæ probitatis indolem, a prima ætate dilexit plurimū, <sup>Federicū suum
et dixerit.
quidne de eo
prædixerit.</sup> sed amorem ita coercuit; vt neque apud se habere voluerit; neque vultu, neque verbis, neque re aliqua fere quidquam in eum præcipua voluntatis demonstrarit. cum annos XIII. natum doctrinæ caussa Bononiam dimitteret; nonnullaque per nos ei vita præcepta daret: amplexurum illum esse vitam clericalem, gaudenti sane animo nobis aperuit: quamquam nihil eiusmodi palam præ se tulit. ac nos tunc quidem existimauimus, Federicum de ea re cum eo communicasse: postea vero permirum vi- sum est; cum idem Federicus Cardinalis nobis affirmauit; neq; tum se aliquid eiusmodi præ se tulisse; & a clericali vita eo tem- pore fuisse alienum. Propinquos per alios libentius, quam per se ipsos, aliquid petentes audiebat. omnino caute audiendos esse dicebat, animoque nonnulla suspicione occupato, ne quid mi- nus iustum, probatumue postularent: tum parato etiam ad ne- gandum, si minus id rectum appareret: ne vi forte coniunctio- nis, ad aliquid minus iustum concedendum impelleretur; qua remollescere fortis quoque animus facile solet, ac leniri. Cum alij fere propinquitatis caussa, multa tribuere, atque indulgere soleant; contra ille coniunctionis vinculo vtebatur, quantum poterat; vt eo constricti cognati rebus omnibus magis, quam alij continerentur, ne ceteris exemplo quidquam nocerent; imo potius prodeissent. Agebatur quandoque de episcopatu in pro- uincia Mediolanensi mandando cuidam eius affini: cuius do- <sup>Affini ne epi-
scopatus man-
daretur cura-
uit.</sup>

cessaria cum desideraret; eum excludendum curauit. qua de re cum is, aliqui coniuncti quererentur; libere caussas aperuit, quibus eam rem ipse probare non posset; imo sibi iudicaret impediendam. Ioan. Iacobi Medicis cadauer, iussu Pij quarti eius fratri in eleganti, ac magnifico marmoreo sepulchro collocatum in ecclesia maiori Med. nihilominus deponi, atque sub terram coniici iussit; licet exceptum monumentum, in decretis eo de genere scriptis intelligi posset. Cum adhuc auunculo viuentem, per Ormanetum collocutionis loca in monasteriis ad virginalis pudoris normam conformaret; in ipso monasterio in primis, vbi non soror eius tantum, sed etiam Pontificis ipsius sorores erant, id effecit.

Amicos ali-
quid petentes,
vt audierit.

CAP. XIX.

A M I C O R V M gratiæ tantum tribuit; vt omnes tamen intelligerent, nihil ab eo impetrari posse, nisi iustum, rectumque esset penitus; & suæ ecclesiæ institutis, atque utilitatibus; tum vero vniuersæ ecclesiasticæ disciplinæ consentaneum. sæpe cœnit, vt quæ alij leuiora putassent, vel principibus viris, Cardinalibusque ipsis denegaret; quia ecclesiæ suæ disciplinam aliquo modo per ea lædi, fructuine ex parte aliqua impediri cognoscet: vnde maiora deinceps sibi detrimenta expectâda essent. Inter eius familiares, nemo fuit, qui vere posset insigniter apud eum. æquabiliter omnes amabat; & pro eo, quantum vnuquisque aptus esset, æstimabat, atque vtebatur. qui plus fortasse posse videbatur, is nihil solebat alicuius gratia postulare; neque omnino quidquam alia de caussâ proponere; quâm quod ita rectum esse iudicaret, & institutæ disciplinæ accommodatum. Ea maxime recusabat Carolus, quæ contra sacra decreta peterentur. timebat enim in administratione sua vniuersa vehementer, indulgentiæ genus eiusmodi: ægreque admodum committebat; vt quempiam lege aliqua solueret aliquando: cum ex diuturna experientia documentum caperet; si quid ex modica parte, vel specie sola relaxatum esset; quâm facile tempore procedente, plena consequeretur dissolutio; quemadmodum aggeris sublata particula, sensim ea via facile tota vis erumpit fluminis.

Ea

Quæ petebat
amicis denega-
ret.

Ea ré fiebat, vt interdum nonnullis videretur canonum sacra vincula constricta nimis habere. Sed ipse nullius gratiæ, potentiaue addictus; & momenta rerum, ab eo quod in posterum euenire facile posset, & ad diuinam voluntatem diligenter pendens, præscriptis suis religiosissime sibi hærendum statuebat. nam & simili constantia in iis tenendis legibus vtebatur, quas semel sibi priuatim constituisset. longum esset enarrare, quanto illi visui fuerit in proposito tenendo, decretisque tuendis accurata stabilitas. At in denegando, cum permagni interficit, qualem se quisque præbeat; multosque non tam recusatio ipsa perturbet, quæm insuauis recusandi ratio: tam scite Carolus id facere, atque amabiliter solebat; vt non voluntatem, sed iustum cauillam, rationemue impedimento esse petentes agnoscerent. Roganti primariæ matronæ, in principio suæ administrationis, nondum constricta recentibus decretis disciplina; vt filiam liceret in cœnobio visere grauiter ægrotantem; respondit Carolus, Breue tibi, inquit, hoc erit solatium; at tibi tanta nobilitate, atque auctoritate, si denegari patiaris; quod te vehementer rogo; mihi nunc claustrorum religiosas leges renouanti, magnum præsidium attuleris; vt tui exemplo proposito, ceteris me possim excusare. quibus verbis illa facile, placateque repulsam tulit. Si quid a Principibus viris ipse petere rogatus est; libenter, promptoque animo suscepit; modo gloriæ Dei, hominumue saluti in eo posset inseruire. De magistratu obtinendo non rogabat, nisi recte, iureque peti cognosceret. plerumque testimonium tantummodo dabat; hominem, quantum ipse nosset, aut a probis viris accepisset, sibi idoneum vide ri; cui, si magis idoneus non occurreret, mandari posset. Narrabat in ipsis amplitudinis suæ initiis, aliquid rogantibus, quod a Pontifice concedendum esse non putabat; ita respondisse tamen semper; vt verba speciem promissionis, vt fit, præ se ferrent: mox id minus ingenuum, doliq; genus quoddam cum existimasset; eam consuetudinem tenuisse; vt si cōcedendum non arbitraretur, aperte proferret: sæpe etiam moneret, vt a proposito petentes declinarent: immo facturum se denunciaret;

*Primaria Ma-
trona quid de-
negauerit, dix-
eritque.*

*Rogatus, quid
a Principibuo
Viri peteret.*

Animi candor.

quominus Pontifex aliorum precibus in eo flechteretur. Ita factum esse, ut qui iusta quererent, fidem promissis haberent; quod antea pauci faciebant: ceteri moniti ab incepta re desisterent.

Quantum tu-
endorum Ca-
nnonum studiū,
illustri decla-
ratus exemplo.

suum canonum tuendorum studium; libertatemque id recusan-
di, quod ab eis alienum videret; illustri declarauit exemplo, quod
hoc loco subiicere operae pretium existimamus. Sebastiano Lu-
sitaniae Rege absque filiis mortuo, creatus est Rex Henricus S.R.
E. Cardinalis eius patruus; quem vehementer rogatum, regni
optimates, Praesules, populique exorauerunt, ut vxorem vellet
ducere: sperabant enim ex eo, quamuis aetate confecta, procre-
andum in imperio qui succederet. praeter vniuersi regni solatiū;
pietati, religionique valde consentaneum esse; discordiis, bel-
lis, calamitatibus occurrere; quæ Henrico mortuo, nullo re-
giæ domus relicto successore, propemodum necesse erat existe-
re. Henricus, ut Episcopus, religione solui, vxorisque ducendæ
facultatem a Gregorio Pontifice sibi concedi, postulat. eodem
tempore Mediolanum ad Carolum dat litteras: adductum se a
Lusitanis suis, ut coniugio consentiret; quo tamquam vnico re-
medio tranquillitati prouinciae posset consuli: graue admodum
sibi esse; ducereque id cuiusdam loco sacrificij, in quo se ipsum
pro suorum salute immolaret: sed publicæ quieti cedendum iu-
dicasse. vehementer igitur rogare, ut quantum eniti posset, ad
eam concessionem Pontificem perducere conaretur. idem viri
principes alij maiorem in modum a Carolo postulant; negoti-
umque eius auctorati commendant. Carolus amicissimi, op-
timique Regis postulationi, non quod is velle videretur, sed quæ
sanctæ Ecclesiæ putaret conducere, respondet: Magni quidem
interesse videri; querere Lusitanis, qui ei sine controversia legi-
gitime posset in regno succedere. sed tali Antistiti potestatem
facere coniugij, rem omnium videri grauissimam; neque ullo
vmquam tempore concessam. Personæ Deo dicatae, in alio ge-
nere, factam quandoque dici potestatem nuptiarum: quod nullo
tamen satis certi, probatique auctoris testimonio fere confir-
maretur. omnino exoptatos eiusmodi nuptiarum, vel publicæ
quietis, vel successionis cunctus minime contigisse. maxima
etiam

etiam inde publice, ac priuatim extitisse incommoda; vnde magnæ vtilitates expectarentur. probandam magis, atque imitandam quorundam Regum continentiam; qui matrimonio coniuncti, cum recte, ac legitime filios possent suscipere; nulla tamen hæredis, successoris habita ratione, singulari castimoniarum studio, tali matrimonij vsu abstinuerunt. quantò magis, qui cœlibem vitam professi, sine singulari quadam venia, se ad conubium referre non poterant. quæ dixerat, exemplis allatis confirmavit. postremo in re tanta, tamque difficulti, nihil se aliud probare posse dixit; quām, vt quibus de cauissima facultas postulanda videretur, eæ cauissæ summo Pontifici candide, nulloque studio referrentur. quod is pro summa auctoritate, diuinaque afflatus iudicasset, æquo animo, voluntateque acciperetur. De re grauiter ad Pontificem scripsit, quid sibi maxime probaretur indicauit. euentus qualis fuerit, ignorat nemo. Cum autem aliquid sibi petendum, aut persuadendum Carolus statuisset; id faciebat vi quadam singulari; non is quidem contenta vox, vel corporis motu; neque dicendi facultate, quæ modica erat; sed optimis argumentis, iisq; ita explicatis; vt ratione tantum, veritateque; non studio, vel desiderio suo, nedum perturbatione duci satis intelligeretur. neq; vero ad responsiones hæsitabat, aut respondentis asperitate, vel importunitate commonebatur: sed, tum acute, tum sedate semper replicabat: vt plurimi prædicarent; inuitum ab illo abire posse neminem, quem vincere is statuisset persuadendo: sicuti contra, a nemine illum vinci, flective posse: cum ita rectum esse vt sentiret, animo statuisset.

*Vix in petendo
& persuadendo singularius.*

M O N E N D I officium, quod amici, christianique in primis animi est; nescioque vtrum magis, vtile, vel neglectum; in quo publice opus esse cognouit, aut priuatim; minime prætermisit. Episcopis, Cardinalibus, principibus viris, suis ipsis aduersariis, in eo genere non defuit. quod quidem, cum non minus amanter, quam libere faceret; non potuit ei non feliciter, fructuoseque, si non statim, at aliquando tamen, euenire. Vir amplissimus

Monendi officium vt erga alios adhibuerit, ac in se tulterit.
C A P. XX.

ſ quidam

*Vir ampliss.
mūt. Et Carolo
admonitiones
tulerit.*

*Omnium sequi
consilia non est
solida virtus.*

quidam quandoq; fertur eiusmodi officium acerbe admodum tulisse ; qui diu post gratias egit, magnumque inde fructum percipisse , Carolo ipsi modestissime testatus est. At se quoq; mira modestia ipse passus est ab aliis moneri, cum opus fuit; submissaque vel suarum actionum rationem reddidit; vel fecit quod monebatur. neq; solum erga viros ætate, atque auctoritate graues, ita se gessit : sed alios quoque monere ausos sic prorsus audiuit, vt par omnino erat, si eos ille monuisset. Fuere tamen , quibus videretur Carolus in modo publicæ , priuatæque disciplinæ tenendo, non satis alienas quandoque curasse monitiones; qua de re commemoratum est supra. Verum, si quando non obtemperauit; monitionem nullo modo videtur contemptisse; sed ita reætius, Deoque gratius iudicasse. enim uero omnium sequi consilia, etiam si boni, prudentesque videantur; solidæ, præstantisque virtutis non est. aliis alia proposita sunt. quidam animi infirmitate male iudicant : multi mediocritate quadam contenti; vita, morumq; communem quandam modum minime transire student. pauci ad perfectæ virtutis præstatiā incitat feruntur. horum omnium sensus, animusque, infirma fere necesse est vulgariaq; consilia pariat. At præcipuis quibusdam diuini spiritus donis, viri excellentes affecti, propriisque diuinitus illustrati lumibus : quorum vita perpetuo quodam choro virtutum , ita sibi constat; vt cum alia recte procedant, alia non claudicent; ij, inquam , neque communibus consiliorum terminis sese continent; neque consuetis virtutum gradibus consistunt : sed longius multò progrediuntur , atque euolant altius. quotus enim quisque est ex summis, diuinisque viris, quos colit Ecclesia Dei; cuius vita communibus præceptis contineatur? qui quidem singulari quodā diuini amoris ardore inflammati , ad maiora semper ita rapiebantur ; vt in cursu charitatis infinito modum sibi satis definire non possent : ad eamq; demum excellentiam peruenirent; quæ ceteris eos mortalibus proposuit; vt perfecti. Ex exemplo ante oculos posito ; neq; illud desperent , quod alij diuina ope sunt assediti; & quò maiori studio summa sequuntur, eò magis sese remoueant ab infimis. Non id mihi arrogo , vt inter sanctos

santos eiusmodi viros Carolum esse reponendum ego pronun-
ciem. id viderint alij. sed quibus præcipuum illud lumen, vimq;
largitur Deus ; iis eundem arbitror præcipuum quoque largiri
munus; quo, neq; alienum consilium, monitionemue contem-
nant; & cursum ab omni errore suum, constanti quodam, & cer-
to conscientiæ lumine confirmati, tueantur.

M A N S V E T V D I N E , atque humanitate vtebatur in om- Vt eos qui adi-
rent acceperit,
alienaq; vitia
tolerauerit.
nes qui adirent; sed insigniter in eos , quos christianis esse mori-
bus , religiosisque deditos operibus nouerat ; libentissimeque si C A R . XXL
pauperes essent : cum alioqui grauitatem personæ semper cum primariis , principibusque viris , dignitatemque egregie , tuere-
tur. nunc humilem aliquem christianorum elementorum ma-
gistrum summa humanitate , ac propemodum abiectione acci-
piebat: paulo post cum amplissimo magistratu agens , nihil de
summa sui gradus auctoritate remittebat. at enim minuta offi-
ciorum, quæ in quotidiana consuetudine versantur, momenta,
pro cuiusque loco, atq; ordine cognita habebat exquise; noue-
ratque omnes honoris tribuendi , benigneq; accipiendi vias : vt Omnes honoris
cum dignitatis suæ locum teneret , tum nihil etiam prætermit-
teret in quemquam officij , vel humanitatis. itaque tum passim
prædicabatur officiosissimus, & liberalis; tum mirabantur multi
tantæ sanctitatis Antistitem, tamque cœlestium cōtemplationi
deditum, quotidianis officiis , cum opus esset, sese tam int̄ētum
præstare. Morosos , ineptos , immodestos , aut etiam insolentes Morosos , aliis
homines , si qui adirent , æquo animo ita ferebat ; vt neq; incre- ne minus con-
positos quo ani-
mos ferret.
paret, neque abire iuberet ; neque omnino quidquam faceret,
vnde perturbatus videretur. quod iustum esset , tantum respon-
debat; aut vero etiam modeste monebat. eūdem se præbebatur in
omnes alias , quibuscum res illi esset , difficiles licet , iniustos,
imperitos. quamlibet enim iustum offendit, indignationisue
causam, vt uno verbo dicam, eius virtus superabat. Quosdam
in consultationibus, importune rectis institutis, decretisq; con-
tradicentes, & difficile acquiescentes, æquo animo semper ar-
gumentis refellebat; omnem iracundiæ, atque obiurgationis

impetum comprimebat; omnes ineptias, imperitias, peruersitates deuorabat: & ea patientia, demum quod volebat facilius consequebatur. huius rei frequentissima potuerunt ab iis exempla obseruari, qui illi astiterunt. Hominem in ecclesia maiore quæ illum publice reprehendebat & rule-
rit.

Mirapatiens-
tia.

Concionatorem quæ illum pub-licere prehendebat & rule-rit. diebus concionantem diu sane tulit, qui se præsentem, non minatimque sæpe reprehendebat. neque solum permisit, ut concionari pergeret; sed ipse quoq; frequens erat eius auditor: cumque alios audiens dormitare videretur, ei se præbebat attentissimum; neque vel inter suos accusabat umquam. demum, cum ita expedire ceterorum caussa iudicaret, eum missum fieri placide curauit. Neque vero non inter domesticos etiam suos, siue operæ caussa, quæ vsui ecclesiæ esset; siue ad exercendam patientiā, similem aliquem tolerauit. mitto incuriam, & indiligentiam, quotidiana domesticorum errata; quæ licet leuia sint, ob frequentiam tamen, & quoddam rerum familiarium commune fastidium, æquo animo tolerata, præcipuæ cuiusdam virtutis præbent indicium. ad hæc sese Carolus animo sedatum, pacificumque præbuit semper. Euenit interdum vt ad ipsa sacra obecunda Carolo parato, negligentia ministrorum aliquid deesset; quod ille insigni temporis spatio, in ipso loco sacro, tam quiete, tamque sine ullo motu expectauit, vt tamquam exemplar patientiæ astantes omnes eum intuerentur. Sed unum ex familiaribus in primis pertulit plane molestum, odiosum, impotentem; qui nemini parceret, quotiescumque iracundia, vel perturbatione aliqua effruesceret: qui vel in ipsum Carolum maledictis nesciret abstinere; eidem sæpe insigni contumacia contradiceret, atque resisteret. quo quidem vel unius hominis vitio, singularis Caroli patientia mirifice apud omnes illustrata est; diuturnaque fuit multis tum admirationi, tum documento. At excusabat etiam Carolus, vitioque naturæ insito, magis quam voluntati tribuebat: omnia vero morum grauitate sustentatus, sine aliqua dignitatis imminutione patiebatur.

Aduersarios, &
obtrectatores
vt tulerit.
Cap. XXII.

P L V R I M O S Carolus aduersarios expertus; neque illos tam suorum studiorū, sanctitatisque imitatores; tantum abest, vt

vt accusandi vniquam, detrahendue studium prae se tulerit; vt si quid vere dici ad eorum excusationem posset, id libenter enunciaret. cumque interdum eos in se acriores experiretur, quos antea maioribus ornauerat beneficiis, quos equidem plures possem numerare; neque accusabat, neque beneficiorum mentionem vlo tempore faciebat, siue maledicto, impugnatione, *Animi quies, & moderatio.* atque adeo telo ipse peteretur; siue ministri violarentur; siue iudicia ecclesiastica disturbarentur: licet aduersarios pertubate agere, omniaque in peiorem partem trahere videret: nihil, quod perspici posset, indignatione, vel odio mouebatur; modestia, grauitatisque suae locum tenebat; tranquille rebus suis operam dabat: vt nescio quid homine maius in eo quandoque offerret intuendum. misericordiam potius turbatis, agitatisque animis tribuere cognoscebatur. cumque sacris precibus semper studeret eis benefacere; manifesta quoque opera, si locus datur, libenter eorum saluti, commodisque consulebat: usque eo ab omni vlciscendi desiderio aberat. exempla suppeditant narrata superius: ibique latius apparet, quam patienter ac bencuole repetitis officiis, eos placare semper, sanareue studuerit; qui sibi acriter, & inique aduersabantur: quantis incommodis suis eo-rundem viuorum, mortuorumque salutem curauerit: quid pro iis ipsis liberandis fecerit, qui in eius vitam coniurauerant. Sanctissima mansuetudinis exempla in eius eluent scriptis; quibus de aduersariis loquens, eisue respondens; cum ipse non obscurae pertinax, imprudens, superbus, dæmonis etiam arte illusus, furerter ab eis appellaretur; illius imitatione cui se totum addixerat, quæ tantum oporteret ad caussæ veritatem demoststrandam, resque sacras tuendas, mirifica patientia, modestiaque proferebat. Dum multa publicis dissidiis agitarentur; venit ex familiari-*Fallum la- bus quidam, scriptumque affert loco publico detractum; in quo dabile.* multa in Carolum erant maledicta: quod vix aspectum Caro-lus, nullo facto verbo, reiecit vt combureretur. Amicusquidam Roma veniens, Carolo nonnulla narrabat: inter alia, nuper ibi actum de longinqua, grauissimaque legatione ipsi danda: hominem vero mangnæ auctoratis maximis olim beneficijs a Ca-

Modestia cum humiliare coniuncta præclarum exem- plum.

rolo auctum, & ornatum obstitisse; & cum ut balbutientem improbase. tum Carolus placide statim; vere, inquit, locutus est: ut amicus admirans obmutesceret. Eandem moderationem multò facilius in eos seruauit, quibus in eius cauissis aliqua potestas erat; quidquid iij statuissent, contra quā vellet, expedireue iudicaret ecclesiæ suæ. grauiter sæpe dolebant eius minime stulti procuratores; multa querebantur. ipse vero non solum non incendebat; sed suorum agendi modum potius temperabat. Nunc ad ecclesiæ administrationem proprius est accedendum.

Ecclesiæ suæ
coram custo-
dienda, ac iu-
uandaria a-
nimarum cura

C A P. XXIII.

SINGULARE quoddam diuini cultus, & humanæ salutis studium Carolus insitum sibi semper ostendit; ex quo de medio prosperitatis humanæ cursu, ad meliorem statum diuino munere reuocatus est. cumque Tridentini concilij decreto, ne Cardinales quidem excusari vidisset, quin residerent in ecclesiis suis; ideoque in sede sua Mediolanensi perpetuo sibi manendum constituisset; quotidie magis ad commissi gregis commoda, salutaresque progressiones affectus, & incensus; in eo custodiendo, atque omnibus rebus iuuando, mirificam adhibuit attentionem, vigilantiam, ac laborem. Qua in re naturali facultate quadam non mediocriter eum iuuari concessit Deus: ut quibus in rebus sibi elaborandum constituisse, iis se rebus penitus, totumque daret. Ita certe se totum ad ecclesiæ suæ curam retulit; ita ei se se mancipauit; ut eius gratia, & commodo amplissima donauerit; propter eam administrationibus se omnibus exoluerit; ipsum præclarissimum Cardinalatus gradum, si ita oporteret, ob eandem cauissam dimittere, quod temere non dico, paratus fuerit. in ea denique cura omnia studia, omnes animi, corporique vires posuerit, & consumperit, usque ad mortem. Cumque videret, quantum ex præsenti Pastoris ipsius custodia gressad vberes Domino fructus ferendos, iuuaretur; præsentiam ipsam, residendique in suis ecclesiis continuum studium summopere semper commendauit; ac Episcopis omnibus toto animo persuadere conatus est. qua commendatione, ac cohortatione profecit in multis: qui eius sententiam

Vt sua ecclesia
coram consule-
ret etiam Car-
dinalatum
dimisisset.

Vt Episcopi in
suis ecclesiis re-
siderent totis
viribus nite-
batur.

tiam securi; vel se ad ecclesias suas retulerunt; vtilitateque perspecta, gratias egerunt: vel, si residere nollent, munere ipso se abdicarunt. quibus Carolus ex animo gratulari solebat, quod absentiam a grege suam adeo non tulissent; vt pastorale munus potius sibi renunciandum existimarent. at Pontificia quoque auctoritate iuberi, quos opus esse viderat, in primisque suæ provinciæ Episcopos curauit; vt ecclesias suas præsentes administrarent. Cardinalem cum esset cohortatus, vt in ecclesia sua resideret; ille vero se excusasset, quod non magnam ecclesiam habens, eam potius deberet aliena opera, custodiaque administrare; respondit, ne dum multa millia, vel animam solam amplissimi cuiusuis Antistitis præsenti custodia dignam. Cum Subalpinæ regionis ecclesias visitandas audiisset sibi destinari; omni ratione onus a se auertit, ecclesiæ suæ necessitates excusans. at non eodem modo, de prouinciæ Mediolanensis ecclesiis; quæ ob coniunctam metropoli administrationem, iusque metropoliticum in eas, ad eius curam aliquo modo pertinebant. In Heluetios sibi, Rhætosque eundum, ac tantopere de eorum salute, vt narratum est, ideo sibi laborandum putauit; ne mala eorum propinqua possent ad ecclesiam suam peruenire. De cetero absentiam ab ecclesia sua diligenter vitauit. ne ipsæ quidem de iurisdictione ecclesiastica controversiæ, potuerunt eum a grege suo paulum auellere. Quando autem, vel creandi Pontificis causa; vel ad Apostolica limina visenda, Romam proficiscebatur; quam citissime posset, redire maturabat: nisi, quod semel, atque iterum euenit, iussu Pontificis menses aliquot moraretur; ad aliquid instituendum, quod toti prodesset Ecclesiæ. Quod nisi ita sensisset, fecissetque; tanto profecto, neque in publicis ecclesiæ gubernandæ rationibus, neque in priuata sanctitatis disciplina, consequi potuisset. dicebat enim ad vtramque rem valde se incitari; cum eo se loco esse vnum sentiebat, quod spectarent reliqui omnes; & vnde virtutis exemplum sibi quisque petere deberet. commouerique vehementer, quod suis quotidie oculis aspiceret filiorum necessitates; tum vero animum eorum, ac voluntatem tantum in via salutari progredi paratam;

Pro animarum salutem qua flatus, eorum presbyterorum conditionem quandoque; toto cor grare et charitate.

paratam; quantum patris amore, studioque iuuaretur. Animarum charitate sic flagrabat, ut dignitatis suæ quodammodo oblitus, eorum presbyterorum conditionem quandoque; toto corde videretur expetere; qui agrestibus, asperisque locis parochias habentes; inopem, laboriosamque vitam in curatione animarum agebant. ibi demum charitatem ostendi posse, cui nihil humani desiderij, commodiue esset admistum. Hanc suorum oblatorū præcipuam esse virtutem cupiens, doccebat eos frequenter; quam vehementer eam queri, colique ab iis conueniret, qui se Dei ministros profiterentur. memoria teneo, cum in ædibus esset, quæ Canonicae nomine appellantur; quotidie certa hora multos eius collegij clericos, qui nomen in Oblatorum societatem dederant, aduocasse; sententias ex Euangelio selectas, quæ ad eam rem maxime valerent, tradidisse, ac diligenter explicasse: de quibus altero die, cum interim eas meditati essent, singillatim interrogabat, quid sensissent. quam quidem exercitationem miro studio, ac etiam abiectione obiuit complures dies. quod cum aliquando ficeret, præcipuo quodam affectus ardore, ad nos conuersus, Quam libenter, inquit, nisi hoc essem loco, eam amplectenter conditionem; vt bono Episcopo deditus, nulloque stipendio, certoue hospitio nixus, huc illuc animarum caussa mitterer, nulla cuiusuis incommodi, vel laboris habita ratione. Eorum ille quidem res minime cognoscere studebat, qui suæ curæ non essent: neque operæ aliquid suis subtrahendum putabat, vt aliis tribueret: cumque aliquando quispiam suaderet, vt pro Cardinalatus officio, eam personam suscipere vellet, quæ ad vniuersam spectaret Ecclesiam; vt quid ubique opus esset ad pietatem recte colendam, & nosset, & prouidericuraret: ei rei se assentire non posse dicebat; propterea quod ante omnia sibi ecclesiam suam curandam ex sacris legibus agnosceret; cui ne totis quidem viribus suis, totoque vita curriculo possit satisfacere. Sed quia tamen multa nunciabantur, multi ad eum configiebant; & omnino de rebus externis multa cognoscere necesse erat; officiis, admonitione, consilio, etiam longinquis sæpe subuenit. De ecclesiis, prouinciisque subleuandis, aut com-

Quæ sua curæ non essent res minime cognoscere studebat, qui suæ curæ tamen officio e gentibus opem fereret.

componendis; de legatis mittendis, visitatione que mandanda, ad Pontificem s^eper retulit. maxime vero frequenti supplicatio-
num publicarum exercitatione, res Ecclesiæ totius Deo curabat
commendari. De regularium quoque disciplina monebat quos *Regulares or-
dines inuabat.*
Sed ita tamen, vt in ecclesia sua administrandæ interim desuda-
re non desisteret.

C O N C I O N A N D I munus, quod præcipuum Episcopie es- In concioni-
fe Tridentinam synodus iudicasse viderat, studiose in primis bus habendis
suscepit. ac primò Romæ, vt est demonstratum, remotioribus C A P . XXIV.
locis sese in eo exercuit. Mediolani deinde sedens ad altare, ne-
que admodum frequenter, verba fecit. donec calamitosissimo
pestis tempore in suggestum ascendere; frequentiusque ad po-
pulum necessitate pene coactus, cœpit concionari. Institutum
semper deinceps tenuit: & quod initio difficillimum exper-
batur, vsu paulatim facile admodum sibi reddidit. Cum in pri-
uatis sermonibus ex præcipiti quadam pronunciatione, verba Pronunciatio-
frequenter minus expressa proferret: mirum in modum id vitij nem in concio-
publice dicens temperauit. at aliud item erat impedimentum nibus Et tem-
quodammodo contrarium; quod ægre verba inueniebat, qui-
bus animi sui conceptiones explicaret: idque ea fere de caufsa, careret impe-
quia verborum momenta singulari quodam iudicio pondera-
bat; non solum, vt quod volebat proprie significant; quod cest malus non
quidem magis commune est; sed etiam vt decorum quoddam careret impe-
haberent homine sacro, & Antistite dignum; de quo non in lo-
cutione solum, sed in aliis omnibus limatus ipse, quam alij ple-
rique, solebat iudicare. exiguitas quoque temporis ad legendū,
meditandumque dati, erat impedimento. neque enim poterat
ab occupationibus tot, tantisque distritus, maius, quam ante-
cedentis fere noctis spatium ad id sibi sumere. In hisce diffi-
cultatibus & naturæ, & muneris, sibi tamen committendum mini-
me existimauit, vt tam graues partes suas relinqueret: quod sacri
nonnulli homines interdum suaserunt. At vero cum ad se con-
cionem tantum pertinere iudicaret, quantum & Tridentina

t

con-

constitutio, & ratio, diuinaque confirmaret auctoritas: habilitas etiam tanta erat; tantum personæ grauitas; & in vultu, motu, que omni sanctitas, paternusque animus elucens, efficiebat; tantum res ab eo sanctissime ac prudentissime dictæ valebant; vt ad eum licet crebro concionantem magna concurreret multitudo, quæ dicentem attentissime audiret. non multi quidem nobiles; sed ij, quorum debebat salus esse charissima. In eo genere, sicuti alias semper, facultati suæ minus etiam tribuens, quam ipsa res pateretur; eam sibi in dicendo tenuitatem vsui esse contra elationem animi, nimiumque erga se ipsum amorem; & propterea gratam dicebat: quoniamque fructum eorum, quantuluscumque esset, nolebat desperdi; qui curioso doctrinæ, ornatae orationis studio, conciones cura & vigiliis elaboratas querunt: concionatores eorum item caussa curabat in eo genere excellentes haberi. Ipse aliis contentus, satis interim suo muneri, pioque plurimorum desiderio faciebat; tum salutari piæ multitudinis fructu potiebatur. At enim diuino quodam spiritu, præter morem, interdum etiam præter meditata, sic ferebatur; vt omnes commoueret vehementer. Ad ecclesiasticos autem homines verba faciens; cum ipse cœlesti quodam ardore inflammaretur, diuinæ etiam quædas dicendi faces animis auditorum videbatur admouere: dum grauissima presbyterorum, altissimaque munera commemorans; ex altera parte, quam lente, quam oscitanter, quam foede nnnnumquam, ab iis administrarentur; diuinitus ostendebat. de me ipso affirmo: cum ad eum audiendum, vt aliâs sæpius, in synodo esse pro modestia sua iussisset; si quid in rebus, voce, gestu obseruarem, de quo moneri illum oporteret: occulta quadam verborum illius vim, mentem meam subito ab ea obserandi attentione abductam; ad diuinæ sententias, quæ loquebatur, ita conuersam, atque adeo raptam fuisse; vt quam ob caussam eò vocatus essem, oblitus, toto animo in eius oratione defixus tenerer: tum, quasi aliquid rebus humanis maius viderer aspicere, atque audire; mecum, quotquot vbique sacri diuinorum rerum administri essent, ibi adesse optarem: demumque ad satis prolixæ concioniæ exitum

Qui nam libenter Carolæ concionantem audirent.

Quo ardore ad ecclesiasticos verba faceret, quidue efficeret.

exitum nimis celeriter me adductum , cum dolore sentirem. Commemoratus antea in toto clero synodi tempore animorum motus, satis idem confirmat. Porro res ipsæ, materiesque concionis, iudicij semper, & ingenij; in primis vero pietatis cuiusdam exquisitæ lumen præferebant. eadem materies plenumque diuinarum litterarum locis nitiebatur: iis enim libris perlegendis , & meditandis fere consumebat , quidquid ad eam rem dabatur otij. Prophetis maxime studebat : qui loci aptissimi essent ad huius temporis usum , eos habebat in promptu, tractabatque accurate. ad eam rem , tum ad vniuersa, quæ incidenter concionando , Ludouici Granatensis scriptis vtebatur plurimum : cuius hominis alioqui penitus ignoti, religionem, iudicium , doctrinamque multis libris declarata, adeo amauit , & obseruauit; vt familiariter, amicissime- que per litteras salutaret. neque ipse solum , quam eius labores sibi grati essent, saepius significauit; sed vt Pontifex Gregorius litteris suis idem publice testaretur, effecit. immo curasse scimus, vt in Cardinalium collegium ille cooptaretur. optimus vero senex eum contra ob singularem virtutem, religionemque colebat obseruantia singulari, mirumque in modum eius eximiis virtutibus, rebusque gestis lætabatur: de quibus vt scriberemus, saepius vrgendo nos appellauit; & ad rem persicendam suis precibus, viuens , & vt spero post mortem, amanter iuuat. Postremo vero Carolus amplam sibi ipse locorum, sententiarumque siluam comparabat, ex diuinis scriptis in primis; sed ex aliis quoque sacris libris: tum ex probatis etiam sanctorum virorum historiis, salutarium copiam exemplorū: quibus omnibus distincte, ordineque sepositis, ad diuersas conciones vti posset, quotiescumque vsu veniret; cum præfertim propter occupationes, spatium minime daretur singillatim cōquirendi. Varia genera mente comprehendebat, de quibus sibi essent verba ad populum facienda. tum diuinos libros attente legens; quod in quoq; genus conueniebat, illud notabat diligenter, ac distincte describi iubebat. ad varios usus siluam cōformatbat suam: sed elaborauerat in primis in iis colligendis, quæ ad sa-

*Materies de
qua in concio-
nibus, quibus
scripturarum
locis niterētur.*

*Ludovicum
Granatensem
plurimum a-
mauit, & ob-
seruauit.*

*Vnde sibi loco-
rum sententia-
rumque siluam
comparauerit.*

crorum hominum cuiusvis ordinis officia pertinerent: plenamque eorum, densamque syluam efficerat. eam rectius dirigendam, colendam, atque dilatandam post eius mortem, a Ioanne Francisco Episcopo Vercellensi suscepserat Franciscus Adornus; qui quidem singularem, reconditamque doctrinam, cum exquisito christianæ disciplinæ, religionisque studio coniunctam, ad opus efficiendum afferre poterat. Sed Carolum, ut præsenserat, non multò post secutus est. præsensit Franciscus obitum suum hoc modo; quemadmodum, vel de suggestu ipse publice testatus est. narrabat Caroli effigiem pulcherrimam ei per quietem obiectam. admiranti, percunctantique, quid sibi vellet tanta pulchritudo, illum respondisse, Bene tecum agitur, tu quoque breui accerseris. verum ille visum credidit: neque ita

Franciscus Adornus ex Caroli iam defuncti apparitione obiit suum præsensit.

Quanta virtus tu fueris Adornus.

Concionandi munus in episcopis ac presbyteris quam faciebas Carolus.

multò post expectatam Genuæ mortem obiit in patria sua; magni consilij, magnæque virtutis sacerdos; dignusque cui ad maximas res pro Ecclesia Deigerendas, ingens aperiretur campus. has demum, aliasque lucubrations idem Episcopus Vercellensis sibi legatas, optimis Cardinalibus reliquit, Augustino Valerio, & Federico Borromeo; quibus opus nemo curare melius posset, ac diligentius. Concionandi munus in Episcopo, atque adeo in presbyteris omnibus magni Carolus faciebat; indignus iudicans, quorum illud proprium, præcipuumque esset, ab iis negligi; aliis vero, hoc est regularibus totum relinqu; qui tantum missi essent subsidij loco. ac quamuis propter occupations ecclesiæ administrandæ, illi æque instructi ad dicendum venire non possent; cum regulares viri in ea re vna omnem ætatem sæpe consumant; paterna monita, pastoralemque vocem non esse tamén suis subtrahendam prædicabat, quæ plus sæpe multò ad docendum, cohortandumque valeret, quam dicendi facultas, & industria. itaque urgebat parochos, ut non solum festis diebus, ex Tridentino decreto verba facerent ad populum suū; sed ter etiam singula hebdomada, dum Quadragesima erat. idoneos ad id viros, quantum poterat, in parochiis collocabat. quos educabat clericos, in eo genere exerceri iubebat a pueris. alios quosque, qui habiles viderentur, ad id incitabat. ex conciliis, sarcisque

erisque libris aliis, ac rhetoricis quoque, multa colligi iussit, li- *Libellum de-*
 bellumque edi; quo ad sacra prædicationis munus rite, decoro, *modo in concio-*
 fructuoseque obeundum, vitiaq; multa fuga*nus obsernat*ienda, concionator *do edidit.*
 monetur. ob eandem caussam Valerij, Granatensisque de arte
 rhetorica libros ad ecclesiasticam rationem formatos, a suis ad-
 hiberi iussit: & eiusdem Granatensis conciones Mediolanensi-
 bus typis imprimi; vt eas vnuquisque parochius in primis, tum
 alij quoque facilius sibi compararent. nam in eis auctor, ad om-
 nia concionum genera studiose locos suppeditauit. Episcopos *Episcopos &c cō-*
 etiam, quotiescumque se occasio offerret, hortarion desiste- *cōnōnēre nō*
 bat: & cum ad eum Mediolanum venirent, contendebat maxi- *borsabainr.*
 me; vt sanctis cohortationibus de suggestu populum ad studia
 pietatis excitarent. ac raro quidem, nisi manifesta essent naturæ,
 doctrinæue impedimenta; quamuis saepc resisterent, & pene mo-
 leste ferrent; dabatur facultas elabendi. quod quidem minime
 consequi potuisse, si, vt quidam suadebant, desisset ipse; ne si
 quidem minus ipse fuisset in eo genere frequens. Itaq; festis die- *Quam effet in*
 bus semper concionabatur; interdum non mane solum, sed etiā *concionibꝫ frō*
 vesperi. in Quadragesima vero, partitis æqualiter cum alio con- *quens.*
 cionatore diebus; nisi, quod infrequentiores fere sibi ipse reser-
 uabat. In omni quoque Pontificio munere obeundo: nam siue
 homines initiandi essent, siue dedicanda ecclesia, vel altare; siue
 ænea vas ad populum conuocandum consecranda; velanda vir-
 go, eiusue sacra professio recipienda; sacramentum aliquod ad-
 ministrandum; publicæ supplicationes habendæ; ecclesia recon-
 goscenda: concionem addebat semper; idq; ad mysteria, quæ
 tractaret declarâda; ad populum pro eo quod in præsentia opus
 erat, commouendum; omnino ad fructum astantium salutarē.
 Cum ad concionandi munus duo sibi necessaria iudicaret pre- *Duos sibi ad cō-*
 ces, & lectionem; si forte; quod saepius evenit, angustia tempo- *cionandi mu-*
 ris; & ad precandum, & ad libros euoluendos spatium non dare- *nus necessaria*
 tur; precationem præferebat lectioni, meminique, cum ad col-
 legium virginum verba faceret, cum opportune narrasse; sibi eo
 die valde occupato in dubium venisse; vtra re paululum quod
 erat temporis, consumeret, legendo, an orando; & eam volun-
 tam, . .

*Pastorales In-
seras ad popu-
los scribebat.*

tatem, ut dæmonis dolum repudiasse, quæ ad libros potius incitabat. Quoniam vero Pastoris vox ad omnia loca peruenire non potest; ut eius tamen monita quamplurimi non solum in urbe, sed etiam in agro facilius acciperent; litteris vsus est, quas pastorales appellant: quæ quidem, exemplis typorum arte multiplicatis, per ecclesiæ promulgarentur, & per loca omnia disseminarentur. his uteretur cum grauis inciderat causa, quamobrem populi monendi, docendie essent, quod ad communem salutem pertinerebat.

*In catholicâ si-
de tuenda, &
Apostolica Se-
de colenda.*

CAP. XXV.

Quæ ad catholicam fidem tuendam pertinerent, summo studio curauit semper. decreta ipsa in hoc genere sancta per se loquuntur; gestaque per eum, in Rhætis, Heluetiisque, tum aliibi quoque, sicuti narravimus, demonstrant. sed cauſarum, quæ ad fidem pertinentes, vel Mediolani agerentur, vel Romana auctoritate illi mandarentur, accuratissima tractatio itidem declarauit. libris importandis, edendisue, ne quid periculi fidei, vel moribus afferretur; religiosi, doctique hominis assidua cura prouidebat. Consultationibus earundem cauſarum ipse intererat: diligenter Romam, quæcumq; in eo genere opus essent, sua plerumque manu perscribebat. Præterea in urbe Mediolano, tamquam in sublimi quadam specula collocatus, totam hanc Italæ regionem alpibus vicinorem singulari vigilantia custodiebat. locus vero est ob proxima pluribus ex partibus pericula, satis opportunus: nam & Romani Imperatores hanc urbem, quasi Italæ propugnaculum, contra nationes transalpinas quæ doque habuerunt. Ad Subalpinæ regionis custodiâ, quantum cius consilia, atque actiones valuerint, huius loci, vel temporis non est explicare. Si quid vbique foto hoc tractu oriretur huius generis incommodi; prouidebat; Romam nunciabat. nam pijs, & religiosi viri ex omni parte ad eum potissimum, quæ cunique acciderent, tamquam ad rerum diuinatarum, salutarium que vigilissimum custodem, procuratoremq; diligentissimum omnia defrebant. Cum militum Germanorum cohortes nonnullæ, donec alio vocarentur, essent in diœcesi collocatae: multorum

*Mediolanum
loco opore uno
est constituta-
rum.*

*Ad Subalpina
regionis custo-
diâ, quârum
erunt et consilia
et actiones va-
duerint.*

*Quid cum mi-
litum Germa-
norum cohortes
nullæ efficerent.*

torum impietatem ex publicis factis quibusdam odotatus, eò venit ipse; licentiam repressit; Gubernatorem monuit; litteras ad Philippum Regem dedit; malum auersum est. Apostolicam Romanam Sedem summo semper honore veneratus; eius dignitatem, auctoritatemque religiosissime tueri studuit, & propagare. Apostolicis mandatis suscipiendis, promulgandis, execu-
Apostolicam Romanam Sedem qua Gener ratione sit pro securus.
 quendis; nihil apud se vñquam ad honorem, atq; reuerentiam summae sedis debitam deesse voluit. neque si opus fuit, fortitudinem suam passus est in hoc genere desiderari. ac litteras quidem Apostolicas cum acciperet, aperto prius capite, venerans osculabatur. Quidquid in priuatis, publicisque rebus non satis certum incidebat, considerandum, iudicandumque Romam deferebat semper. Quæ illi, vt tali ecclesiæ Antistitiū veniebant in mentem, quæ ad meliorem rerum statum Romæ fieri oportere putaret; ea modestissime suppeditabat. pij homines plurimi, si quid rectius publice faciendum existimarent; ad eum referabant: quorum si quis immoderato feruore commotus, paullum modestiæ fines transiret, grauiter reprehendebat: neque enim æquum iudicabat; vt vel ipso nimio pietatis ardore debita Principibus Ecclesiæ reuerentia pelleretur.

RITVS, & cœremonias ecclesiasticas exquisite cognosce-
 re, seruareq; studuit: quo de genere certum sacerdotum numerum delegit, qui consultarent, cum dubitationis aliquid afferretur. nec vero grauabatur consultationi præesse, diligenterque de iis quoque diu disquirere, quæ leuia sæpe vulgo putantur. nihil enim ad diuinum cultum pertinens, non dignum arbitrabatur, in quo curam, diligentiamque collocaret suam. Cœremoniarum magistrum, honestis tributis stipendiis in ecclesia maiore constituit. Romæ, quod antea tetigimus, idem studium iuuit, consultationemque Cardinalium ad id constitui curauit: quos ipse in primis consulere solebat frequentissime. Huiusmodi cognitione curabat clericos omnes, eos præsertim, qui in seminario alebantur diligenter institui. ac ea quidem peritia solebat in ecclesiis Mediolanensis, præsertim in ecclesiæ maioris
In ritibus, & cœremoniis obseruandis. C A P. XXV.
 sacris

*In episcopo quo
dam quid fuc-
rit obserna-
tum.*

sacris officiis, magno fructu pietatis, elucere. In ipsis laicis non vulgaris saepe cognoscetur huius generis obseruatio. Cum Episcopus aduena post Caroli mortem, Missæ solemnia celebriter agens, mitram ab altari ad thronum rediens deposuisset, Gubernatoris salutandi gratia, qui erat extra cancellos; mulier erratum notans; ne vultus quidem significatione, mitratum Carolum dixit, quemquam extra cancellos salutasse. Quoties minus usitatum aliquid agendum esset in ecclesia; tunc in primis consulebat, quæ ipsi in eo genere agenda, vel cauenda essent; ad ea libris allatis, ritu omni considerato, experientia adhibita, sece diligenter parabat. Ita plene, perfecteque curabat instituta sacra omnia exequi; ut eo ipso die, quo ex hac vita abiit, tantulo allato cibo, preces ad eam rem clericis præscriptas, ante, & post integras obiret: quibus psalmum quinquagesimum ex Ambrosiano ritu inserere semper solebat. cum iussisset ob magnam in eo genere plurimorum ignorationem, omnes ante sacram confessionem symbolum Apostolorum, Decalogumque cum Domini ca oratione, salutationeque Angelica recitare; ipse, quò ceteri facilius ficerent, eadem prius quotidiane suæ cœpit præponere confessioni.

*Ambrosianiri-
tus, & reliquia
rum conserua-
tio.*

CAP. XXVII. **E C C L E S I A** suæ proprios, quos habet ritus, studiose conservauit; ea præcipua, vt dicebat, ratione; quòd non Mediolarum nées solum; sed auctoritate, atq; approbatione Romani essent, & Apostolici. Cum ad corrigenda librorum ecclesiasticorum menda, quæ superiorum temporum vitio irrepserant, aggrediebatur; quæ quidem fuit eius non postrema cura; fuere qui suadarent, vt eo labore omisso, Romanos potius eligeret, & in ecclesiam suam induceret. quod ille sibi in tantæ antiquitatis, auctoritatisque institutis, neque ex toto, neque ex parte faciendum; neque aptam eiusmodi Ecclesiæ varietatem, quam sancti Patres probassent, sibi tollendam constituit. nam proposuerunt etiam quidam, vt quia primam Quadragesimæ Dominicam restitueret, quatuor quoque alios dies ex communi consuetudine curaret addi; ille vero ritus ecclesiæ suæ restituendos, non autē mutandos

tandos affirmabat. Quidam prouincia Gubernator a Pontifice summo postulauerat ; vt ei liceret , vbi cumque Missæ interesse quidquam cō-
vellet , Romani ritus sacrum adhibere : quod Carolus cum au-
diisset , Pontifici persuasit , vt negaret . Ita sentiebat ; quoniam ri-
tus ecclesiæ Mediolanensis iam inde ab antiquis temporibus
consensu Apostolico probarentur ; expedire quoque , eos quan-
tum fieri posset , integræ seruari ; neque diuersa ratione confun-
di . quotiescumque autem sibi aliquid in hoc genere defenden-
dum esset ; accurate admodum , litterisque sua manu scriptis , id
faciebat . Breuiarium emendatum edidit . Missale cum esset in manibus , mors intercessit . sed tamen omnem ante rationem li-
bello ediderat , qua clericus inseruiret Missæ . Sacramentale , sic enim appellant , descriptum quidem , sed nondum a se plene re-
cognitum cum reliquisset , nuper editum est . in quo præter ritus
ecclesiæ Ambrosianæ proprios , quamplurima ex decretis con-
ciliorum , & ex diurno vsu , describi iussit , ad sacramenta pie ,
decenterque quocumque ritu administranda . In Rogationibus
triduanis , quas sancte admodum inter alias ecclesias , Mediola-
nensis retinuit ; cum nonnulla corrupte introducta correxisset ;
librum quoque diuinarum precationum , quæ per varias eccle-
sias , certo ordine diebus iis habentur , instaurauit . Præter festum
Protasij , Geruasique sanctissimorum martyrum , patronorum-
que diem , vt tetigimus , restitutum ; vt tota quoque prouincia S.
Ambrosij dies , qui est VII. id. Dec. festus ageretur ; immo eius-
dem memoria , quotidiana commemoratione , statis horis pub-
lice coleretur , prouinciali decreto curauit . quod idem diei san-
cti Barnabæ Apostoli tribuit , vt ecclesiæ Mediolanensis funda-
toris . Quemadmodum sanctorum reliquias religiosissime co-
luit : ita quas habet ecclesia Mediolanensis plurimas , tum coli
sanctius , tum conseruari , ac augeri diligentius curauit : id quod Sanctorum re-
liquias Et tali,
ab eo celebratae translationes ; & quam in iis recondendis adhi-
buit , adhiberiique decretis prouincialibus constituit , exquisita
diligentia , satis demonstrat . harum cognitioni , curationique
certum sacerdotem præesse iussit . At illud etiam decreto ea de
re sancito curauit ; vt nemo priuatim eas haberet ; sed in sacris lo-

u cis

cis omnes relinquerentur. Cum autem prouidere vellet, ne illæ ab ecclesia sua vmquam auferrentur; neque prouincia Mediola-nensis, quantum fieri posset, tali vmquam præsidio spoliaretur; præter id quod in concilio decreuit ipse; Pontificias etiam litte-ras obtinuit; quibus anathematis adiccta pœna, prohibetur; ne quis reliquias extra prouinciam ferat; neue quæ in ecclesia qua-uis locatæ sunt, ab ea possint auferri.

De rerum sa-craturum cultu,
sacrisque non-nullis institu-tiis.

CAP. XXIX.

D E S.^{mis} Sacramentis, rebusque sacris omnibus, quæ con-stituerit, effeceritque; huius loci non est explicate narrare: alio-qui decreta, præscripta, monita, quæ multis eo de generc con-scriptis libris continentur, oporteret huc transferre. Verùm sa-cramentorum administrationem ad animarum fructum, decē-tiamque sacram sancte conformauit. canonicarum p̄tēcum ri-tum, ac dignitatem restituit. diuina munera, officiaque omnia re&tius ordinauit. Pontificias celebritates, & munera imitatio-ne veterum instaurauit. sacrchori disciplinam, silentium, reue-rentiam, ordinem, apta indumenta; censuram item erratorum, constituit. non risus eo loco, non collocutio, non somnus. in-tra cancellos laicus nullus, quacumque is esset dignitate. cum-que rumoris non nihil esset Philippum Regē Mediolanum ven-turum; percunctanti, quid tandem putaret, si Rex venisset; num & ipsum recusasset in eum locum recipere: pro suo eximio disci-plinæ ecclesiasticæ studio Carolus respondit; sperare se, ne ip-sum quidem Regem, vt eius erat egregia pietas, eò peruenturū; maxime cum argumenta sua cognouisset. Qui musicæ canerent in ecclesiis, eos clericos, si fieri posset; alioqui tunica clericorum simili, & linea veste saltem indutos, & certo loco separatos, con-stituit: qua consuetudine etiam ipsius Gubernatoris cantores, si ad ecclesiis adducerentur, contineri volebat. Regulares viros non ita libenter in eorum numerum admittebat; præsertim si regulæ seueriori addicti essent: nam & omnino musicam ab eo-rum ecclesiis alienam putabat. Quæ canerentur, ea non solum sacra, sed ad præsens officium accommodata, esse iussit; cātum-que ita temperari, vt verba intelligerentur. Altaria ex eius præ-scripto

Intra Cancel-
los, laicos non
admittebat. Et
quid de Phi-
lippo Regē sen-
tiret.

Quos musica
cantores in ec-
clesiis admis-
serit.

scripto decore munita fuerunt, & instruēta; sepimētum ab omni parte; certi gradus; tegumen alte superimpendens: ad instruēndum, ornandumq; vestis, & supellex varia, & decora clericus plerumque; cum superpelliceo certe, quicumq; esset, sacrificantis administer. *Altaria &c. mire carauerit.* *Qualia sacra-
ria & supellec-*

*Imagines &c.
probari volue-
rit & sedes in
ecclesiis per-
misit.*

Sedes in ecclesiis præcipua cautione præscriptæ, quibus ad maiorem modestiam, interposita tabula presbyteri fœminarum confessiones ita audirent, ut impediretur asperitus. Sellas altiores, summis quibusdam viris exceptis, ob sacrorum reuerētiā adhibere permisit neminem. Magistratibus tamen sedes a multitudine separatas constituit. Missæ sacro, vtroque posito genu, semper, si tempus excipias euangelij recitandi, omnes interesse docuit: ut non minus rarum postea fuerit, stantem, nedum sedentem videre, quam antea genibū nixum. in ecclesiis mares a fœminis, etiam tabulatis interpositis, ut iam cōmemorauimus, distingui iussit: fœminas autem ipsas caput velo contextum habere; quamquam difficilius ob ornamentorum corruptelam id videbatur. Quæ in ecclesiarum lateribus essent, ianuas clausit; ubi commoditate inuitati homines, per eas indecore, quasi per vias, neglecta sacrorum reuerentia; transire possent. quæ res ad separationem quoque fœminarum melius tenendam valebat.

Cadavera in sacris locis sublimia: signaque militaria sepulchris apposita, in suis, alienisque ecclesiis, quas visitauit, sustulit; licet clarissimorū Ducum suorum eiusmodi monumenta studiose ciuitates retinere cuperēt. Ecclesiæ omnes, quotquot in diocesi tota numerantur, eius iussu, operaque restitutæ sunt; atque ornatae: multæ de integro, veteribus dirutis, ædificatae. omnium formas in ecclesiæ tabularia iussit afferri: ut quid facto esset opus, cum vsu veniret, facile posset iudicari. nihil autem ædificari, dirui, mutari licuit, primariis eius adiutoribus inconsultis; quamquam pleraque cognoscet ipse, & magna etiam

*Missa sacrificio
et omnes ades-
se docuerit,
quæ ratione
mares, & fa-
minas.*

*Cadavera in
sacris locis sub-
limia sustulerit.*

*Ecclesia omnes
iussu suo orna-
ta, multa con-
struxit.*

Librum de fabrica & supellectile ecclesiastica Ludoniensis Moneta opera suis, edidit.

ex parte memoria tenebat vniuersusque ecclesia formam. Ut autem & ipsa aedificia sacra, & earum supellex decenter vbiique haberetur, libellum de fabrica, & supellecstile ecclesiastica edidit; in quo vniuersusque loci, instrumenti, indumentique ecclesiastici genus, formam, mensuram, numerum diligentissime prescripsit: quarum quidem præscriptionum, omnisque diligentie, quæ ad fabricam, supellecstilemque sacram pertineret, Ludovicus Moneta præcipius minister, consiliariusque fuit. Huiusmodi studium fecit, vt sacri homines, qui Archiepiscopali auctoritate non continentur, communis quadam incitatione dueti, suas item ecclesias, ecclesiasticasque res reficere, ac ornare; tum diuina etiam munera decentius obire curarent. Insignis ecclesia Raudensis Virgini dicata eius iussu confluentisque multitudinis liberalitate, cœpta est aedificari; cum anno M.D.XXCIL in remota viciædicula, ad eius imaginem inuocata virgine, multa mirabiliter impetrata essent: quæ nos legitimis testimoniiis confirmata, vera esse comperimus. Instauratio quoque basilicæ S.Laurentij; cuius amplissima testudo rotunda corruerat, eius iussu ita inchoata est; vt ab eo etiam de suggestu prædictum affirmant eius parochiæ viri graues; magnum subsidium illud, quod eo mortuo, Virginis munere simili, a nobis itidem comprobato, concessum vidimus. His rebus omnibus etiam ipsa vrbis artificia incrementum accepere non mediocre: quæ in ecclesiis aedificandis, cædendis lapidibus, vasis fabricandis, vestibus sacerdotalibus efficiendis, opere vario, ac multiplici versantur. De septem ecclesiis, totiusque anni stationibus, supra diximus; ad Romanarum similitudinem in vrbē constitutis. Quotidianam precationem instituit, quam indulgentia proposita populus vniuersus haberet, certo sub noctem exaudito campanarum sono. Festis diebus in parochorū ecclesiis certas supplicationes pro publicis rebus, temporumque difficultatibus plium populum habere curauit. In unaquaque parochia sancti diem, cuius nomine ecclesia dedicata est, honore præcipuo colere vicinos iussit: tum iejunium quoque pridie seruare cohortatus est. sacras exercitationes nullo tempore passus est deficere; ad augendam

Quotidianam precationem instituit.

Sancti diem, cui parochia est dedicata mea & vicinis collauit.

dam semper populi pietatem, mane, ac vesperi frequentes conciones: crebræ variis de caussis sacræ celebritates: magna semper in ecclesiis populi frequentia: ad officia pietatis alacritas: celebris vbiue sanctissimorum sacramentorum administratio. festi dies ab omni mercandi opere, præter necessarium; tum a profanis spectaculis, choreisque fere ex toto vindicati. ieiunia restituta. sed de his haec tenus: salutaria enim instituta; corruptelasque diuini honoris gratia sublatas, infinitum prope esset enumerare.

*Multa alia pie
instituta.*

O M N I A Pontificalia munera magna voluntate obibat Sacra munera quæ obibantur. ipse. excurrebat longius, cum opus erat ad ecclesiam, altare, campanam, & eiusmodi alia consecranda. huiusmodi administrationis gratia; neque laboribus, neque incommodis parcebatur ullis: neque tempestate, viisue etiam deterrimis umquam retardabatur. Eavero tam ad se pertinere secum statuerat, ut licet aliquando, de Vicario generali recipiendo. qui episcopalis ordinis erat, ageretur; denunciauerit tamen, nolle se in eum eiusmodi munerum aliquid transferre. Ac his minime contentus, ad alia item veniebat, quibus ad conficiendum Pontificia dignitas necessaria non esset: veluti vestitus est sacrarum virginum, ac professio. Sic officium suum Deo præstabat, gregique sibi commisso cumulatius; sacris functionibus maiorem conciliabat auctoritatem: tum res ipsæ, ad actionis decus sanctius, & ad euentum fructuosius administrabantur. iis è plus honoris tribuere hoc tempore conuenire iudicabat, quò magis heretici detrahere conantur. Sacramenta, quorum est etiam presbyterorum administratio, saepius ipse tamen obiuit: baptismum, statu tempore Paschali, ad similitudinem antiqui ritus; quo tempore ciuitatis infantes iubebat ad id reseruari: præterea quotiescumque rogatus, pietati viri principis alicuius ea in re satisficiendum putabat. Eucharistiæ præbendæ labores iam pluribus attigimus locis: erat enim in eo genere frequens. Pœnitentiam interdum ministrare, ab Episcopi officio alienum non putauit: & Episcopos commendauit, Nicolaum Cremonensem, Hieronymum Bergomensem, Franciscum Vercellensem, cum id quandoque fecissent.

fecissent. seq; idem velle demonstrauit; licet, quod sciam numquam perfecerit, Vnctionem extremam tribuit pestilentie tempore, sicuti narratum est. matrimonium saepius celebrauit. idq; libenter primariis viris conceudebat: vt ea via sponsos ad matrimonium sancte contrahendum adduceret; immoderatasque cohiberet nuptiarum voluptates.

EI V S erat non dissimile studium in munera functionibus exquisite requirendis; quæ ad inferiores clericorum gradus attinent: quibus singulis quid assignaretur officij distinetè declarauit; & vnumquemq; iussit singillatim obire, dum per eos gradus proucheretur. viri graues, etiam dignitate, genereue præstantes; quique confirmata, interdum etiam prouecta ætate, ad ecclesiasticum ordinem transibant, humilis tamen clerici munia exequabantur; nunc custodienda, mundandaue ecclœsia; nunc ære conuocationis gratia pulsando; alias vasculum thuris ministrando; aliæ presbyteris sacrum facientibus, vel Eucharistiam distribuentibus inscruiendo: quæ quidem ad populi documentum, ad sacrorum dignitatem, ad fructum eorum qui faciebant, mirum quiddam valebant. neque vero quemquam ad superiorum ordinis gradum admittebat; cuius de inferioris functione adhibita testimonium non videret: id quod etiam provinciali decreto sancuerat.

CV M permagni referat in Ecclesia; quæ de hominibus in sacram ordinem recipiendis, vel ad sacra munera admittēdis dispositio habeatur; de qua grauiter veteribus Ecclesiæ decretis, recentibusq; præceptum est: tum de moribus, tum de litteris periculū fieri diligenter iubebat: siue quis ordinandus; siue ecclesiastico muneri perpetuò deligendus; siue ad confessiones audiendas, concionesue habendas admittēdis esset. qua in re nimis exquisitam interdū interrogandi diligentiam questos esse non nullos audiuimus. Carolo quidem ea res cordi vchemeter erat, vnde populorum salus magna ex parte pendere videtur. satis erat illi tamen, quantum rei grauitas posceret, tantum in ea poni sedulitatis. At erat ab eo quoque alienus, vt cuiquam in eo generere

Clericalium
munerum
functiones.
C A P. XX X.

*Viros graves
ad ordines pro-
motos humilis
clericis munera
exequi sole-
bas.*

Dispositio de
initiandis, &
cipiendis ad
munera ecclœ-
stica.
C A P. XXXI.

nere parceret: licet ob doctrinam, auctoritatemque quibusdam paulò durius videretur, communem experimenti conditionem subire. his vero de caassis Carolus faciebat; quòd opinioni, ac fama sàpe veritas non respondet; quòd alioqui doctissimus, ea quandoque negligit, de quibus agitur: omnino, quòd, si est idoneus, summisionis christianæ gratia, homo Christo consecratus, vel iam facer, illud fructuose pati potest: si vero minus idoneus; merito probādus offertur, vt possit repellere. præterea, vero, quia sacrorum canonum accurata custodia, quæ illi summopere proposita erat, ita videretur postulare: ne qua parte disciplinæ sacræ, quasi rimas negligent, forte ruinę periculum adiret. Interrogandi rationem vnicuique ordini conuenientem decretis provincialibus expressit. Subdiaconos creandos præcipua statuerat esse probandos diligentia; quòd eo gradu diuinis sese perpetuo manciparent officiis; perpetuaque castitatis lege deuincirent. Ab iis qui essent initiandi, certo die coram se vocatis, testimonia multa exigebat, de natalibus, de vita ratione, de sacramētorum vsu, de diuinis officiis, de promulgatione nominis, de patrimonio si de subdiaconatu ageretur, de approbatione doctrinæ; aliisque, de quibus hoc loco mihi explicandum non arbitror; cū ea decretis ad concilij Trid. normam descriptis contineantur, quæ sunt in promptu. Ibi vero ipse cuiusque vultu, compositione, vestitu diligenter considerabat, si ordini ecclesiastico essent accommodata. Subdiaconos, presbyterosque designatos, certis ante ordinationem diebus in remotū locum venire, ibique relictis omnibus, apto aliquo sacerdote duce, salutari contemplatione sese exercere iubebat; cuius adiumento ad meliorem, sanctioremque vi-tam, suscipiendi munera plenam cognitione, adducerentur. ad eam ratione tradendam a societate Iesu primò ductam, multos demum presbyteros plane aptos ipse habuit. locū ad eam exercitationem accommodatum, multis cubiculis distinctū, ædificauit, in hortis ecclesiæ, quæ Canonicæ nomine appellatur; & Asceteriū congruenter nominauit. Ad alios Episcopos, huiusmodi sacramenti suscipiendi gratia, fere suos non dimisit. ne vel ex eo se labore eximeret; vel aliqua consuetæ diligentiae pars in cisapprobandis omitteretur.

AD H-

*Interrogandi
rationem vni-
cuique ordinis
expressit.**Qæ testimo-
nia ab iis qui
initianari essent
exigeret.**Subdiaconos,
presbyterosque
designatos con-
templatione
prius sese exer-
cere solebat.*

Cleri discipli-
na.

C A P. XXXII.

A D H I B I T A in iis diligentia, qui clericali se ordini darent; multum valuit ad cleri mores sanctitatis studio conformandos.

Sed alia quoque cura, multiplicique disciplina Carolus eum in officio continere studuit. omnes alioqui non addictos, ecclesiae certae iussit assignari; vbi festis saltem diebus diuinorum officiorum sese præberent adiutores. Quam frequenter peccata confiterentur, & Eucharistiam sanctissimam acciperent, obseruauit: certos ex religiosioribus, sed magno tamen numero, sacræ confessionis ministros assignauit. litteras discere, qui per ingenium, & ætatem possent, curauit. liberam consuetudinem, vagacionemque per præfectos coërcuit: vt neq; cum laicis, nisi iusta de causa essent; neque in ianuis, vel vicinorum tabernis federent

*Ne quid ab ec-
clesiastico de-
coro in clericis
esset alienum,
diligenter cu-
rabat.*

otiosi. vbi, & quibuscum habitarent, singillatim nouit; habitationisque locum inspici iussit interdum; si arma essent; si libri, imagines, aliaue ab ecclesiastico decoro aliena. nam arma ne in itinere quidem vlla concessit. Ex agro Mediolanū venientes in

certum diuersorium ad id institutū omnes conuenire iussit; quod

*Certum dauer-
forium clericos
ex agro Medio-
lanum venien-
tes ad id insti-
tutum conue-
nire iussi.*

laici non reciperentur; clerici vero ipsi certis legibus ad ecclesiasticam disciplinam accommodatis haberentur. Discessum ab ecclesiis, itinera, peregrinationes, nisi ex facultate præscripta, non permisit. Statum cuiusvis clerici, conditionemq; certo libro di-

*Cuiusvis cleri-
storum libel-
lo notatum ha-
buit.*

nire in st. stincte, subtiliterq; notatā habuit; ordinis gradus, beneficia, studiū cognatos, habitationem, ministeriū; & si quid aliud nosse intercesset. eam notationem, quoniā mutari aliqua semper necesse

erat, certo tempore, vocatis omnibus singillatim recognouit, & quibus rebus opus esset, renouauit. ex eo libro subito poterat de unoquoque clero suo plene omnia cognoscere. At alias etiam fuit magis reconditus libellus: in quo de vniuscuiusque moribus notatio breuis continebatur: vt cum de aliquo esset statu-

*Fœminas quas
et apud se ha-
berent clericis
tanum con-
cessere.*

endum, quid ei committi posset, peruidaret. Fœminas apud se habere vel nullas passus est; vel eas, si necessitas cogeret, quæ senectute, sanguinis coniunctione, moribus, ab omni suspitione essent alienæ. Canonicos, quantum potuit, in eorum ædes, plebisque locis cœnobij cuiusdam instar apud ecclesiam fabricatas, compulit: neque laicorum contubernia, nisi salua disciplina tolerauit.

lerauit. Parochis, & eorum muneri valde fauit: quippe suis in a- Parochia &
fauerit.
 nimarum curatione præcipuis adiutoribus. quibus etiam pro-
 prium tradidit magnæ grauitatis indumentum. eorum Missas,
 ecclesiæque frequentari; auctoritatem, officiaque conseruari; &
 ab omni aliorum impedimento defendi, studiose curauit. Ve-
 stitum clericalem synodalibus decretis constituit, pro cuius-
 que loco, ac dignitate distinctum; idque ad eam fere rationem,
 qua clerci veteres vtebantur; Monetaque vna cum sociis S. se-
 pulchri cultoribus sancte retinebat. Cum episcopum ad sacra
 collegia visenda Caroli iussu essemus comitati; fassus est postre-
 mo, rectores, præfectos, ministros clericos, quos ibi vidisset,
 ex modesto, religiosoque habitu regulares putasse, donec sccus
 admoneretur. Eundem vidimus admirantem; quod in ecclesiis,
 aut in via, ne vnum quidem ex infimis clericis, male, ne dum
 fordide vestitum vidisset. si publicis in gymnasiis canonice do- Quod testimo-
nium de cleri-
ciis in publicis
 & trinæ caufsa clericos morari permetteret; frequens Episcopi,
 Vicariiue vrbis illius testimonium requirebat, de vita modeste, gymnasiis com-
morantibus
 religiosoque acta. In laicorum familia, quacumque dignitate illi exigeret.
 essent, neminem, maxime presbyterum, ita esse permisit; quod In laicorum
 saepe antea non sine magno sacræ dignitatis contemptu siebat; familia cleri-
cos esse & per-
missit.
 vt vlo modo in famulatu esse videretur. Hæc attigisse breuiter
 sufficiat; vt huius generis speciem saltē quendam exhibere-
 mus. Quæ quidem disciplina, litteris adiunctis, aliisque nonnullis Honoris insi-
gnia clericis
 tuendæ dignitatis adiumentis, de quibus exponemus; ad existimationem, grauitatemque cleri pene abiectam erigendam
 magnopere valuit; qui quidem non exiguis fuit inter alios Ca-
 roli laborum fructus; ex quo multa populis salutaria extiterunt.
 nam, vt in officio clericos continuit; iusteque puniuit delinquē-
 tes; ita bonis benignissime fauit; & vniuersi ordinis existimatio-
 nem studiose defendit. Honoris insignia libenter tribuit. cap- libenter tre-
buit.
 pas, vt dicimus, rubeas canonicorum ecclesiæ maioris confir-
 mari curauit: ceteris canonicis, quas appellant Almutias, Prepo-
 sitisque nigras cappas tribuit. Prothonotarios, quod non ita pa-
 sim creandos existimauit, tum ad eandem pertinuit dignitatem;
 tum etiam ad mane studium honoris in quibusdam compri-
 x mendum.

mendum. Facultates etiam, vt ad vitæ clericalis decentiam cuique pro loco conditione essent, attente curauit.

Collegia Me-
diolanica con-
stituta.

C A P . XXXIII.

C O L L E G I A constituit plura, quæ virtutum essent, & ecclæsiæ; immo & reipublicæ ipsius seminaria: vbi vita more cœnobiorum ageretur. probe namq; nouerat, quid valeret educatio. diximus de collegio nationum finitimarum. de nobilium adolescentum alio tetigimus; quos litteris, christianisque moribus, accuratissime instituendos curabat; vt ex iis probos, litteratosque viros reipublicæ subministraret: quòd quidem exteri multi, nobilissimique adolescentes cupide mittebantur. quos, quoniam fidei suæ Carolus commendatos sciebat; & spectatissimos sacerdotes eorum gubernationi præfaciebat; & ciues optimos rerum familiarium curæ. tum ipse sæpius inuisiens, accurate de rebus omnibus percunctabatur; omnia cognoscebat; Eucharistia, verbis diuinis pascebat. Sed de collegiis dicamus cleri sui. In ecclesiæ suæ seminario proprie appellato, quòd iam vsque ab initio per Ormanetum constituerat; clericos Mediolanenses ad centum quadraginta solebat alere: & ecclesiastica disciplina; tū litteris, & humanioribus, & philosophicis, & diuinis, pro cuiusque captu instituere. ad tantum numerum sustentandum, paulatim idoneas facultates beneficiorum, quæ simplicia dicuntur, prout possessoribus vacarent, ex variis locis, vbi eæ minime essent necessariæ, variis temporibus attribuit: & alias Apostolica in primis auctoritate comparauit, ad aureorum nummum circiter sex millia annua. facilioribus litteris domi erudiri; grauiorum vero studiorum caussa Braudensis collegij magistros adire constituit: quorum scholas, vel ad hanc rem vnam fundauerat. Quæ ad conformandos mores; ad mentem religione, sanctitateque imbuendam; sacrorum disciplinam descendam; administrandæ ecclesiæ facultatē comparandam, valebant; iis exerceri iussit. clerici nihil facultate non impetrata facere; ne abire quidem e conspectu: binos exire domo: ordine, modesteque ire; tū vestitu nulla parte sordido, vel indecoro. probati homines sacri, die, nocteque, suo quisq; numero, assidere: domo simul exentes

Quot in semi-
nary collegio
alereis clericos.

Mores, &c dis-
ciplina.

tes commitari: Præfæctus litterarum perpetuo doctrinæ studia, progressionesque vrgere; disputationibus, concertationibusq; litterariis occupatos habere: Rector loci, grauis presbyter omnia moderari; sacramentorum vsum, frequentiamq; curare; frequenti exercitatione, communicationeq; rerum spiritualium, diuinarumque, ad solidæ religionis præstantiā, sensusq; sanctissimos perducere. Carolus ipse sæpenumero adibat: audiebat pie declamantes: intererat disputationibus: aderat diuinæ res inter se conferentibus: singillatim cognoscebat vniuerscuiusque mores, litterarumque progressiones. statis præsertim temporibus erat præsens, cum de eruditione periculum fieri; & vniuerscuiusque conditione, moribusque diligenter examinatis; qui ecclesiæ vñi esse possint, diiudicari solet. Huius disciplinæ instituta fuse descripta, nondum plene recognouerat, probaueratue, cum ex hac vita migrauit. Clericos indole atq; ingenio ad ecclesiastica munera, quantum fieri posset, aptissimos recipi curabat. ætate vero annorum circiter XVIII. ne vel propter maiorem ætatem, ad scientiarum integra studia minus apti; vel ob minorem, loco diutius oneri essent. facile quoque ex vicis, locisque, vbi litterarum magistri fere non haberentur. quæ ita tenebat, vt iusta de cauſa tamen sententiam sâpe mutandam putaret. Ut quisque, eiusue parentes essent a facultatibus instructi; ita quod in annos singulos penderent sumptus cauſa, constituebat. qui sumptum integrum non soluerent, eos adhibere sponsorem iubebat; qui quod ob inopiâ remissum esset, soluere promitteret; si clericus ecclesiæ Mediolanensi postea noluisset inseruire. exterorū fere non admisit; aut ita, si sumptui integre satisfacerent. Hæc primo collegia, clericorū societatis IESV cura, operaq; instituit. postea cū Mediolanenses clerici multí eis succrueissent, alij quoq; eadē disciplina instituti essent; eos adhibuit. Qui clerici vel ætate iā confirmata, vel hebeti ingenio ad statū disciplinarū cursum minime apti videbâtur; eos alio loco latinis litteris, doctrina sacramentorū, & ea facultate, quæ in cognitione peccatorū, castaq; tuenda conscientia versatur, instituit erudiri, numero fere sexaginta. Sed aliud collegiū itidē quasi parochorū semina-

Prefectum litterarum, ac
Rectorum clericis constituit.
Sepiuſ illos adibat.

*Cuius etatis clericos in seminarij collegium admis-
seret.*

*Quid cum mi-
num apri ad
disciplinarum
cursum ageret.*

*Parochorum
quasi semina-
rium aliud in-
stituit collegiū.*

rium habuit, in quo minori numero, homines àtate media, priori ad parochias administrandas studio instituerentur.

De incrementis
clericorum studi-
is que eiusdem
litterariis.

CAP. XXXIV.

Ex omnibus
partibus & viro-
doctrina, mori-
busque proba-
sos adducebat.

Societatis Iesu
Mediolani duo
instituti cœno-
bia.

Clericos regu-
lares a Paulo
quarro institu-
tos in urbem
deduxit.

HIS collegiis, adiuncta Oblatorum sodalitate, magnum si-
bi Carolus ecclesiæ administrandæ subsidium comparauit. Ex
eiusmodi enim seminariis, quasi arbores pubescentes, alias aliò
transferens, vt opus esse animaduerterat; agrum suum benè
consitum, vberemque reddebat. extra collegia quoque, multi
Braidensis gymnasij bono vtentes, Theologi euasere. exteri præ-
terea eadem commoditate vñ; optimaque deinde Caroli admi-
nistratione, tum auctoritate etiam inuitati, sece ecclesiæ Medio-
lanensi addixerunt. Ex omnibus item partibus ille studiose ho-
mines adducere solebat doctrina, moribusque probatis; quos in
ecclesia sua varie, pro eo quod opus esse videretur, disponebat:
cū in suis retinendis contra, vel tenacitatē quandam adhiberet.
Ita fecerat, vt in præcipuis diœcessis locis, aut ecclesiis insigniori-
bus, viros graues Theologos, vel iuris canonici peritos pluri-
mos; & in canonicorum singulis collegiis, Tridentini præsertim
canonis auctoritatem secutus, Theologos haberet. Regulares
quoq; homines quamplurimos adiutores quarebat. Societatis
IESV constituit cœnobia duo: primū ad ecclesiam S. Fidelis: alte-
rum collegiū fuit Braidense; ea conditione in perpetuū firma-
ta; vt in eologicæ, philosophiæ, theologie, rhetorice, grāmatice,
linguarū græcæ, & hebraicæ scholas apertas haberent, ad totius
iuuentutis prouinciæ Mediolanensis, & clericorum in primis
honestissimum fructū. ad eam rem; loco, vt superius tetigimus,
Gregorio Pontifice demum impetrato; suam societati contulit
Aronensem Abbatiam; vt nouitorum domus Aronæ consti-
tueretur; & Mediolani magistri, aliquique magno numero, pro eo
quod opus erat, facilius sustentarentur. Quæ quidē collegia do-
cendo, concionando, sacris confessionibus audiendis virtutum
christianarū exemplis, magnos ecclesiæ suæ videbat esse usus ad
salutem allatura. Clericos alios regulares a Paulo IV. institutos
in urbem deduxit. quorum vita religiosissima; tum assiduus in
peccatis diiudicandis, viaque salutis tradenda labor, gregis fru-
ctum

Etum valde cumulareret. Aliis ordinibus quærebat locum; si quid saluti suorum inde afferri posse videret adiumenti. In ea vero, quæ iam erant monasteria viros doctrina, religioneq; probatos mitti curabat; quibus vti posset. omnino mirum ministrorum, adiutorumque desiderium gregis charitas in eum immiserat; cuius salutari progressioni quamplurima videbat esse necessaria. ac reuera, etiam numero multo maiori, nullam reliquisset otij facultatem: tanta erat rerum multitudo, quas curari, effici, recognosci assidue oportebat; tamque in omnibus rebus religiose componendis progrediebatur in dies. Alias litterarias exercitationes ad cleri vsum induxerat; tum proprias quandoque alicuius vrbanæ regionis; tum communes omnium. nam in suis ædibus delegerat, qui certis diebus doctrinam de peccatis publice traderet: quo iubebat ecclesiasticos homines, etiam parochos ad audiendum conuenire. Ut autem quæ semel didicissent, tenerent firmius; congregations menstruas in vnaquaque vr- ricorum cogre- bus, & agri regione instituerat; quò ex ea regione tota certis die- gations in una quaque vrbi, bus illi conuenientes, variis propositis quæstionibus, de sacra- & agri regione mentorum administratione, de animarum vinculis soluendis, instaurauit. disputationem haberent. piämque ei rei accessionem fieri iubebat, sacra pro mortuis communiter celebrata. cuius instituti rationem libello fusi comprehensam edidit. Sed propria ctiam cura parochos vrbanos ad conciones iuuari curabat: quibus hebdomadis singulis quod proximo festo legendum ex Euange- Parochos Sr- librio in ecclesia erat, prius exponi quandoque iussit; & quasi ciones banos ad cōcio- nes iuuari curabat. concionum materiam explicatam tradi. quos etiam interdum, vt quid possent, efficentque, melius cognosceret; scriptas ad se mandabat conciones afferre. Præterea veteres canones a Gratiiano collectos, vti diximus, interpretari iussit. quo in studio, Canones Veteres a Gratiiano collectos inter- quamuis summa fuerit Caroli voluntas, paucis tamen id persuauit: trahuntur enim facile omnes ceterorum exemplo; eaque libenter sequuntur, quæ plurimorum iudicio, & vsum afferunt, & nomen: qualis est vulgaris canonum peritia, scholasticique Theologiæ progressus. at veteris ecclesiæ ratio bene cognita, solidæ utilitatis est: arma cōtra hæreticorum impugnations sup-

peditat: & ad ecclesiam ordinandam, constituendamque magnum præbet adiumentum. His institutis, mutata prorsus ecclesiæ specie; vbi presbyteri indocti, sæpe etiam sordidi erant; doctos habuit, & religiosos: qui populos salutariter docere, rege-re que posse: & quæ Carolus in dies ad meliorem rerum omnium conditionem efficiendā præscriberet, diligenter exequuntur. ex quo etiam populi ad debitam sacerdotibus reuerentiam, obedientiamque salutariter excitati, magis in salutis via proficerent. Ac litteraria quidem cleristudia, vel ipsi maiores multò, quām alioqui solerent esse, bibliopolarū quæstus, ostendebant.

B E N E F I C I A omnia sic mandauit, vt amicitiæ, gratiæ, propinquitatise caussa nihil moueretur. Si quempiam alicuius commendatione, gratiaue vti, vel omnino ambitiosc quærere animaduertisset; ea ipsa de caussa indignum iudicabat. ipse vero suos nouerat; omniumque actiones, vitam, studia, per se, ac per ministros obseruabat: & cum locus daretur; nullius officio interposito, vocabat ipse nec opinantes, sacerdotiaq; mandabat. vnum vero satis esse cuiq; beneficium; nisi aliter necessariò fieri deberet, omnium maxime volebat. ac illud in Carolo multis admirationi fuit; quòd etiam de facie suos fere omnes vel infimos clericos agnoscere videbatur. optima temporum conditio; ad honores, ceteraque virtutis præmia, gratiæ, audaciæ, ambitioni aditus esse interclusos; probitati vero, doctrinæq; sic apertos, vt vltro etiam inuitaretur. nobilitati fauebat libenter, modo cum virtute coniunctæ: sed humiles sæpe probos, doctosque eò vocabat, quòd numquam ipsi, vel ambitionis fortasse stimulis incitati, ausi fuissent aspirare. quæ quidem ratio, tum ad virtutum, optimarumq; disciplinarumm studia; tum ad ecclesiæ dignitatem, populorumq; salutem vehementer valuit. ac licet ob humanæ mentis latebras, pro virtute aliquid sese interdum insinuaret hypocrisis; simulatio tamen non connuentibus oculis, vel perlucidum est, vel certe minime diuturnū malitiæ velum. omnino tolerabilius iudicabat, virtutis veste vitium aliquando latere, virtutique scruire; quām apertum, cognitumque palam recipi.

De beneficio-
rum distribu-
tione.

CAP. XXXV.

Nobilitati fa-
uebat sicum
virtute effe-
consunta. hu-
miles, probos,
ac doctos ad se
accersebas.

Quid toler-
abilis in cleri-
cis iudicaret.

recipi. interim sibi cauendum nouerat; ne cuiquam non plene probato per se aditus esset ad peccandum liber. Eundem sensum præstabat, si de beneficio, honore, facultatibusue ecclesiasticis alicui impetrādis rogaretur. cum eiusmodi aliquid tentari posse perspiceret; maxime si de episcopatu ageretur; hominem, si probaret, tantum proponebat; testimonium dabat, quod teste conscientia poterat: rogabat vero numquam, ne dum vrgeret; nisi id se officij Deo, & Ecclesiæ debere, manifeste vidisset. rationem suam quibusdam interdum ita probauit: si nemine vrgente quis dignitatem susciperet; clarius esse diuinæ voluntatis indicium. Federico suo, neque puero ex ecclesiasticis facultatibus, quidquam vel contulit, vel ad maiorem ætatem reseruauit: neque postea tanta indole adolescenti quæsiuit vñquam. ipsam Aronensem Abbatiam dudum in familia sua retentam, non conquiuit, donec a se, atque a familia repelleret; ne quid forte oleret hæreditarium. Nobilis vir, oblata beneficij occasione, in ecclesiasticum ordinem, sc dare nomen velle significauit; Carolique auxilium implorauit. cui negauit ille; minimeque probare respondit, hominem vitæ clericalis alioqui non studiosum, beneficij gratia clericum fieri velle. Si de augendis Præfulis alicuius inopis facultatibus rogaretur; suadebat, vt paucis contentus esset. at nihilo secius adiuuabat, vbi animum cognouerat neque auaritia; neque inani splendore captum; sed sacri muneris perfecte administrandi studiosum. Episcopo consulenti, vtrum ob tenues facultates, contraheret æs alienum; an dimisso episcopatu alio quodam loco viueret, vbi in sumptum plura subministrarentur: neutrum respondit sibi placere. assistere gregi suo sacerdotem debere; nisi aliter qui potest, iuberet. abdicare se episcopatu; si quid offerretur difficultatis; eius non esse, qui integre, casteque vocatus iniisset. sumptui pro facultate modum ponendum; veterum maxime Præfulum imitatione, qui & facultatum subsidio, cum suppeteret, sancte vñ erant; & eo destituti, sancte tamē episcopatum administrauerant. Annuam pensionem Carolo soluebat Episcopus. ei vehementer postulanti, vt illud sibi iuris remitteret; & reficiendę ecclesiæ necessitatem, tenuesque

Pro alicui im-
petrandū be-
neficīū ecclē-
siasticū roga-
ret.
Federico suo
ex beneficīū
ecclēsiasticī
nihil nec con-
sulit, nec reser-
uanit.
Vt cum Nobili
viro se gefferet.
Quid Præfali
inopis suaderet,
consilium de-
ret.
Quid episcopo
annuam pen-
sionem depre-
canti responde-
rit.

tenuesque fructus excusanti; libere respondit; nullo modo ei se velle condonare, qui episcopatum, etiam adiecta pensionis conditione, quæsicerat. facturum tamen, ut ea pecunia quotannis in ecclesiam illam reficiendam, vel ornandam aliorum opera insumeretur. ita omnino concedendum quod petierat, si modo ecclesiæ caussa vere postulasset. Fructus suos vnicuique ecclesiæ, presbyterisque singulis, integros relinquì curauit vehementer, & effecit. eo namque primum ecclesiam capescente; vel magna ex parte, vel toti, alienis hominibus erant reseruati: ex quo fiebat, vt qui essent aliquo numero presbyteri, sacerdotia recusarent; quorum facultatibus, pro dignitate, vitæ cultum minime possent conseruare. qui vero accipiebant, parui pretij homines, neque doctrina, neque auctoritate satis muncri suo facere valebant: vt præter sacerdotis, vt tempora sunt, ex ea re contempsum; neque sacra supellex pro decoro parari; neque refici, vel ornari ecclesias; neque sarta tecta haberri possent. Igitur neque pensionis onus vel minimum cuiquam ecclesiæ imposuit vnumquam; & si quis forte per auctoritatem superiorē obtinere vellet, contra totis viribus pugnauit. cum ex satis magnis Præposituræ facultatibus, ex suis quidam, quo plurimum vtebatur, annuam pensionem sibi fere impetrasset; ea Carolus vt auferretur, statim effecit. neque aliis postea vnumquam conari aliquid simile ausus est. Sacerdoti tantum pensionem concessam scio, is cum ecclesiæ diu vtilem sane operam pro doctrina, virtuteq; sua nauasset; demum multi laboris parochiam habens, infirmaque valetudinè confectus, cum eam relinquere cogeretur; neque aliunde haberet vitæ sumptum; moderatam pensionem ex ecclesia sua, quæ erat ex locupletioribus, a Carolo accepit. Quoniam vero ecclesiis, sacerdotiisque plerisque, licet integræ, tenues erant tamen facultates: quibus id opus fuit vel parochiæ administrandæ, vel Theologiæ docendæ, vel omnino necessaria de caussa; alias adiunxit, ex iis, quæ simplicia vocant beneficia, quibus nullum fere munus coniunctum est. quod genus alioqui nemini vnumquam, vel ipse contulit; vel passus est conferri. ac ex iis beneficiis vnum, cum ex domesticis quidam, cuius opera

Carolo

*De presbytero-
rum beneficiis
nihil detrahitur
est passus.*

*Sacerdotiis,
quibus tenues
efficiuntur
alias ad-
iungebat.*

Carolo valde vtilis erat , sibi, Carolo ipso insciente , comparas-
set; hominem, vt aliis esset exemplo, missum fecit. tum suis om-
nibus conuocatis, denunciauit; qui ei, vel potius sacræ admini-
strationi suæ inseruire vellet; suo cōtentus stipendio , nihil eius-
modi vñquam , neque omnino quidquam ex ecclesiarum sua-
rum fructibus speraret; nisi quis a se idoneus iudicatus, vocatus-
que, cum adiuncto munere, atque opera beneficium accepisset.

*Quid cum do-
mestico sibi
alias vñiles ege-
rit, qui possio-
nem ex iis be-
neficiis impo-
transit.*

Cv m totius ipse gubernationis auctor , tanta per se obiret, *Eius Vicarij ac
efficeretque, quanta vnius, modo hominis, viribus tolerabilia* *praefecti.* *C A P. XXXVI.*
non videbantur: multis tamen eguit Vicariis, & administris. Ac *Qua ad iudicia
ea quidem quæ ad forum, iudiciaque pertinent, fere non attigit;* *perseretur sibi
nisi quatenus ad iudices cōstitutos in officio continendos, cor-
rigendosue necesse esset; vt non tam iurisconsultorum libris ad
iudicandum; quām prudentia, pietate, animi lumine, sanctorū
patrum decretis, exemplisque opus esset. de cetero, spiritualia *Spiritualia ad
in primis sibi suscipienda statuerat: quibus administrandis, ob
rerum agendarum multitudinem, plures sibi necesse fuit adiu-
tores ascidere. Primò igitur iurisdictionem, gubernationemq;*Vt iurisdictione
ecclesiæ suæ ita distribuit. Tres constituit præcipuos Vicarios:* *nem, guberna-
tionemque ec-
clesiæ sua di-
tribuerit.***

vnum, qui de rerum controuersiis, litibusque ; alium qui de cri-
minibus cognosceret. primarium vero, ac generalem , qui om-
nibus iudiciis, totique præcesset gubernationi, ac disciplinæ. Au-
ditoris nomine alium delegit : qui ditionis ecclesiæ res, tum alia
quoque cognosceret ; & Vicarios alioqui maxime occupatos
subleuaret. quos omnes vna cum fisci procuratore, quantum
fieri posset, fide , probitate , doctrina spectatos iurisconsultos
elegit : Vicarium vero generalem in primis grauem, pietateque,
& religione præstantem; tum præterea disciplinæ sacræ studio
incensum sacerdotem. Hos adhibere exterros solebat; ne forte
amicitia , propinquitate , gratia , aut vero metu adduēti , ius ali-
quo modo quandoque violarent; minusue libere dicerent. eos
dem certo constituto stipendio , domi suæ alebat. cumque ho-
noraria omnia , in cauissimis quidem suæ dioecesis prohibuisset : in
externis exigua constituisset : penitus etiam interdixit, ne vel

y minimam

*Ne quidquam minimam rem villam a quoquam dono acciperent. nam vel de
dono accep-
rent Officiales se ipso affirmabat; si munusculum a quoquam accepisset; aliquā
interdixit.*

*Qui pecunia
seruiret iudi-
cēmissum fa-
ciebat.* si forte gratiæ, pecuniæ iudex seruiret; quod attentissime iu-
bebat obseruari; confessim missum faciebat. suis vero reliquis
iuesserat, ne caussam, hominemque quemquam iis vñquam com-
mendarent. De litibus est memorabile; notariis, scribisque fori,

*Lites inter cle-
ricos eius tem-
pore nulla e-
rare.* Caroli tempore accidisse; vt peritiam caruin litium, quæ de be-
neficiis alibi tam frequentes inter clericos esse solent, pene de-
discerent. nulla enim eo viuente lis erat eiusmodi. vocatus quis-
que nihil agitans, ne cogitans fere quidem, beneficium acci-
picbat; sine controversia retinebat; sine auctoritate sui Anti-
stitis non dimittebat, aut permutabat. De criminibus; iustum

*Crimina &
punierit, vel be-
nigne panam
illius debram
relaxari.* vnumquemq; subire delicti poenam volebat, si res in iudicium
deduceretur. si vero quis peccatum dolens, tempestiue, atq; in-
genue fateretur; tantopere commoueri se dicebat, vt ipsius mi-
sericordiæ modum vix teneret. Aliquos etiam, si res ita ferret,
prius semel, atque iterum monebat, antequam in iudicium vo-
carentur. Mitius egit postremo suæ administrationis tempore.

*Car in istio se-
veritate & sua
fuerit.* ac initio quidem, ob magnam, inueteratamq; licentiam, seue-
ritate opus fuit. postea vel disciplina, vel metu facilius in officio
clerus retinebatur. Clericorum mores corruptos, qui tamen ad
crimina legum poenis digna non peruenirent, ita quandoque
puniebat; vt homines non visitato carcere, sed suarum ædium
cubiculo certis diebus contineret; quibus eorum petulantiam
iciunio, custodiaque castigaret; & piorum quoque virorum ora-
tione reuocaret ad sanitatem. Hominem ventri deditum, cum

*Clerici cuius-
dam delictum
& punierit.* illud qtdque nosset commitere, vt æstiuo tempore vinum sacri-
ficij caussa paratum aqua gelida iuberet refrigerari; complures
dies inclusum ita tenuit; vt aqua illi tantummodo, eaque ad id

*Multas reis ir-
rogatas in suis
pios insumebat
Ex clero iuris
peritos ad qua-
studia renoca-
rec.* in sole tepefacta, potus caussa præberetur. Multas reis irrogatas
in pios vsus, præcipue vero in pauperum ecclesiastica collegia
iussit insumi. Qui ex clero iuris essent periti; eos ex forensi qua-
stu studuit ad religiosiora studia reuocare; quamquam corum
facultate multis alioqui rebus vsus est. ex his, aliisque, quos do-
mi plu-

mi plures semper habuit iurisconsultos, alios allis munericibus præfecit: Iudices ab Romana Sede dandos iis qui prouocarent, *Iudices alios, in synodo elegit: pauperum aduocatos; reorum, qui essent in pauperumque aduocatos elegit.* communem patronum; alium qui pia legata solui curaret; Visitatores, aliosque, de quibus postea dicemus. Cancellarium ecclesiæ; quo munere laicus antea fungebatur; clericum, eumque maioris templi canonicum, imitatione veterum elegit. Quoniam ex decretis plurima scripto concedi variis de cauissis necessesse erat; gratis fere dari omnia constituit. si qua de re autem, ad notariorum mercedem, rerumue scribendarum copiam, exigi aliquid oporteret; id modicum, aut etiam intra modum constituit. quibus de rebus, aliisque multis in libello explicatum est, quem hoc de genere forensi conscribi, edique iussit. Vrbis sex regiones singulis probatis, primariisque sacerdotibus assignauit; qui Visitatorum auctoritate clericorum omnium mores, vietamque specularentur; ecclesiarum cultum, & diuina munera obseruarent: omnem denique disciplinam, & canonica præscripta custodirent: quæ oporteret, ad Vicarium generalem quotiescumque opus erat referrent: tum certis diebus ad eundem cōuenientes, de statu rerum suæ quisque regionis, plene docerent; & quæ prouidenda, vel ordinanda viderentur, ex eius sententia constituerent. omnia vero Caroli nutu administrabantur: vel enim intererat; vel de grauioribus saltem rebus, Vicarios, regiūm præfctos, alios ministros audiebat.

DIOCESIS Mediolanensis in certas regiones, quas appellant plebes, diuiditur. in unaquaque regione, præcipua ecclesia est; eaque in vico fere, aut castello, quod est, anteauē fuit regionis præcipuum. ecclesiis ipsis presbyteri præsunt, Præpositi dignitate insigniti: & quantum ex antiquis vestigiis perspicitur, collegia canonicorum adiuncta erant; quorum aliqua nunc etiam manent. Ius quoddam ecclesiæ, Præpositoque fuisse videtur in tota plebe, quæ multarum est parochiarum; non dissimili, quibusdam in rebus, veterum Corepiscoporum instituto. Illud iuris præcipui, præter nomen, vestigium est: quod Baptiste-

ria sunt insignia; hoc est facella satis ampla, separatim fabricata, vbi aqua baptismi statu tempore consecraretur; &, vt puto, totius regionis infantes antiquitus sacro baptismo abluerentur.

Presbyterū in singulis regionibus constitutū, cui Vicarij nomen datur. hanc diuisionem, ordinationemque secutus Carolus; presbyterum, certa mandata iurisdictione, ac potestate, in singulis regionibus constituit; qui Vicarij nomine, aliis presbyteris, clericis, ecclesiisque præcesset; Præpositum quidem ipsum, si videtur idoneus; alioqui alium, a quo posset arbitratus suo potestatem in alium transferre. sunt hi Vicarij circiter quinquaginta: &

Quos numero fini regionum Vicary coram que munera. quod in vrbe Præfecti, hoc ij fere sunt in agro. horum ad quemque gubernatio regionis cum referatur; ipsi ad arbitrium Vicariorum vrbis, generalis præsertim reguntur; & ad eum de regionis suæ rebus, singulis mensibus, vel prout opus est, scribere solent. Sed commodioris administrationis gratia duos ex primariis sacerdotibus in Vrbe delegerat, Visitatoresque generales appellauerat, quorum alter rerum Vrbanarum; reliquarum alter, vt generalis Vicarij adiutores, curam gererent. Ita cum diœcesani Vicarij de regionis suæ statu tum aliis viis, tum ex parochorum menstruis congregationibus cognoscant, Mediolanumque scribant: vrbis autem præfecti frequenter itidem, vt dictum est, de rebus Vrbanis referant; quo modo se res in tota diœcesi habent, singulis mensibus Archiepiscopus scire potest. At plures

Visitatores aliquos elegit qui tandem certis temporibus, etiam, putas ex ecclesiis, siue ex domo sua delegerat; qui in diœcesim certis temporibus, in sua quisque assignata parte, perigrarent; omniaque visitarent, ac recognoscerent. vix enim fieri potest, vt perfecte pareatur, nisi sit qui frequenter instet, & quid agatur coram inspiciat. ac ne Visitatorum huiusmodi sumptus presbyteris esset grauis; eos, honestos tamen viros, siue famulis, uno comite notario, iubebat proficisci. Hanc administrationem; cui vir unus, Archiepiscopo absente, satis antea faciebat; tempusque præterea supererat, quod relaxandi animi gratia consumeret; nunc tam magno numero ministri, perpetua Caroli ipsius addita cura, & labore; vix, aut ne vix quidem sustinebant.

IPS E quoque, cum reliquo tempore, ad urbanae ecclesias ^{Eiusdem vi-}
 visendas vteretur; quotannis quibus diebus urbi minus incom-
 moda foret eius absentia, exibat ad reliquias recognoscendas. ij
 dies erant, a Pentecoste, ad Aduentum; si tamen ad Virginis ce-
 lebritatem ecclesiæ maiori præcipuam Mediolanum recurreret,
 mense Septembri. reliquis anni temporibus, erat manendi cauf-
 sa maior, vel ex antiquis patrum decretis. nam quæ tempora san-
 ctius colenda piis hominibus ecclesia proponit; iis adesse popu-
 lo suo Episcopus maxime debet; ac precibus, concionibus, &
 exemplo salutariter eum excitare; vt Aduentus, & Quadragesi-
 ma est, cum adiunctis celeberrimis festis. ante Quadragesimam
 omni ratione populi petulantia coram est reprimenda. a Pa-
 schate, vt temporis celebritatem omittamus, synodis, & confir-
 mationis sacramento debita opera videtur. Igitur vicanas eccle-
 sias lustrans, celeritate, continentibus laboribus, numero comi-
 tum exiguo, magna parsimonia vrebatur: quibus rebus etiam o-
 nus hospitij leuabat; quo tamen vti commode poterat iure suo. ^{Qua celerita-}
 ne quis omnino præter necessitatem esset in comitatu; tum suæ ^{te, quibus sue}
 quemque ad necessitatis normam præscripta; tum necessariam
 quoque Pontificiam supellecstilem; scriptaque ad ecclesias per-
 tinentia, viritim distributa, suos iubebat, etiam honestos, & iu-
 risconsultos, in equis ferre famulorum more. plura singuli mu-
 nera obibant; obeuntique Carolo variis rebus inseruiebant. ^{Qua comitatu}
 sacramentorum loca, omnemque rationem recognoscere: ec-
 clesiæ sacram supellecstilem, teæta, & parietes inspicere: benefi-
 ciorum, altariumque iura, institutiones, conditiones cognosce-
 re: si presbyteri, & clerici munera debita obirent; quæ ratio vitæ,
 consuetudinis, studiorum; diligenter inquirere: de christianis
 scholis, piarum sodalitatum exercitationibus, populi cultu in-
 uestigarc. hæc, & eiusmodi alia præstare; simul sacris faciendis in
 ecclesia inseruire; cubiculo Caroli assistere; litteras scribere. Ca-
 rolus ne puncti quidem temporis, sine labore traducti sibi veniā ^{Carolus labori,}
 dabat: neque caloris, neque vlli tempestatis habita ratione, ec-
 clesia recognita, statim adibat aliam. vbique concionabatur; fa-
 cramentum Eucharistiae præbebat; coemiteria, ecclesias, cam-
 panas, perage-
^{sibique minimo}
^{parcerat sacras}
^{functiones plus}
^{rimas perage-}
^{bas.}

panas, vbi opus esset, sacrabat. per uulgata erat, quasi prouerbium quoddam, itineris suscipiendo hora, quam frequenter Carolus, in maximis caloribus eligebat; vt ea ratione tempori magis parceret; ea erat meridiana. præscriptas parsimoniae leges in viectu nemini licebat, vel minima ex parte violare. Cū prompta animo, atque alacriter munera sua obibat semper; tum hoc visitationis extra urbem libentissime. expressior ea videbatur, vt dicere solebat, Saluatoris imitatio; qui vicos, & castella, magno cum labore, salutaria docens peragrabat; tum ad urbem quibusdam temporibus, festisque reuertebatur. delectabatur etiam natura hominum simpliciori; tum fructu in primis; quem ex suis laboribus, eorum pietate, animoque ad res salutares propenso, capiebat, sane multò quam in ciuitate vberiore. neque vero non gratissima erant incommoda hospitia, perpetuique labores, operis, atque itineris. nullus erat tam desertus locus; nullum tam asperum montis iugum; quo is non perueniret; nulla tam remota, destitutaq; ecclesia, quam non adiret. læto animo corpus lacte sustentabat, cum opus erat, & castaneis; in foliis cubabant; omnem ferebat inopiam; neque enim ad commoditatem in comitatu portari quidquam patiebatur: quæ postremo tamen inopia, erat eius asperitate perpetua multo minor. Ibi vero filuestres homines; quorum multi numquam Episcopum vidissent; qui tantam in summo viro cernerent mansuetudinem, sanctitatem, patientiam; gaudebant incredibiliter; magnæque se felicitati reseruatos putabant. Vt autem ad interrogandum, & consulendum pro eo ac canonica disciplina postulat, esset in visitatione parator; concilij Tridentini canones, synodorumque suorum omnium decreta, in minuta, breviaque pronuntiata partitus est; eaque ad certa genera redacta composuit in libello; quem muneri huius gratia, tum aliis quoque de cauissimis frequenter in manibus habebat.

*Ad Urbem sua
temporibus
reuertit solo-
bar.*

*Frustra quem
ex laboribus
capiebat ma-
xime delecta-
batur.*

*Quos incom-
moda late ani-
mos subiret.*

*Magnum ho-
minum silue-
strum gaudium
quod ex Carolo
presentia, san-
ctitateque ca-
piebant.*

*Ut Tridentini
Concilij, syno-
dorumque suo-
rum decreta
partitus fuerit.*

*Cœnobiorum
virginalium
gubernario.
Cap. XXXIX.*

VICARIO viro graui, spectatæque integritatis sacerdote, ad cœnobiorum muliebrium gubernationem, proprius usus est. Non mediocris est occupationis, & laboris eiusmodi cura; ob præci-

præcipuam, quam in eo genere Carolus curauit rerum omnium
 conformatiōē: quibus de rebus plurima sunt in conciliis pro-
 uincialibus variis locis constituta; quæ quidem in vnum corpus
 Caroli iussu redacta, & ex latina lingua conuersa sunt; vt ipsæ
 virgines intelligerent. huiusmodi Caroli studium magnopere Studium, quo
virginum di-
sciplinam pro-
scriebat Caro-
lus, sanci-
tus, sane admis-
sibile.
 valuit, vt Pontificiæ constitutiones hoc de genere variæ sancirē-
 tur; quarum magnus ad plurimorū salutem, fructus extitit. Re-
 stitutum huius generis disciplinam, decretisq; ipsis expressam,
 longum esset explicare. sed illa præcipua fuerunt; exquisita in iis
 tantummodo recipiendis, & ad solemnia vota admittendis di-
 ligentia; quæ sponte, ac ex animo, perfectiorisque vitæ desiderio
 vellent. perfecta claustrorū ex omni parte custodia; vt nemo in-
 gredi, nisi nominatim probatus, & ex caussâ necessaria posset: ac
 ne adire quidē sine scripta facultate cuiquam liceret. fenestræ ad
 collocutionē; rotæ ad aliquid immittendum, emittendūue, sum-
 ma cautione factæ; quibus audire quidem, sed videre nemo pos-
 set; nisi, quemadmodū certis de caussis permisum est. quæ fori-
 bus, rotæue assisterēt; quæ collocutionibus omnibus intresēt,
 spectata fide delectæ. omnia inter virgines cōmunia. sacramen-
 torū frequentia: regularis, spiritualisque vitæ cognitio: diuinorū
 officiorum integra disciplina; ad quæ vel musica, vel alia re ho-
 minum frequētiā minime allici volebat. Ad hæc consequen-
 da, religiosos, probatosq; ex omnibus presbyteros adhibuit; qui
 sacras confessiones audirent; & quæ opus esset docerent, horta-
 renturq; Ipse vero quotannis, nisi alias quoq; necesse esset, im- Quotannis
Virginum mo-
nasteria eaque
diligentissimo
uferabas.
 prouiso cum spectatissimis aliquot sacerdotibus singula mona-
 steria ingrediens, omnia diligenter perscrutabatur. id cū ageret, Monasterium
aliquid extra
cōsitationis
tempus cum a-
diret quæ ma-
nera praefaret.
 ex senioribus aliquot semper virgines adesse iubebat, & comi-
 tari: reliquas omnes in ecclesiā suam secedere. atq; perscrutandi
 diligentiā initio ministros exemplo suo docuit: qui sese ad om-
 nia demittebat, vt omnia penitus inspiceret. Foris vero ad cra-
 tes consistēs ipse, vel per sacerdotem idoneū singillatim omnes
 audiebat, interrogabatque; vt res omnes, quo pacto se intus ha-
 berent, perfecte cognosceret. Quotiescūq; monasteriū adibat, Missa
 nisi aliud impediret, tum sanctissimā eis Eucharistiam solebat in

In Virginum monasteria absque urgenti causa ingressus non vultus derit.
Missa præbere; tum concionem quoque ad eas accommodatam habere. munus tradēdi vestitus, professionisque recipiendæ foris in ecclesia conficiebat, vt ingressus cauſas nullas admitteret, niſi prorsus necessarias. cuidam ex suis forte interuenit, cum ille dierum singulorum actiones Caroli scribens, notauerat, eum in monasterium quoddam introiisse; neque cauſam addiderat. reprehendit hominem, quod Episcopi in monasterium ingressum notasset; neque cauſam adiecisset, quasi arbitrio, non necessitate id fieri videretur; interdixitque, ne in ea scriptione pergeret.

Vt cum Monia- li forore ob mo- nasterij inopiam se gesserit.
Cum eius soror, ob inopiam monasterij, ſæpe egeret; nihil tamquam perpetuum assignauit. tantum mittebat, quoiescumque opus eſſet, qui ad regulæ normam necessaria ſuppeditaret. Hanc disciplinam cum Vicarius curaret; quæ grauiora tamen incidenter, ad congregationem ſacerdotum, quos ad id Carolus elegerat, referebantur.

Congregatio-
nes, & conuo-
cationes.
Cap. X L.

M V L T I S consiliis, seu congregationibus reliqua continebatur administratio; quibus pro vario rerum genere, variæ conditionis homines ex clero adſcribebat, ipſeque, quantum poſſet, intererat: ad catholicam fidem tuendam: ad grauiores fori cauſas rectius cognoscendas; ad iurisdictionem ecclesiæ conſeruandam: ad respondendum confessionum ſacrarum adminiſtris, qui ex tota diœceſi de rebus ad animas iuuandas pertinentibus conſulebant. tum præterea, de ritibus, & ſacris cœremoniis; deque libris ecclesiæ emendandis, & conformandis: de disciplina, vt dictum eſt, virginum regularium; de domestica familiæ Archiepiscopalis gubernatione. Mitto congregations eorum, qui collegiorum curæ, pliſue locis præfecti erant. Certis etiam anni temporibus varia ministrorum, aliorumque genera ad ſe conuocabat: nunc regionum vrbis præfectos: nunc ex diœceſi tota Vicarios; qui quidem bis in anno aduenientes, de clero, ecclesiisque ſibi commiſſis referebant; quæ opus eſſent, petebant; ſi quid eſſet cauſæ, reddebant ſua rationem administrationis. ex bono, maloue, quod in aliqua parte eſſe comperiebatur, conſulebatur reliquis. quod vnuſ ad meliorem rerum ſtatutum

Certi anni temporibus ministros mul- tos ad ſe adno- cabat.

tum in medium afferret; ceteris omnibus prōderat. vt autē Vi-
carij venirent instructiores; iubebat Carolus regionis suae paro-
chorum vnumquemque prius eodem modo conuentum habe-
re. Appropinquante voluptario tempore, conuocabat ex vtro- *Quo precipue
anno tempore
clerorum con-
vocares.*
que clero multis: de sacris exercitationibus ad populum allici-
endum, auertendumque a voluptatibus agebat; conciones, sup-
plicationes, sacras quasdam celebritates in p̄cipuis ecclesiis *Que monita
daret Concio-
natoribus.*
constituebat. Aliās congregabat concionatores variis ecclesiis *Que sacerdoti-
bus audiendis
confessionibus
prefectis.*
attributos: p̄cipua populi mala, corruptelasque commemo-
rabat: eos officij grauiter admonebat. Aliās cogebat sacerdotes *Parochos ad se
accersebat.*
audiendis cōfessionibus p̄fēctos: plurimorum licentiam; diu-
turnam in peccato permansionem; libidines; improbatos quæ-
stus; alias permanentes populi pestes, enumerabat: quantum
remedij positum esset in eorum auctoritate, diligentia, libertate,
constantia, demonstrabat: diuinis verbis ad animarum cha-
ritatem incensos, ad earundem salutem vere curandam stimu-
labat. Parochos tum aliās, tum appropinquante ieiunij fine, si-
cuti in historia demonstratum est, ad se adire; de publicis quo-
rundam criminibus, quorum exemplum noceret quampluri-
mis, docere iubebat: sacerdotem toti negotio p̄ficiebat; qui
sacris legibus in eos ageret. Ipse cognito sacerdote, cui flagitio-
sus quisq; soleret peccata confiteri; hominem accersitum repre-
hendebat: nisi officio suo satisfaceret, auctoritateq; attributa sa-
lutariter vteretur, sese adempturum minabatur. Tempus consti-
tuit quo parochus quisque, iis, qui in vnaquaq; domo primum
locum tenerent, in ecclesiam accersitis, eorum p̄cipua officia
cōmemoraret; & ex p̄scripta formula moneret in vniuersum,
quæ facere, quæue cauere oporteret. Canonicos solos vocabat *Sacerdotes cō-
fessiones audi-
entes quando
reprobabebat.*
interdum. quæ propria essent illius munera: de publicis horarū
canonicarum supplicationibus, & sacrificiis; de sacrorum sti-
pendiorum distributione; de notatione censoria in choro ha-
benda, vtrum iuste, libere, & omnino ex p̄scripto fieret, inue-
stigabat. Presbyteros etiam minores, quos capellanos dicunt *Canobitas ad
se vocatos hor-
tabatur.*
congregabat; quæ ad eos pertinerent, percunctabatur, ac mone-
bat. Cœnobitas interdum vocatos, vt sc̄e administrationis eius
*Presbyteros mi-
gores congre-
gabat.*

*Magistratus,
alioq; inuita-
bar, ad eos ser-
ba faciebas.*

vere adiutores præstarent, hortabatur; qua ratione id facerent, quibus abstinerent; quæ perficerent, ostendebat. Quodam tempore inuitabat magistratus, & verba faciebat, ad eorum munus appositi. alio iurisconsultos; alio notarios; litterarum magistros; artifices: & vnumquemque ordinem, diuersis diebus. & ecclesiis iuuabat separatim; Eucharistia sanctissima præbenda, concioneque ad vnumquodque genus accommodata.

Virginum, &
aliatum semi-
natum institu-
ta, piaque col-
legia.

C A P. X L I.

*Carolis sanctis-
tus quid effe-
cerit.*

*Quam curam
de his Virginis-
bus gereret.*

*Qua ratiōne
ad plūm insti-
tutum admis-
terentur.*

*Ex his societā-
tibus duo con-
flata monaste-
ria.*

VIRGINES, quæ domi cum suis viuentes, in beatæ Vrsulae tutela, Deo dicatae, absque solemnni voto castitatem profitentur; maximo numero tum in vrbe, atq; in agro prouenere. Multi etiam laudabiles coetus imitatione cœnobiorum, non solum in Vrsulæ, sed aliarum quoque sanctorum in fide, clientelaque sunt consociati. tanta enim vis est illius vnguenti mystici, quod sacerdotis capiti diuinitus infusum, in reliqua membra sensim fluit: vt vnius Præfulis sanctitate constituta; multa passim pie, sancteque fiant, quibus etiam nihil is, vt fierent, contulisse videatur. Atque has quidem interdum in suis ecclesiis, vt occasio ferebat: illas vero certo tempore in vnam ecclesiam collectas, cibo duplice, Christi Domini corporis, & ciusdem diuini verbi, pascebat. omnibus vero licet præcesset cœnobiorum præfctus; spectatæ tamen etiam integratæ, religionisq; sacerdos earum proprie curam gessit; qui voluntatem cuiusque; moresque ante probaret, quæ ad institutum admitteretur; vestitum traderet; videntem reciperet, tum vitæ quoque omnium rationem, specularetur; si castitatis, religionisque professioni responderet.

Ex his autem societibus duo conflata sunt monasteria. alterius institutio sic se habuit. Cum vulgatum iam esset, Romæ, Perusij, & aliis quibusdam locis virginum cœnobia nuper esse instituta, quæ Capucinorum institutum imitarentur: puellis quibusdam ex iis, quæ Patrum sancti Barnabæ præcepta secutæ, virginitatem colebant, vitamque religiose agebant, eam Deus mentem dedit; vt Patris eorum cohortatione accedente, ciusmodi suscipere vellent disciplinam. quæ cum in insigni vitæ duritie diu perseuerassent; vestitus asperitate tamen in publico occultata:

ad

ad ecclesiam prodeentes sacramentorum gratia diu ventitassent: actum est denique de clauso cœnobio in sanctæ Claræ tutelarite constituendo: quod negotium Carolus, qua opus erat auctoritate vsus, cito confecit. Quatuor eiusdem ordinis virgines Perusio accersiuit; quarum in primis ductu tota disciplinæ ratio, animi virtutibus, asperitateque excellens, recte institueretur. vestitum iis numero circiter viginti, in ecclesiam maiorem per nobilissimas matronas deductis, rite tradidit V.I. Calend. Maij M. D. LXXX. quam actionem, Pontificia Missæ solemnia, Caroli concio, cleri totius conuentus celeberrimam reddidere. mox congruo tempore solemnem carum professionem accepit. atque amplificato spatio, ecclesiam sanctæ Praxedis nomine, ædesque ad institutum accommodatas ædificauit; sumptu sane quidem magno, ex piorum hominum fere liberalitate suppeditato. atque mira omnino frequentia locum sibi virginibus Mediolanenses in eo cœnobio postea quæsiere: vt circiter *Insignis Virginum numerus* quandoque numeraremus; quæ omni diligentia conquirentes, qui apud Carolum, aut Vicarios commendatione valerent; omni ratione, suffragationeque sese inferebant; studio profecto non minori, quam in petendis honoribus ambitiosi homines ut consueuerint. Aliud monasterium itidem S. Claræ disciplina institutum est. cum enim Ioanna Vistarina Mediolanensis puellas inopes secum in domo piæ liberalitatis gratia sustentare; piis, & religiosis moribus, eorundem Patrum S. Barnabæ ductu, præceptisque instituere coepisset; quorum ad ecclesiam erat ob sacramenta frequens; auxit paulatim numerum, tum Carolo consulto, viro consentiente, domum iis coëmit; ecclesiam, & monasterium ædificauit; & S. Barbaræ nomine locum dedicauit. hoc item cœnobium Carolo propter exquisitam animorum Deo penitus deditorum religionem; victus, ac disciplinæ omnis duritiem, valde probatum fuit. Alia fœminarum struxit. pia collegia, vel cœpta iam confirmauit, multumque auxit; vel instituit ipse. Viduarum societas in sanctæ Annae tutela, eius est auctoritate constituta: nempe earum, quæ post vnius viri mortem, castitatem conseruare; & præcipua diligentia pie viuere vellent.

Quatuor Personæ Virgines, que Capucinorum institutum imitantur Mediolanum a Carolo accessit.

Ecclesiam sanctæ Praxedis nomine, ædesque Virginibus ædificauit.

Aliud monasterium subiuncta Clara disciplina cuius opera institutum.

Ecclesiam sanctæ Barbaræ nomine & monasterium constituta.

Viduarum societas in sanctæ Annae tutela constituta.

vellent. Honestæ mulieri multum fuit, quæ eo se munere occuparet; vt virgines carum sumptu religiosa simul educaret disciplina; fereque ad regularem vitam suscipiendam institueret.

*Locum, qui Suc-
cursus appella-
tur cuiusdam
pia Hispanæ fe-
minæ opera ca-
psum, consti-
tuit.*

Locum, qui Succursus appellatur, cœptum illum quidem antea Hispanæ cuiusdam insignis mulieris opera; fabrica, ceterisque rebus constituit: vbi fœminæ interim seruarentur; dum vel pudicitiæ consuleretur; vel cum viris componerentur lites. sanctæ Valeriæ domum, quæ Conuersarum dicitur, auxit: vbi quamplures ad perpetuo, religioseque conuiendum ex impudica ferre vita recipi solent. Aliud fundauit, Depositumque S. Mariæ Magdalenæ nominauit, ad ecclesiam S. Viti; vbi eæ reponantur, quæ subito de cœno turpitudinis in quo iacent, extrahēdæ sunt; vt interim, quid iis faciendum sit, consulatur. At marium quoque cœtus, præter ea quæ diximus seminaria, nonnullos instituit. Qui pestilentia demum extincta mendici ad Victoriam reliqui fuere; eos in urbanas ædes Stellæ nomine appellatas deduxit; vnde virginum collegium eduxerat: piumque opus augens, vagos homines, qui victum ostiatim mendicant; quorum vitam, ob incertas sedes speculatur nemo: qui sæpe ad turpem inertiam, desidiamque, piorum hominum abutuntur misericordia; in eundem locum compelli; certa disciplina, certisque faciendis operibus contineri curauit. Sodalitia quoque hominum eorum, qui alioqui laici ordinis, certis piæ vitæ legibus continentur; ecclesiæ sibi assignatae cultum procurant; festis diebus ad simul precandum in eam conueniunt; habitu ad mundi contemptum, poenitentiamque accommodato, publicæ supplicationis gratia excunt: hæc inquam, & quæ multa iam erant, auxit, & alia instituit. qua ratione quamplurimos ad meliorem vitam adduxit; ab otio, vitiosisque factis, dic festo, traduxit ad res salutares. eorum tamen insignia quædam priuilegia benignitate Pontificum impetrata; quibus abuti multos sic animaduerterebat, vt ecclesiastica disciplina corrumperetur; ipse qui rerum veritatem inspiciebat præsens, rebus Romani relatis, temperari, ac imminui curabat. Religiosius vero sodalitum in S. Mauritij tutela constituit eorum; qui matrimonij expertes, in posterum quoque

*Sancta Valeria
domum qua
Conuersarum
dicitur auxit.*

*Aliud funda-
uit, Depositum
que S. Maria
Magdalena no-
minauit.*

*Marium cœtus
instituit.*

*Alium prohi-
qui ostiatim
mendicant lo-
cum constituit.*

*Sodalitia ho-
minum qui la-
ici ordinis sunt
auxit, inservit
Egala.*

*Sodalitum in
S. Mauritij tu-
tela religiosius
constituit quo-*

quoque sibi vita castitatem proponerent; & viuendi rationem a ^{rum opera in}
vulgaris consuetudinis vanitate sciuntam amplectetur. quo-
rum opera Carolus, cum in aliis piis officiis, tum in christianis
scholis habendis præcipue usus est: licet multò plures ea res re-
quirat operarios. Hæ scholæ ad tradenda maribus, fœminisque
separatim christianæ doctrinæ rudimenta, per ecclesias, foris, &
in vrbe passim habentur. Vnaquæque schola, & regio suos ha- ^{Quo ordine ha-}
bet administratos, qui festis diebus, suo quisque loco, & munere,
ei operi vacant: vniuersis sacerdos est præfetus; visitatoresque
constituti; quibus ceteri ministri frequenter de religiosæ exerci-
tationis progressu, statuque omni referant; qui certis temporis
bus communicent inter se, locaque perlustrant, & quemadmo-
dum se res habeat, vbique diligenter inspiciant. Hæc exercitatio
ante Caroli aduentum boni viri laici studio incepta, non solum
ignorantiae malo in iis quæ salutis sunt, medetur; sed in maxima,
& prope infinita multitudine bonos mores, religiosumque cul-
tum conseruat. Ac de huiusmodi institutis, societatibusque sin-
gulis leges, præscriptaue cōscripta, & ex maiori parte edita sunt.

Hæc disciplinæ, gubernationisque ratio, quæ vt per nos ^{De eius syno-}
fieri potuit, breuiter adumbrata est; synodorum prouinciæ, diœ- ^{dis, ac decre-}
cessique decretis continetur; tum magna quoque ex parte edi- ^{tis.}
^{CAP. XLII.}

ctis; præscriptionibus; monitis; litteris publicis, quas pa-
storales dicunt, explicatur: quorum magnum volumen edidit
Petrus Galesinus, inscripsitque, Acta Ecclesiæ Mediolanensis.
incredibili studio nunc ab omnibus orbis christiani partibus ex-
petitum. Episcoporum concilia sex cum celebrauerit, vt suis lo-
cis in historia tetigimus; sex etiam edidit decretorum volumi-
na, iisdem rerum fere generibus, titulisque distincta: quæ omnia
in vnum corpus, sub iisdem capitibus componere, ad faciliorē
usum cupiebat; iamq; opus ipse propcmodum absoluerauit; cum
ex hac vita decessit. Tanti hanc synodorum actione faciebat; vt
episcoporum excusationes difficiliter acciperet, ne cōuenirent.
Quanti allio-
nem synodorum
fecerit Care-
llo.

non posset, auctoritate Pontificia, iureque suo tenuit, ut concilio interesset. Diœcesis synodos, ad sacrorum canonum præscriptum, vel habuit quotannis; vel si distulit, a summo Pontifice dilationis impetravit facultatem. ibi præter decreta populo suo, proprie accommodata, quorum libelli quatuor habentur; multa efficiebat ad recognoscendam, consciuandamque cleri disciplinam; de quibus superius cōmemoratum est. Hæc omnia decreta, vel ex eo faciebat; quod vsus, ac assidua speculatio in clero, populoue, corrigendum, meliusue reddēdum docuerat; vel ex eo, quod antiqua disciplina suppeditabat, ad perfectiorem ecclesiæ conformatiōnem. ex his alia prius in decreto erant, quām in vsu; alia vsus ante probauerat, quām in decretum venirent. quædam in sua diœcesi constituta prius, & perfecta; ad vniuersæ prouinciæ vsum deducebat.

Alia Caroli officia, eiusque existimatio.

A d hoc tantum, tamque multiplex gregis vniuersi curandi studium, ac laborem, quotidiana possunt addi paternæ charitatis officia; quæ singulis ille potentibus, viduis præsertim, ac pupillis negauit numquam; siue consilio quis, siue gratia, siue reiuandus esset. quæ quidem benignitas fecerat, vt qui calamitatibus aliqua premeretur; qui ad graue aliquod munus, opusue ad pietatem pertinens, esset, aggressurus; aut de summa rerum sua, cum deliberaturus; ad eum tamquam ad patrem cōfugeret: priuatis publicisque rebus suis homines etiam exteris salutare auxiliū ab eo quererent. Itaque damnatis a Principibus, repetitis acriter officiis, vitam impetravit; miseris studiose subuenit; si misericordia digni visi sunt. Romæ cum esset; infelix vidua magistratus sententia capite damnatur. illa ad Carolum mittit: testatur sese vi cruciatum coactam, confessam esse, quæ vere non fecerat. Carolus Pontificem adit: vt caußæ cognitio repeteretur obtinet; mulieris patrocinium suscipit. ea demum innocens cognita, absoluta est. Homines perditos, qui conscientiæ stimulis agitati, suæque miseriæ ac officij diuinitus admoniti, extremo interdum consilio supplices adiere; consilio, auctoritate, idoneorumque sacerdotum opera, iuit peramanter; &

Damnationis Principibus vitam impetravit.

Homines conscientiæ stimulis agitatis bene*in*veniuntur.

in rectam viuendi viam reduxit. Principes, ac militia duces etiā Principes, ad
militia duces
precum eris
subsidiū per-
uerant. ex longinquis prouinciis in suis difficultatibus, obsidionibus, ac bellis; pia quadam fiducia, precum eius subsidium; consilium etiam, atque operam petiere. Ciuitatem vero suam non iis solum rebus, quae ad animae salutem pertinent; sed aliis quoque iuuit amantissime, quotiescumque fuit opus. multa sunt, quae ad patriæ comodum, ac ornamentum curauit, Pio præsertim auunculo viuente. annonæ inopiam, frumento ab exteris im- petrando, profusis dandis eleemosynis, omni denique ratione subleuare conatus est: quamquam eo viuo modica, præ tempo- re quod sequutum est, illa fuit. His rebus incredibilem sibi conciliauerat omnium ordinum amorem, atque obscurantiam. vel aspectu ipso videbantur homines ad bene viuendum incitari. cum exiret fere quotidie ad varias sui muneris functiones; qua- cumque tamen transibat, cupide accurrebant ad eum; ex ædi- bus inter se vocabant; vt viderent, & signi salutaris fructum per- ciperent; quod manu modo ad hanc, modo ad illam partem ver- sus, incedens perpetuo faciebat. atque cum ita accurrissent; v- trumque genu humi ponebant omnes: ex equo pleriq; descen- debant: quae quidem abundantia quadam pietatis, & amoris, sponte sua facere instituerunt. ac solebant foeminæ, magnam Feminarum in-
Carolum ob-
fernentia. partem, cum is transiret, sibi velum, vt in ecclesia iubebantur, imponere; & non ex edito, sed planoloco se venienti offerre; ea quoque de caussa; quod ab eo doctæ erant, contra christianum officium videri; ex fenestris, & omnino ex editiore loco sacros ordines, resque sacras prætereunte spectare. Qui cacodæmo- num vexationelaborabant; ij adducebantur dum præteriret: ac clamabant illi quidem, agitabanturque vehementer: sed ad vl- lum expellendum numquam sese Carolus conuertit. tantum, cruci extra portam Tonsam erecte; quod pestis causa factum erat omnibus compitis; solemniter bene dicens, eorum procaciam repressit. nam eo concionante; cum mulieres duæ, seu dæmo- Demonum pro-
ciam repre-
fit. nes in eis, adeo magnos ederet clamores, vt verba minime pos- sent exaudiri; nemoq; efficere potuisse, vt tacerent: tandem ad eas Carolus conuersus, cum manu tantum benedixisset; tacito iussu

iusso ita paruerunt, vt nihil amplius auderent mutire; cum ibi tamen vsque ad finem permanissent. quod cum attenderent & stantes; sese mutuo præ admiratione intuebantur. Ac non reuerentia solum erga Pastorem suum; sed re ipsa, moribusque christiani, pastoris suis opera mirū in modum profecere Mediolanenses. nam vt alia in modum pro fecerunt.

Mediolanenses moribus christiani, pastoris suis opera mirū in modum pro fecerunt.

ex re quæstores regij mulctarum, bonorumq; publicatorum dimidio fere minus habent, quod in fiscum referant, quām antea consueuissent. Non est tamen negandum, quod ad nobilitatem magis excitandam valere velim; solitum fuisse Carolum queri, quod reliquam multitudinem satis facile flectens; patritios tamen, quos semper, & initio præsertim iuuare studuisset; inuenientur in salutis negotio plerumq; duriors. Cum se totum in vnam gregis sui curam concludere videretur; eius nihilominus nomē Deus apud omnes nationes summa cum laude virtutis admirabilis, celeberrimum reddidit. In Lusitaniæ finibus cum essem, numerat.

Apud omnes nationes nomine eius celeberrimus numerat.

& ex incolis quidam Mediolanensem esse me audirent: Ita ne, aiebarūt, ex ea ciuitate, vbi sanctus ille Cardinalis est Episcopus? Verum haud ita subito Deus tantam ei conciliauit opinionem. plurimi enim, primis annis variis nominibus obtrectabant; simulationem, quidquid egregie conaretur, dicebant: ipsam honorum, facultatumq; amplissimarum contemplationem multi cauillabantur. cum vero diuturnitas, & constantia, in primis vero vita pericula, pestis tempore adita, simulationis crimen satis refellissent; bonam mētem fatebantur; sed iudicium, prudentiamque requirebant. tantis rebus demum tam præclarę regis, talique rerum omnium exitu, sensus eiusmodi, non ille quidem omnino extinctus erat; sed tamē, quantum humana consuetudo, miseriaque patitur, imminutus. quod de ipso evenit; id cæteris prædicare solebat antequam eueniret: non deterri Episcopum debere, aliumque Dei seruum; si primò quæ faceret multis displicere, si etiam obtrectari sibi videret: nam si recta via pergeret; fore tandem, vt aliud plerique sentirent. Integrę autē Episcopo in primis dicebat propositam esse debere virtutis disciplinam:

Non deterreri episcopum debere, quando dicebat.

disciplinam: nam si qua parte deficeret; ibi obtrestandi, calumniandi que reliqua, maleuolis, ac infirmis aditum dari: & ex ea parte rem totam facile corrumpi. Magnum igitur erat eius apud omnes pondus auctoritatis. verebantur illum etiam summi viri, summisque locis collocati: si quid peccati esset, studiose cauebant, ne ad eum referretur: eo adueniente remouebant, si quid non optime se habere apud se aduerterent. Quiduis illi recte committi posse putabatur. in eius fidem nihil suspicionis ab illa parte cadere: sua quisque eius arbitrio libentissime permettere; tutum, sanctumque existimare, quod eius fidei commendatum esset. Ipsi haeretici si forte viderunt, aut de eo audierunt; ^{Hæretici ob eius sanctitatem honorare} virtutis eximiæ vi coacti, magno sunt eum honore prosecuti. Qui ex transalpinis ecclesiis in Italiam venirent, iis quantum ex multorum facto cognouimus, propositum in primis videbatur, Mediolanum ad eum visendum diuertere. Italiæ, aliarumq; prouinciarum Episcopi ecclesiasticæ disciplinæ, ecclesiæque bene gerendæ studiosi, ab eo præcepta, auxiliumque petebant. designati curabant, vt ab eo sibi manus imponerentur. eius acta, præscriptaque: totius denique gubernationis, atque adeò vitæ rationem, postulabant. quod idem amplissimi Cardinales multi fecerent: quibus Carolus neque optimo consilio, auxilioque deerat; & pari modestia tamen respondebat. Episcoporum porro non magister solum, sed perfugium quoque habebatur: qui si difficultate aliqua prementur, magna ad eum fiducia confugiabant; eiusque commendatione, ac patrocinio, apud summum Pontificem, sacrumque orbis christiani Senatum; tum etiam apud Reges, Regulosque vtebantur. Ex eis multi ad eum veniebant; nonnulli diu morabâtur; vt omnia plenius cognoscerent, præceptis, scriptisque variis locupletati discederent. quandoque etiam clericos eius gubernationis peritos impetrabant; quos ille, si videret ita reip. christianæ conducere, parcus alioqui, tenaxque in suis sibi conseruandis, ad tempus non negauit. concessit Vincentium Albanum Theologum Alexandro Archepiscopo Aquarum Sextiarum in Gallia: qui disciplinæ caussa plures Mediolani moratus menses; magno accensu imitandi

Summa Caroli apud omnes auctoritas.

Hæretici ob eius sanctitatem honorare sunt illum prosecuti secuti.

Malis ad eum visendum, Mediolanum direbant.

Præcepta ab eo episcopis ac auxiliis petebant.

Episcoporum non magister solum, sed perfugium habebant.

Ab eo clericos eius gubernationis peritos episcopi mulier petebant.

Caroli desiderio, demum in patriam reuersus, non pauca restituit; aliaque grauia conatus est ad animarum fructum, disciplinæq; sacræ instauratiōnē concessit Dominicum Ferrium Theologum, & canonicum Mediolanensem Andreæ Battorio, quem fratri filium Stephanus Poloniæ Rex Romam mittens, primo iussit ad Carolum diuertere; eiusque præcepta diligenter audire. Carolus autem optimæ indolis adolescentem omni humanitate complexus, ita iuuit; vt ab eo patris nomine mira obseruantia appellaretur; & mirum in modum coleretur. potuit Andreas in ea erga Carolum obseruantia, quam semper conseruauit, Regem ipsum imitari: cum is mirifice Carolum obseruaret; ex animo se, bellorumque suorum euentus precibus illius commendaret; consilia sua interdum communicaret. Alij Reges, Reginæ, Principes alteros, & populi eius nomen, sanctitatemque magna pietatis; ac venerationis significatione coluerunt: eius consilia, monitaq; cum vsu venit plurimi fecerunt. imaginem quoque adhuc viuentis studiose multi quæsiere: ipseque Philippus Rex Catholicus eam in cubiculo suo iussit afferuari. In his Italiæ Regulos omnes numerare possumus: sed Emanuelem Sabaudiæ Ducem memini frequētes ad eum litteras sua manu scriptas mittere; summissioneque incredibili, supplicem, & orationis, & monitionis auxilium postulare; testari vero aperte, ab eo feso monita tamquam ab ipso Deo accipere. cuius pietatis studiosum imitatorem filium reliquit. Alexandri Parmensis Ducus vcnit in mentem, qui ad Carolum scribens affirmabat; in difficiili illa Belgica administratione aditum sc fidenter omnia pericula, modo sciret eius se quotidianis precibus Deo commen- dari. ex aliarum vero prouinciarum Regulis, Gulielmus Dux Bauariæ pro suo summo inpietatem, christianæque vitæ sanctitatem studio, nemini concessit, qui Carolum singulari amore, atq; obseruantia prosequeretur: quod iis officiis omnibus semper ostendit, quæ Antistiti, patrique optimo tribui maxima potuerunt. Post mortem quænam eius sit existimatio, declarat eorum fiducia, nobis ante commemorata, qui passim in calamitatibus suis cum inuocant adiutorem. prudentia vero, animique

Andream Battorium nepossem Romanum mittens Poloniae Rex Stephanus, ad Carolum primo iussisse.

Reges, Reginæ, Principes alteros, & populi eius nomen, sanctitatemque magna pietatis; ac venerationis significatione coluerunt. Imaginem eius adhuc viuentis studiose multi quæsiere. Ima-

genem eius adhuc viuentis studiose multi quæsiere. Quid de eo Emanuel Sabaudiæ Dux restatur.

Quid Alexander Placentia, ac Parma Dux de Caroli precibus affirmareret. Gulielmus Dux Bauariae pro caserio quanta fecerit, facias que.

Quanam, & quanta sit Caro- rum iam defun- tri estimatio.

Iument in administranda ecclesia tanti æstimatur; vt huc plerique deueniant, qui rebus ecclesiasticis ordinandis student; scripta conquerant; instituta discant; auferant quidquid possunt. præterea, si quid apud eos qui cæteris præsunt, in dubium vocatur, eos etiam ipsos qui ab eo viuente dissenserunt; illud sufficere videtur ad confirmandum,
si Carolus ita fecisse demonstretur.

F I N I S.

A D L E C T O R E M.

Hos de vita Caroli Cardinalis Archiepiscopi Mediolanensis libros propediem; Deo bene iuuante, habebis Italica lingua.

Quoniam impressio libri procul ab auctore instructa est; lectorē rotatum volumus, vt nonnulla in hoc opere, quæ ad instructionē huiusmodi pertinent, præsertim quæ in margine ab alio sunt adscripta, & qui, bonique faciat; donec fortasse res perfectius curetur.

Glossemata, seu emendationes prætermissa.

Pag. 9. Ornatissimi. Præsules, aliquie nobilissimi viri quotidiani conuiuæ. prætiosissima
23. Ornanetus collaudare. inter. 24. vilam ecclesiam regere, vt oportet, atque ordinare posse, præter. 27. Silium Antonianum, valde sibi charum, cuius. 31. te collaudamus. 35. nonnulla quæ Mediolani statuerat, vt auctoritate pontificia confirmarentur effecit; de quibus ipse pontificæ. 36. plurimum valerent. rursus de modo sumptibus. 39. testimonio commendata, hoc quoque tempore passim laudatus, & Regi optimo. 40. neque licere affirmabant licitoribus. 41. probauit, & collaudauit: ac non. 42. Caroli comatus impedito magno studio curarunt, vt read ipsum. 44. Sanctitatis accessionibus; præclaris item ad suorum. 48. Pontifici factum, & litteræ. 49. qui hominem quibus opus esset, commendaret. 54. quæ opus essent ex sacris sanctorib[us] decernere facultas. 55. plurimi in Italia monasteriis constituti, annorum. ead. & difficiliora erant efficienda, iam tum. 57. quod postero anno Carolus. 58. rursus coniungere. Amadei Pacis ecclesiam Mediolani tenebant: nomenque traxerant ab Amadeo. ead. non differebat. De iis reliquo numero aggregandis ne constitueretur. 59. Carolum mirifice collaudarent. 60. nam tantæ virtuti, quæcumque maxime difficultia essent, omnia recte committi. 61. Cum autem antea, quæ. 64. nitividebatur; negotium tamen sustinuit. ead. agi posse contente affirmarent. immo. 71. disciplinam restituere sed nimis. 78. prodire necesse esset; statam sibi tormentorum salutationem interdixerit. Præterea. ead. regia auctoritate ita iussum esset; Carolus. 85. Locarni præsertim instituendis studiose. 131. quamuis eos collaudarent, qui in eō se charitatis officio. 186. non mediocriter languenti. mensa quæ. 193. non mediocriter laudare. negotium. 227. vir is postea diu agitatus. 234. reperta sunt, quæ sancti Antonini itidem Archiepiscopi fuisse existimata sunt: in illa enim. 246. In gentis imperio natum Carolus Ecclesiæ illi. 341. Episcopos collaudauit. 365. partibus expetitum. Antonius vero Seneca Iurisconsultus, & eiusdem ecclesiæ Decanus, de quo superiorius memorauimus, huius administrationis rationem, atq; vsum, à nobis etiam saepius incitatus visitationis templo perite describit. Episcoporum concilia.

ALIA ERRATA:

Pag. 9. consultaret. supplices. 11. imminuta, habitu. 14. significarent, ac incitarent. ead.
 porusq; multus. 15. exempla sequebantur. ead. immo quidam ergerent. 16. certis horis ca-
 pis. 19. diuinarumque rerum scientiam. 26. permisisse. At modestum. ead. in marg. cupiat.
 28. Ambrosius Flescus. 29. Concilij provincialis. ead. Postremo vero Cardinales alij duo. 31.
 ad Ioannem Maximiani Imperatoris. 32. Ioannam deduceret. 33. castissime administrat-
 res. 49. Confessionibusq; illi erat. 55. in marg. A disciplina. 60. incitauit est. praterita. 62.
 Sicanis ecclesiis. 68. translati in sequentibus anni. 67. quam tanta aspirari. 69. tantu*m* inco-
 modis medretur. 75. dicebat, de causa. 76. custodiendo. Vindicaturum. 78. quidquid offici-
 ej erga illum. ead. piso Princeps eam ostendit. 80. Collegium Sinuferum, ad eiusdem. 82.
 exhibendum. ac quamuis. 83. adierat, alteriq;. 88. sunc quidem successi; plurimumq;. 100.
 excusare, Caroliq;. 102. magis incendebantur. eo vero. ead. de Carolo ipso nihil. 103. commen-
 dauerit. quis se. 105. Videretur. Cumq;. dses. ead. exolentes. quod ille. 111. in marg. Quia Ro-
 ma fecit. de Visitatore. 112. insignibus e scriptorib;. 113. occupationi sacerdotum. 119. in
 ipsis, quae cunq;. 122. finem posuit. qui multa. 125. indigni, migrantes. ead. suauitate, gau-
 dioq;. 132. qui tantos casus. 133. in marg. iuvare Selini. 139. redigeretur. multitudine. 148. in
 marg. sacerdotes requisit. 149. in marg. felicitatem conducunt. 150. praeclarum nos, san-
 ctumq;. iuuandorum fratrum. 155. indecebat. tunnino. 153. ferre, abiecta. 164. hebdomada
 diebus. 178. in marg. renouat Gubernator. 182. in marg. S. Ambrosius nuncupantur. 184. a-
 grotaret, & medicorum. 185. iusfit. Iter. ead. pronunciabant: interdum. 196. testatur. per-
 periud. 199 in marg. doloris camissa. 201. praefidum, demonstrabit. 203. ibi fuit, pascere. 204.
 Canonicum, & Iurisconsultum. 205. disputat. sunc. 210. accessissent. 211. in marg. morientis
 Gubernatori. 219. in eos tanta. 227. in marg. Historiones corrigit Carolus. locari debet pag.
 226. lin. 8. ead. multo complurium mensum. 231. Vident, maximis. ead. ratione, graui-
 mag. 237. in capsula amnea. 240. iuuandus, Carolus. ead. Et illis operis. 254. operum fructus.
 258. ecclesiam, monasteriumq;. 260. nemo. Adductus. 275. ratione, gradusim. 289. respicien-
 dum namq;. 293. Deoq;. gratissimum. 305. in marg. Ministerorum nomina. 308. in marg. cibo
 apponenterit. 310. fuit semper; tum quia. 322. necesse est, Bulgariaq;. ead. sequuntur, eo
 magis. 225. egregie ineretur. ead. Antistitem, tamq;. ead. in marg. compositionis. 330. fide
 nonnullam. 332. mortem, à Io. Francisco. 337. Apostoli tribuit, & ecclesia. 339. & decora.
 Clericus. ead. reverentia, transire. 341. recipiendo, qui episcopalis. 342. in marg. & recipi-
 endis. 345. etiam ad mane studium. 348. audiendis, virtutum. 350. disciplinarum studia.
 351. in marg. daret. 353. in marg. qui pensionem ex iis. 357. quibus rebus, etiam onus. 360.
 diebus, & ecclesiu. ead. in marg. Quarantone. 366. suaq;. miseria, ac officij.

Errata

- Supradicti sicutur. *Acta*
9. quod est in scriptis omnibus quod dicitur. *Acta*
- Pag. 8. Marcum postulat Cardi-**
nalem, rite si sit p. *Acta*
9. Presules, alijq; nobilissimi
si quotidiani probiuerant. *Acta*
14. qui a parte significarent, se
inseparabat. *Acta* utrum obo
eadem potusque *Acta* comp
17. Jimmo quidam virgerent. *Acta*
16. certis horis coepit. *Acta*
23. solebat. *Ormanetus collau-*
Acta
24. Ecclesiam regere vel opor-
ter, atque ordinare posset. *Acta*
26. at modelatum. *Acta*
27. Silem Antonianum, valde
fisi chardini, cuius. *Acta*
28. Ambrodius Fliscus. *Acta*
29. Concili Provincialis. *Acta*
- e id. Postremo vero Cardinales
alij duos. *Acta*
31. et collaudamus, horum ureti.
ead. ad Ioannam Maximianam Im-
peratoris. *Acta* sup*Acta* ap*Acta*
32. Iohannam deducere. *Acta*
34. Magna Caroli presbiteris de
mendatio. *Acta*
35. nonnulli que Mediolani sta-
uerat, ut auctoritate Pontificia
cia confirmarentur effecti; de
quibus ipsa Pontificia. *Acta*
36. plurimum valerent. rursus
de modo sumptibus. *Acta*
39. testimonio celebratae, hoc
quoque tempore passim laudat-
tar, & Regi. *Acta*
40. neque licet affirmabant li-
ctoribus. *Acta*
- ead. magistratus asseuerabant,
quam. *Acta*
41. probauit, laudauitq;; at no
42. Caroli coates impedita eu-
rarunt, ut re ad ipsum. *Acta*
44. Sanctitatis accessionibus &
praelaristis ad suorum. *Acta*
49. confessionibusque illi erat
ead. qui hominem, quibus op-
eris, commendaret. *Acta*
54. que opus essent, ex sacris lead. pijke exempli
- sactionibus decernere, facultas
9. Quod postulo anno Carolus
8. rursum est hunc. Amadei
Pacis Ecclesiam Mediolanite-
nubus, & monachus transierant
ab Amadeo. *Acta*
- ead. non distinguitur. De ihs reli-
qui numeri aggregandis, nō
ritueretur. *Acta*
59. Carolus matrice collauda-
rent. *Acta*
60. que conuenientia & diffi-
cilia esse, omnia redi comitti
61. cum autem atra, quo
62. vicanis Ecclesiis. *Acta*
63. transuersi in sequentis anni
64. nisi videbatur negotium
tamen in stabitu. *Acta*
- ead. agi possit contenere affirma-
rent. *Acta*
71. disciplinam restituere: sed
nimis. *Acta*
74. tanta dissimulatio ea in
reale, & Magistratus ad-
hibita, facile portuisse improbo-
rum gaudiis. *Acta* Quibus
78. Pius princeps eam ostendit
ead. regia auctoritate ita iussu
erat; Carolus
35. fructum & corrum
- eadem. presentem constituendis
fructuose. *Acta*
88. tunc quidem successit; plu-
rimumque. *Acta*
89. recognitionisque rursus. *Acta*
96. ratius proximi annis. *Acta*
98. substitutos: curaret ipse que-
rum posset. *Acta*
101. preicationis. *Acta*
- ead. constutimque laudibus
effarent. *Acta*
- ead. qui adbutum eius. *Acta*
105. posset Carolo adiuvante
Postulat. *Acta*
107. illum collaudauit. neque
108. Insequens annus septua-
gesimus
112. pietatem ac sanctitatem
113. facere separationem isti qd
ead. occupationi sacerdotum
115. latius posset explicari in
prokima edicione. *Acta*
- ead. restitutum laudavit. *Acta*
118. perindeat, proximo die
119. visitatum religioso pietatis
fructu, ac exemplo renouatum
stabiliret. *Acta*
120. toto pectore gratias. *Acta*
131. Mantua. *Acta*
123. vt loca sunt. *Acta*
126. paratent. postidie electus
131. eos laudibus afficerent qui
132. gratia quomodo poterat
ead. qui tantos calus
133. etiam asseuerabant
ead. haec ita cum essent
135. tanta prouidenda essent
137. erat, quod humano
139. ex insequestrium amord
144. proditum pastoribus relia-
querit, gregis pestilentiae tem-
pore gubernandi. eam ratio-
nem, quantam
145. comparatis, omnes iussi
sunt.
146. hominibus permisum est
exire. *Acta*
- ead. suam, referre. Misericorde
ead. cuique reposita quotidie
147. nominatum efferrenti, nō
148. Sed quoniam huius castissi-
modo vite sunt, aetemporis vi-
deri possunt tolerabili. *Acta*
150. praclarum nos, sanctum
que inviandorum fratrum
151. nunc affero charitatis
153. poterant. Sanis autem
155. inducebant omnia
158. non primis solidis mensis
bus, sed postea semper quando
164. hebdomada curaque dies
ead. virtutes commemorabat,
que
166. adiunxit; ut ades omnes
ac

ac domicilia sacra aqua
ead. adhibetis singillatim rite
lustrarentur
253. ead. erat ad ea quodammodo
expianda
254. eadem liberanda
255. suas, & canonorum a-
spexit
256. cura ea qua recondita fue-
runt de promerentur
257. spatio, alius ab alio, longe
constiebant
258. antiquus aequaliter
259. agrotararet, & medicorum
260. iussi. Iter &c.
ead. proximabantur; interdum
261. omnibus, Sacris Pontificis
262. in proximos menses popul-
263. non mediocriter laudare
negotium
264. praecepsit. quecumq; consti-
tuenda essent, omnia recognovit
265. tempus elegit, ob magnos,
266. Aluerniam
267. in eos tanta
268. seque, quod diuinaz opes
robuit esse, ad id paratum esse
ead. debere patriz
269. complurium mensium
ead. viris postea diu agitatus
270. prius inequentis anni
271. olla ibi sunt reperta; que
fanti Autopini itidem Archiepi-
scopi summe exultata fungit:
illa enim
272. operam dedit. postridie
supplicationi
ead. administrando, ut tali tem-
pore solebat
ead. duabus consequentibus fe-
rijs
ead. in proxima synodo
274. ut illis operam
275. In genitio imperio marum
Carolus ecclesie illi
276. nonnulli ex primariis
277. Deoque in primis volente, manu

effectum est &c. I
278. vi ac timore
ead. operum fructus
279. incidit: cuius impecunia eu-
tulisset easius; eaque
280. ut proximam ostendit
281. differuntia proximum
282. ac quasi
283. racione gradatim
284. Religiosum pauperem etiam
Carolus amavit; & eius officia
plicolegit, eius negotia
285. administrationes
286. respiciendum parvum
287. Deoque gracissimum vide-
batur. ea studiose
288. ne quidquam
289. magna ramen mirarentur
ead. reguauit, de contrahendi
dis matrimonij agere, si roga-
tur; negare, solitus fuit
290. Eques orta uix luce
291. fortuito successit
292. quod satis docent
293. licet sancte
294. adeam rem tuu sacra legi-
bus in primis mouebatur
295. ut eis quam minimum
296. semper tum quia
297. quique operam daret, ut iij
per certas
298. proficere
299. benedicere manu
300. ille vero sacram disciplinam,
& res diuinias, quibus
301. rectum esse, animo
302. indicium: ad quae se se
303. lemp per extulit; ac Episco-
pis
304. esse, Tridentinaz Syuodi co-
stitutione iudicatum viderat
305. faciebat: & salutari multi-
tudinis fructu
306. ead. foedez nonnunquam
307. ead. satis longe concionis
308. Mediolani essent, vel Ro-

335. summaz sedi
336. Ecclesiaz proprios ritus
ead. restituere
337. 341. Episcopos laudauit, Nicom-
laui
338. ead. recipiedos qui Episcopatia
339. matrimonium. Sapientia, la-
cro ministerio suo celebrauit
quod libenter
340. ead. in margine. De iniandis
& recipiendis.
341. negligens
342. Episcopum ad Clericorum
collegia
343. ead. ad initium studium
344. comitari
345. ad se subebat conciones
346. Vrbis singulas regiones a
qua sex habentur, singulis pro
batis
347. Ecclesiaz maioris
ead. alia perficie; simul
348. actiones iphus scribena
349. ipse sacerdotem, cui flagi-
tiosus quisque soleret peccata
confiteri, accessum rep.
350. diebus & ecclesijs
ead. societatibus
351. alterum Monasterium
352. vbi magnō numero mulie-
res ad perpetuo
ead. ad Ecclesiam S. Zenonis;
vbi ex
353. partibus expatitum. An-
tonius vero Seneca I.C. & ciuil-
dem ecclesiaz Decanus, de quo
superius memorauimus huius
administracionis rationem ex-
que vsum, a nobis etiam sepius
incitatius visitationis titulo pe-
rite describit. Episcoporum co-
ducere
354. nam ut alia hic non repe-
tam huius rei indicia
355. ead. nomen, ut frequenter ap-
ditum est, Deus apud.

Emendationes prætermisæ.

Pag. 9. Præsules aliiq. nobilis	ead. non differebat. De iis re-	120. toto pectori gratias
ssimi viri quotidiani equinæ	liquo numero aggregandis,	128. pararentur. Postridie
14. qui aperte significarent,	ne constitueretur	clerus
ac incederent		131. eos laudibus afficerent
23. solebat Ormanetus collaudare	139. Carolum mirifice collaudau-	qui
24. ecclæstam regere ut oportet,	darent	133. etiam assidue erabant
atq. ostendare posse	60. quæcunq. maxime difficili-	144. proditum per floribus re-
27. Silvium Antonianum,	lia essent, omnia recte com-	liquerit, gregis pestilentia
valde sibi chatum, cuius	mitti	tempore gubernandi. Eam
51. te collaudamus, hortau-	61. Cum autem antea, que,	rationem, quæcum
ead; ad Ioannam Maximiani	63. transluit in Insequentis	145. comparatis, omnes iusti
Imperatoris	anni	sunt
52. Ioannam deduceret	64. miti videbatur; negotiū	146. hominibus permisum
34. magna Caroli probitatis	tamen sustinuit.	est exire
commendatio	ead. agi posse contendere am-	ead. suam, referre. Misericordia
35. nonnulla que Mediolani	marent	147. nominatim efferre, nisi
statuerat, vt auctoritate pon-	71. disciplinam restituere	148. sed quotidiani hiunc tam
tificis confirmarent esse-	sed nimis	tempmodo virtus sunt, ac temp-
cit; de quibus ipse pontificis	74. tata dissimulatione est in	oris; videri possunt tolera-
36. plurimum valerent: tur-	re ab eo, & à magistris	bilia
sus de modo sumptibus	adhibitis; facile potuisse im-	153. inducere omnino
39. testimonio celebrata	proboru aduaciam ali. Qui	154. non primis solum mén-
hoc quoq. tempore passim lau-	bus	ibus sed postea semper, quā
datur, & Regi	78. pius princeps eā ostendit	diu
40. neq. licere affirmabant li-	ead. regia auctoritate ita ius	164. hebdoma dæ cuiusq. die
ctoribus	sum erat; Carolus	bus
ead. magistratus assueva-	85. præsertim, constituendis	ead. virtutes cōmemorabat,
bant, quam	studiose	quæ
41. probauit, laudauitq. ; ac	90. etatis proximi anni	166. adiunxit; vt ædes om-
non	94. substitutos: curaret, ipse	nines, ac domicilia sacra aqua
42. Caroli conatus impedire	quantum posset	ead. adhibitis singillatim ri-
curarunt, vt re ad ipsum	102. constantiamq. laudibus	te lustrarentur
44. sanctitatis accessionibus,	efferent	ead. erat ad ea quodammodo
præclaris item ad suorum	105. postea Carolo adiuuan-	expienda
49. qui hominem quibus o-	te, Pontificiam	ead. liberanda
pus esset, commendaret	107. illum collaudavit. Neo-	167. suas, & canoniconum
54. quæ opus essent, ex sacris	108. Insequens annus Septua-	alperit
sanctionibus decernere, fa-	gellimus	173. spatio, aliis ab alio, lon-
cultas	113. facere separatim iussit.	ge consistebant
57. quod postero anno Caro-	quod	185. iussit. Iter.
lus	115. latius postea explicauit	ead. pronunciabant: interdū
58. rursus coniungere. Ama-	in proxima concione	187. oībus, sacris Pontificijs
dei Pacis ecclesiam Medio-	ead. restituū laudauit. Ad	190. in proximos mentes po-
lanite nebant: nomenq. tra-	118. perfuderunt. proximo	puli
xerant ab Amadeo	dic	193. non mediocriter lauda-
	119. visitatum religioso pietä-	re negotium
	fructu, ac exemplo reno-	
	uatum stabilitet	

295. præfuit quæcumq[ue] reo-
 & tuenda essent, omnia reco-
 gnouit
 296. tēpus elegit, ob magnos
 297. Aluerniam
 298. vir is postea diu agita-
 bus
 299. operam dedit. postridie
 supplicationi
 ead. administrando, ut tali
 tempore solebat
 ead. in proxima synodo
 300. Deoq. in primis volen-
 te, effectum est
 301. xi, ac timore
 ead. operum fructus
 302. iacidit; cuius impetum
 cum tulisset tacitus; eaq.
 303. vt proxima nocte
 304. differrentur in proxi-
 mum. ac quasi
 305. ratione, gradatim
 306. Religiolum paupertati-
 tem Carolus amauit; & eius
 officia pie coluit eius viatus;
 307. recipiendum namq.
293. ne quidquam
 294. reeausuit de contrahen-
 dis matrimoniiis agere, si ro-
 garetur; negare solitus fuit
 295. Eques orta vix luce
 304. ad eam rem, tum sacris
 legibus in primis mouebatur
 312. quiq. operam daret, ut
 iij per certas
 ead. proficerent
 315. Ille vero sacram discipli-
 nam, & res diuinæ, quibus
 316. semper extulit; ac Epi-
 scopis
 319. eccl. Tridentinæ synodi
 constitutione iudicatum vi-
 derat.
 341. Episcopos laudauit, Ni-
 colaum
 ead. recipiendo, qui Episco-
 palis
 342. Matrimonium s[ecundu]s sa-
 cro ministerio suo celebra-
 uit; quod libenter
 345. Episcopum ad Clerico-
 rum Collegia
349. ad se iubebat conciones
 355. urbis singulas regiones,
 quæ sex habentur, singulis
 probatis
 357. alia perficiere; simul
 361. Ipse sacerdotem, cui fla-
 gitiosus quilibet. toleret pecca-
 ta confiteri, ac seruitum repr-
 362. diebus, & ecclesiis
 363. Alterum monasterium
 364. ubi magno numero mu-
 lieres ad perpetuo
 365. partibus expeditum. As-
 tonius vero Seneca Iuriscon-
 sultus, & ciuilem Ecclesiæ
 Decanus, de quo superius
 memorauimus, huius admi-
 nistrationis rationem, atq.
 usum, à nobis etiam s[ecundu]s
 incitatus visitationis titula
 perite describit. Episcopo-
 rum concilia
 368. nam ut alia hic non re-
 petam huius rei indicia
 ead. nomen, ut frequenter
 auditum est, Deus apud

Dicitur futuram rei memoriam. Cum, sicuti accepimus, dilectus filius Carolus a Basilicapetri Praepositus generalis Clericorum regularium S. Pauli superioribus annis, ut Dei glorijs serviret, & ecclesiasticis pijsq; hominibus satisfaceret, librum de vita Caroli Cardinalis S. Praxedis Archiepiscopi Mediolanen. bo. mem. latine composuerit; quod opus nunc cum approbatione eorum, ad quos pertinet, edendum est: vereaturq; idem Carolus, ne pij viri, qui eius causa moti impressionis sumptus faciunt, si alius siue eiusdem sententia librum imprimerebat, datum incurvant: & praeterea timeat, ne in Italicam linguam opus corrupte, vel parum fideliter conuertatur, & imprimatur, quod ipse pariter facere intendit. Nos indomitati eorum prouidere volementes, qui ad communem vtilitatem impensam in se suscepserunt, cupientes etiam iusto ipsius Caroli desiderio fauere, ut eius labores a quoquam male non usurpentur: Prohibemus in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicatio-
nis pena ipso facta incurenda, omnibus per vniuersum orbem con-
stitutis cuiuscunque gradus, status, & conditionis sint; ijs vero qui
nostrae temporali dictioni mediatè vel immediatè subiecti sunt, præ-
ter dictam excommunicationis, etiam sub pena amissionis librorum,
& quingentorum ducatorum auri Fisco nostro applicandorum; ne
prædictum librum de vita, & rebus gestis Caroli Cardinalis S. Pra-
xidis, etiam ex parte tantum, latina, vel Italica lingua absque licen-
tia dicti Caroli a Basilicapetri imprimere, aut imprimi facere, vel ita
impressum tenere, nec illum vendere, donare, aut commodare pos-
sunt istra proximum septennium a prima dicti operis, ut supra appro-
bati impressione. Mandantes propterea dilectis filiis nostris Came-
ratio, & Vicario urbis, nec non Gubernatori, & Senatori, Came-
raq; nostræ Apostolicæ generali Auditori, & alijs dictæ urbis iudici-
bus, necnon Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & Potestatibus
locorum, & Clivitatum nobis, & eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ
mediatè vel immediatè subiectis, eorumque Barisellis, & Executo-
ribus quibuscunque: ac etiam Venerabilibus fratribus Archiepisco-
pis, & Episcopis, ceterisq; locorum Ordinarijs, eorumq; Vicarijs,

(: 4) &

& Ministris, ut quoties a dicto Carolo a Basiliacopetri, vel alijs eius nomine requisiti fuerint, efficacis defensionis præsidio assistentes, contra inobedientes, & contrauenientes ad executionem censuram, & poenarum præf. omni & quacunque appellatione remota, & absque aliqua desuper declaratione facienda procedant, & quilibet eorum procedat, inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Quia vero difficile esset, præsentes litteras ad singula loca deferri, volumus ut earum exemplis in ipsis libris seu libro latino, vel vulgari imprimendis, vel transumptis Notarij publici manu subscriptis, & personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ subscriptione, sigilloq; munitis in iudicio & extra quacunque regula, seu constitutione apostolica non obstante, omnino credi debeat: quodq; ipsa exempla in libris, vt supra, vel transumpta ad Valuas ecclesiæ maioris cuiuscunque verbis, vel oppidi affixa omnes, & singulos æque aræt perinde ac si vnicuiq; personaliter intimata fuissent: irritu quoq; & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate sciēter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus præmissis, ac apostolicis, prouincialibusq; & synodalibus constitutionibus, & ordinationibus specialibus, vel generalibus, necnon etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apostolicis etiam supradictis, aut quibusvis alijs personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam Motu proprio, ac alijs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individualia, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis alias in suo robore permanens, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ in Monte Quirinali sub Annulo Piscatoris, die xxix. Maij M. D. XCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

R. Tab. IV. n. 35.